Digitized by Goo

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMAN.
SALA DI STUDIO
65_66
1

BNCR
55.94
(093)
(44)
C 730

Digitized by Google

COLLECTION

DE

DOCUMENTS INÉDITS

SUR L'HISTOIRE DE FRANCE,

PUBLIÉS

PAR ORDRE DU ROI

ET PAR LES SOINS

DU MINISTRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE.

PREMIÈRE SÉRIE.

HISTOIRE POLITIQUE.

II
15 - 1

Digitized by Google

Digitized by Google

ARCHIVES

LÉGISLATIVES

DE LA VILLE DE REIMS.

COLLECTION

DE PIÈCES INÉDITES

POUVANT SERVIR

A L'HISTOIRE DES INSTITUTIONS

DANS L'INTÉRIEUR DE LA CITÉ;

PAR PIERRE VARIN,

ANCIEN SECRÉTAIRE DU COMITÉ DES CHARTES ET INSCRIPTIONS, ET DOYEN DE LA FACULTÉ DES LETTRES DE RENNES

Humani generis mores tibi nosse volenti
Sufficit una domus. . . . . .
(JUVÉNAL, sat. XIII, v. 160.)

PREMIÈRE PARTIE.

COUTUMES.

A PARIS,

DE L'IMPRIMERIE DE CRAPELET.

M DCCC XL.

Digitized by Google

Digitized by Google

COUTUMES

DES

COURS ECCLÉSIASTIQUES ET CIVILES.

---

§. I.

COUTUMES DE LA COUR ECCLÉSIASTIQUE DES ARCHEVÊQUES.

Digitized by Google

Digitized by Google

ARCHIVES

LÉGISLATIVES

DE LA VILLE DE REIMS.

PRIVILEGIA curie [1] remensis archiepiscopi. Ann 1269

Bibl. Roy., mss. ancien fonds de Baluze, 446, fonds latin, 5210.

Anno Verbi incarnati millesimo ducentesimo sexagesimo nono, jussus a domino, de ipsius remensi curia, ad ejus instructionem aliqua scribere, scripturam hanc ei mitto ut instructus eamdem curiam que

[1] Cette cour, à laquelle on donnait encore au XIIIe siècle le nom de *cour de l'archevêque*, prit bientôt celui d'*officialité*. Voici ce qu'écrivait dans le siècle dernier, sur les officialités de Reims, Bidet, l'un des plus consciencieux historiens de la localité :

« Vers l'an 1166 les évêques se sont donné « des officiaux ordinaires; ils en faisoient « précédemment les fonctions eux-mêmes, « assistés des dignités des cathédrales et des « abbés de leurs diocèses.

« Les officiaux ayant autrefois attiré à eux « la plupart des affaires civiles, ils en furent « dépouillés par l'appel comme d'abus.

« L'appel des sentences des officiaux des « évêques ressortit au tribunal de l'official « métropolitain; celui du métropolitain au « primat, et de celui-ci au pape, qui, à cet « effet, est tenu de déléguer des juges sur « les lieux.

« ..... Il paroît, par plusieurs lettres du « pape Alexandre III, que la juridiction de « l'officialité [diocésaine?] de Reims com- « mença sous l'archevêque Henri de France. « Elle s'étend sur tous les ecclésiastiques de « la ville et du diocèse, autres que ceux qui « en sont exempts. Le scel de cette juridic- « tion est une tête de cerf, que l'archevêque « Gervais a mise dans ses armes [*]. L'appel « des jugemens de l'officialité de Reims se

[*] Voici ce que dit de ce scel Lacourt, dans son Marl. annoté, II, *not. in front.*, fol. 14, verso : « Le « sceau de l'officialité de Reims est encore aujour- « d'hui la figure d'un cerf élevé sur un piédestal, et « autour du cerf ces paroles latines : *Remensis cervus.* « J'ai vu de très-anciens sceaux de l'officialité de « Reims, où, d'un côté, étoit une tour fort élevée, « diminuant de distance en distance dans la hauteur, « et montant vers le haut, et finissant en pointe, « à peu près comme étoit la tour de Saint-Rigobert, « qui étoit dans la première cour, proche de l'église « Notre-Dame et du palais archiépiscopal; et de « l'autre côté, pour contre-scel, étoit la figure du « cerf. »..... Et plus loin, fol. 40, verso : « Ce sceau « prouve que les officiaux ne sont pas plus anciens « que Gervais. » Voir un dessin de ce sceau et de son contre-scel, Bibl. Roy., mss. Reims, cart. VI et X. Voir aussi ce que dit de la tour de Saint-Rigobert, Marlot, II, 355. Consulter enfin ce même auteur, II, 115, sur le cerf d'airain fondu par Gervais, et dont l'image fut empreinte sur le sceau de l'officialité. A l'occasion de ce cerf, Lacourt ajoute, à la page 115 de Marlot, une note marginale qu'il nous paraît curieux de transcrire : « Hæc cervi effigies

Digitized by Google

Ann. 1269. maxima est pars sui regiminis et honoris, ad honorem Dei, et communem subjectorum utilitatem, feliciter valeat gubernare, et ut indeceptus per sibi adulancium fraudibus precavere : protestans quod nulli noceat si

« relève directement à Rome, à cause de la « primatie de l'archevêque de cette ville. Les « juges de cette officialité sont l'official dio- « césain, le vice-gérant et le promoteur.

« L'official métropolitain de Reims est juge « d'appel des officiaux de la province ecclé- « siastique de la ville; il connaît du bien ou « mal jugé de leurs sentences; et attendu « la primatie de l'archevêque de Reims dans « la Gaule Belgique, il n'y a appel de ses « officiaux diocésains et métropolitains qu'au « pape, qui doit commettre en France des « juges pour y statuer définitivement. Les « juges de l'officialité métropolitaine de cette « ville sont l'official métropolitain, le vice- « gérant et le promoteur.

« Quelques chapitres, comme celui de « Reims, ont des officiaux * qui sont juges « des chanoines seulement. » (Bidet, *Mém.*, II, p. 114.)

« nnes, postquam 635 annis remensium archiepisco- « porum palatium in cujus editu collocata fuerat, « nobilitásset, exeunte anno 1692, deposita et con- « fracta est; cum Centauri, in eam peidem dirigentis « jaculum, imago lapidea supersit in fastigio basi- « licæ B. Mariæ, e regione dicti palatii posita .... » Lacourt fait ici allusion à une figure connue à Reims sous le nom de Sagittaire, et qui, placée au sommet du pignon le plus élevé de la cathédrale, décoche une flèche dirigée contre le cerf d'airain des archevêques. Ce cerf, comme le dit Lacourt, n'existe plus, mais le Sagittaire subsiste toujours, et ce menaçant hiéroglyphe dressé par le chapitre au sommet de son église, ajoute aux renseignements que fournira bientôt notre opuscule, un renseignement contemporain de cet opuscule même, sur le mauvais vouloir qui animait le chapitre contre son archevêque. C'est l'histoire sculptée confirmant l'histoire écrite.

* Outre ces officiaux du chapitre il y avait encore les officiaux de l'archidiacre, supprimés en même temps que la juridiction de celui-ci, en 1392. On peut voir dans Marlot, I, 463, quel était le sceau des archidiacres; quant à celui des officiaux capitulaires, on en trouve la description dans la nomenclature suivante des différents sceaux du chapitre, nomenclature dressée vers le commencement du XVIIIe siècle par le chanoine Lasalle, et qui se trouve maintenant en notre possession :

Anciens sceaux de l'église de Reims.

« Il y a un ancien sceau d'argent de figure oblongue ou ovale, pointue par les deux bouts, pendant à une chaîne d'argent, dont la figure est de la S. Vierge tenant N. S. sur le bras gauche et un lis de la main droite, avec une légende autour, écrite en caractère du XIe siècle environ, en ces termes : *Sigillum S. Marie remensis metropolis.* — Le contre-scel est aussi d'argent pendant à une branche de la même chaîne, portant une colombe les ailes étendues, avec ces mots autour : *Confirma hoc Deus.*

« Un autre ancien sceau de cuivre rond portant la figure d'une église, dont la devanture n'a qu'une porte et deux clochers étroits et en pointe aux deux côtés; une autre flèche au milieu du chœur et une conque ou abside plus basse au fond du chœur, avec ces mots : *Sigil. rem. ecclesie metropolis*, en caractère à peu près de même temps que le précédent. — Le contre-scel, aussi de cuivre, tenant au sceau par une chaîne de cuivre, représente une porte cochère, ou portail, au milieu d'un mur, avec ces mots : *Nota rem. ecclesie.*

« Un autre sceau de cuivre de figure ronde et d'une gravure fort antique, représente deux chanoines assis, ayant le corps revêtu et la tête couverte d'une espèce de chape d'hiver, avec une fleur de lis entre les deux. Autour de ces figures on lit ces mots : *Senescalli et offic. ecclesie remensis.* — A ce sceau appartient un contre-scel ovale qui y doit être attaché à la chaîne de cuivre, représentant un portail en pyramide, avec ces mots : *Contrasigill. senescallor.*

« Un autre sceau de cuivre de figure ovale à deux pointes, représentant l'Annonciation de la S. V., c'est-à-dire la S. V. et un Ange, avec ces mots : *S. capituli Sce Marie remens. ad caus*, c'est-à-dire *ad causas*; c'est le sceau de l'officialité du chapitre, autant qu'on en peut juger. — Le contre-scel qui tient au sceau par une chaîne de cuivre est de figure ronde, et représente la devanture d'un château, la porte au milieu, avec une pyramide au-dessus et deux tourelles aux deux coins, avec ces mots : *Contrasigillum causarum.*

« Un autre sceau de cuivre, de figure ovale, à deux pointes, représentant aussi l'Annonciation de la

Digitized by Google

dixero veritatem, cum nemini velim detrahere, nec intendo; sed veritatem de terra extrahere, que ibi tamdiu latuit in profundo, ut omnia patefiant, et ambulet quisque non in tenebris, sed in lucem (*sic*) : rogans eciam insuper ut simplicitati mee parcatur ac inbellicitati (*sic*), si verba rudia et minus fortassis ordinate quam deberem, sim loqutus, nam ejus clericis in litterali sciencia me fateor juniorem et minimum inter omnes. Ann. 1209.

Est autem remensis curia sedes metropolis, inter omnes alias utilitate, auctoritatisque dignitate, post Romam dumtaxat, obtinens principatum. Per eam enim tanti auctoritate (*sic*) archipresulis, tantum territorium spiritali gladio cohercetur; in ea namque viget et viguit ecclesiàstica jurisdictio et ampliata est ab antiquo, magis quam in omni alia, post Romam, de mundo curia : ubi tam de dyocesi ordinarie in omni casu et inter omnes, quam a provincia tam populosa et magna, ab audienciis suffraganeorum aut eorum officialium omnibus de quavis provincia in jurisdictione precellentium, et a quibusdam inferioribus prelatis ejusdem provincie, eciam obmisso medio, per appellacionem vel negligenciam, inter eorum subditos, et contra ipsos suffraganeos eorum officiales et familias, immediate per simplicem querimoniam, devolute undique cause confluunt et tractantur et agitantur ibidem, etiam jure non scripto, id est consuetudinibus, per quas ita hujusmodi jurisdictio ampliatur : in tantum eciam quod precipue in dyocesi, a quavis laicali justicia ante litem contestatem (*sic*) absque ullo gravamine, et post litem contestatem a gravamine, in omni casu, excepto fortassis de roya terre, aut de causa sanguinis, ad remensem curiam generaliter, indifferenter et immediate appellatur; et ibi appellationes et cause hujusmodi retinentur hactenus pacifice et tractantur. Habet igitur ista curia quod non habet alia; nam eciam remensis civitas per

S. V., mais d'une gravure plus profonde, avec une légende autour en lettres gothiques, portant ces mots : *Sigillum hospitalis ecclesie remensis.*

« Environ 1700 on a fait faire un nouveau sceau de cuivre, de figure ronde, environ deux pouces et demi de diamètre, représentant la S. V. assise sur un trône en forme d'autel garni de colonnes, sous un pavillon, tenant N. S. du bras gauche, et un sceptre de la main droite, avec ces mots autour : *Sigillum Sancte Marie remensis ecclesie metropolis.* On s'est servi depuis de ce sceau pour sceller les provisions des bénéfices.

« Plus, un autre sceau d'argent de figure ronde, environ deux pouces et demi de diamètre, représentant les deux sénéchaux revêtus de surplis, aumusses et bonnets, assis sur un tribunal ou siége de judicature, avec ces mots autour : *Senescalli et officiarii ecclesie remensis.* On se sert de ce sceau pour sceller les provisions des officiers de justice des terres du chapitre. »

Digitized by Google

Ann. 1209. eam cohercendo debitores injuriatoresque suos servatur; frequentatione litigancium studio quod inibi viget propter illam [curiam?] in legibus et decretalibus aliis, scolarium propter factum ad discendum, quampluribus [*sic*, quamplurium?] vere propter lucrum quamquam sit carior (*sic*) inibi residentibus, dictatur (*sic*, ditatur?) ac eciam decoratur.

Consuetudines [1] vero per quas, ut superius est tactum, ampliata est ita [2] remensis curie jurisdictio, introductionem et ortum habuerunt maxime a prepotentibus [3] bone memorie Guillermo ad Albas Manus et Guidone immediate successore ipsius, quondam remensis ecclesie archipresulibus, qui tunc cum archiepiscopatu [4] remensi et dignitate cardinalatus et sedis apostolice legacionis officio, per totam remensem provinciam usque ad suum obitum prefulserunt. Unde utraque auctoritate, metropolitana videlicet et legacionis, fungi valentes, se in partem metropolitane [5] convertentes illius auctoritate, cum ex alia possent, si exinde referretur questio [6], se tueri, ordinariam omnimodam, immediatam [7] etiam vel quasi, jurisdictionem ecclesiasticam per totam remensem provinciam, diuturnis temporibus, videlicet quamdiu vixerunt [8], archipresules absque reclamacione aliqua excercuerunt. Quod quidem excercicium succedentes archiepiscopi remenses trahentes ad consequentiam, longevo usu ac frequentacione assidua, hec [9] jurisdictio sine contradictione vel interrupcione aliqua, in consuetudinem ultra quam datum esset ei a jure communi [10], est inducta. Et ita viguit per longissima tempora, donec forte peccatis eamdem regencium exigentibus, et prout in sequentibus habebitur, in multis casibus est restricta [11].

Processu vero temporis ita plene quasi ordinarie, jure consuetudinario, ut est dictum, curia remensi jurisdictionem suam per remensem provinciam excercente, adeo eciam ampliarie et amplarie quod ad hoc non sufficerent duo officiales inibi sedentes, sed insuper ab ipsa curia

[1] Le *Gall. christ.*, IX, 112 et 113, emprunte à notre manuscrit deux citations, dont la première commence au mot *Consuetudines*.

[2] Le Gall. christ., *ita*.

[3] Ibid., *temporibus*.

[4] Ibid., *archipræsulatu*.

[5] Ibid., *metropolitanam*.

[6] Les trois premières lettres de ce mot sont enlevées du manuscrit. Les auteurs du *Gall. christ.* avaient lu ainsi les quatre dernières ...*stro*.

[7] Le Gall. christ., *mediatam*.

[8] Ibid., *vixerint*.

[9] Ibid., *licet*.

[10] Ibid., ... *esset et a jure eodem*.

[11] Ici finit la première citation du *Gall. christ.*

Digitized by Google

quamplures alii officiales qui dicebantur foranei, per remensem pro- Ann. 1209.
vinciam longe lateque essent dispersi, esset itaque adeo plena dicta curia quod fere singuli suffraganei, communitates seu communie civitatum et majorum villarum, capitula, collegia, abbates et eciam quamplures barones et comites provincie remensis, haberent suos nobiles et magnos procuratores singulos generales in ipsa curia omni tempore residentes; et ob tante jurisdictionis excercicium, nobilibus preclarum scolaribus vigeret ibi studium, nobilioribusque legum professoribus ibidem regentibus eciam decoratum. Item et essent eciam officiales remenses adeo onerati, ac circa tam arduas provincie causas intenti, quod minores causas remensis diocesis dedignarentur audire; ymo ipsas ad archidiaconos remenses committebant audiendas, per que quidem et similia, eisdem archidiaconis per occupacionem suam, et permissionem et negligenciam superioris, jurisdictio quam adhuc detinent extitit ab eisdem usurpata. Tandem [1] recordacionis misere Juhellus, de Britonorum provincia que maxime in jurisdictione penitus nulla [2] erat, ad tantum remensis provincie regimen pontificale translatus [3], sui tanti dominii tanteque ipsius jurisdictionis remensis provincie omnimodo ignarus, perfidorum prevaricatorumque iniquissimo ductus consilio, questionem movit contra ejus suffraganeos statim ex arrupto, a qua perseveranter adherens illorum consilio dolosorum, non potuit refrenari. Unde et per hoc deducta fuit in judicium jurisdictio coram papa, super quam suam causam eodem Juhello tanquam ignaro minime defendente, sentenciam diffinitivam, que redacta fuit in jus per decretales inde factas contra se in pluribus et multis casibus, reportavit, quam tunc et diu postea idem Juhellus, predictis mandacibus hoc falso dantibus eidem intelligi, semper habuit pro se latam; donec rei veritate comperta apud ipsum, tandem senciens se ita deceptum et traditum, persecutus est traditorem adeo quod ille fugiens nunquam postea apparuit ante ipsum. Tunc vero tanta ira succensus idem Juhellus nunquam postea loqui de curia audire potuit; tunc Sadeto petenti ab eodem

[1] Ici commence la seconde citation du *Gall. christ.*

[2] Ce mot de *nulla* est omis par le *Gall. christ.*

[3] A partir de ce mot, le *Gall. christ.* cite, comme empruntées au manuscrit, deux lignes qui ne s'y trouvent pas, et qui y sont remplacées par seize autres lignes, finissant à ces mots : *Ymo tantus furor dominum Juhellem*, par lesquels le *Gall. christ.* reprend sa citation littérale.

Digitized by Google

Ann. 1269. sibi dari officium actorum ad vitam suam, hoc sibi concessit, quicquam petitum fuit ab eo de curia gratis dedit, ipsam pro derelicto habuit, nichil retinuit de eadem. Ymo tantus furor dominum Juhellum cognito[1] tanto dampno arripuit, quod quadam die dominica in mane[2], indutis pontificalibus quibus erat in morte sepeliendus, omni de ejus familia ignorante penitus, nudis tamen pedibus, clam de Porta Martis domo sua solus exivit; et quasi desperatus ymo demens, mitra in capite, baculo pastorali in manu, a parte cuspidis sive caude tenens illum capite in lutum ad terram perlutosam stratum, et vicos civitatis tempore hyemali, frigido ac pluvioso, sic procedens usque ad forum clamando : *Haroul* ad populares se vertit, apud quos suum plangens dolorem, clamorem deposuit, et ad hospicium se recepit apud ipsos, nec postea reversus est ad propria. Sed abhinc iter arripuit clamorem suum declaraturus ad papam; in qua via, videlicet Parisius, in dolore cordis et tristitia finit vitam suam. Erat autem jam in etate decrepita constitutus, et ideo ad decipiendum magis levis; nec amisit, nisi quia deceptus, nam impiger et animosus erat valde. Eo autem sic mortuo, succedente bone memorie Thoma quondam archiepiscopo, Othobonus tunc remensis archidiaconus qui adhuc est, eumdem Thomam statim in adventu suo invasit; et per avunculum suum Innocencium papam quartum tunc Lugduni residentem, in civitate et toto archidiaconatu remensi privari fecit eumdem omni jurisdictione spiritali, sic quod idem Thomas per hoc coactus fuit ire Romam, et jus suum ibi redimere; ita etiam quod dictus archidiaconus et ejus successores remanserunt nichilominus archiepiscopis in jurisdictione per civitatem et archidiaconatum perpetuo pariter adequati, prout in litteris papalibus super hoc confectis noscitur contineri[3]. Non autem extitit idem Thomas in culpa amissionis hujusmodi, quia inde fecit quod potuit; sed si verum audeo dicere, vis in quam resistere non potuit, illata fuit eidem pariter et rapina.

Prefato itaque Juhello postquam novit, ut dictum est, sententiam contra se ita latam, curiam suam pro derelicto habente, et nihil sibi

[1] Le Gall. christ., *agnito*.

[2] Le *Gall. christ.* passe la préposition *in*.

[3] Ici se termine l'emprunt fait par les auteurs du *Gall. christ.* à notre manuscrit. — L'acte obtenu par Thomas, dans sa querelle avec son archidiacre, est une bulle donnée le 16 janvier 1254. On peut le voir sous cette date dans nos *Archives administratives*.

Digitized by Google

exinde nisi forte aliquid de sigillo retinente : maxime cum non esset nisi [in parte?] concremata curia, dederunt eidem Juhello falso intelligi ministeriales ejusdem curie, quod erat totaliter combusta ; vel cum non esset nisi in parte diminuta jurisdictio, suggesserunt ei falso quod erat penitus enervata. Ipsi dolosi ab illo die sese injungentes insimul et firmantes, ita quod eo nemo pro dolo ipsorum poterat penetrare, totum preoccuparverunt ; et emolumentum quod de dicta curia ut suum debuisset consequi archiepiscopus deceptus, in hoc etiam officiales in deceptione tenentes, et obsulsantes ora sua, illi fallaces partiti sunt inter eos usque ad tempus bone memorie Thome de Bellomanso immediate eidem Juhello succedentis. Qui cum esset junior nutritus in ecclesia, et ideo magis cautus, et videns clarius, ivit eis ad manus et ad se, sicut erat eis necesse, retraxit quod potuit ab eisdem. Sed ei quasi ad dorsum mansure [*sic*, mensure?] partientes, et cum de cauda piri pagantes, in respectu tamen de hoc quod retractum fuit ab eisdem lupis rapacibus, tanta rabies eos arripuit quod insaniam suam convertentes in pauperes, insilierunt in eos ad rapinam. Tunc qui supervenerunt et alii de curia majores advertentes et comperti de dolo, cum zizaniam et spinas extirpare deberent, vineamque replantare et Ecclesie sicuti poterant et ad eos pertinebat [succurrere?], in contrarium agentes, colendo et multiplicando spinas et tribulos, igne cupiditatis malorum omnium radicis succensi, et hujusmodi lucrum dampnabile [sectantes?], converterunt se cum illis : et deinde iste morbus contagiosus per singulos fere usque ad minimum est diffusus. Oriuntur inter eos invidia, livor, aviditas ex quibus nascitur odium. Faciunt sibi partes et firmant : tam de procuratoribus, notariis, quam aliis, omnes in turbine currunt ad spolium sicuti canes ad cadaver ; morsibus sese a cadavere ut canes reiciunt majores, mediocres et minores ; ardet quilibet majorem partem habere de ove. Infinitus notariorum est numerus in civitate remensi et extra, per totam provinciam et diocesim ubique residencium, et qui officia curie et maxime de recipiendis recognicionibus et contractibus quibuscumque exercebant. Omnes parrochiales presbiteri, capellani, conducticii, matriculatii totius dyocecis, et alii qui clerici appellantur facti sunt notarii curie remensis, qui omnes in campis, villis et locis suis exercent officia notarie (*sic*, notorie?) et maxime quilibet recogniciones re- Ann. 1269

Digitized by Google

Ann. 1269. cipit et quoscumque contractus, quorum eciam quamplures nec intelligunt nec sciunt legere nec scribere, per alios scribi faciunt et apponi. Venduntur communiter littere generales de citandis, monendis et excommunicandis quibuscumque, ad voluntatem impetrantis, durature quedam per annum, alie plus vel minus, secundum quod cavetur in contractu. Tabellionum, apparitorum et aliorum confusus est numerus. Currunt registratores per patriam. Festinat quilibet ad lucrum et laborat. Queque sunt venalia. Cives, advocati, ecclesie, domus religiose habent notarios in domibus suis domesticos, et de propria familia eorumdem scribunt; a quocumque omnia transeunt ad sigillum, dum tamen pecunia afferatur. Quis scripsit vel quis signavit penitus ignoratur; tamen pro pecunia totum sigillatur : multa pecunia extorquetur; pauca cadit in bursam domini tanquam decepti, sed multum peccatum et dedecus in caput ejus. Mittuntur a latere curie frequenter et assidue, per remensem provinciam, ad execuciones et delegaciones in casibus arduis, minores clerici, persone viles et indiscreti conducticii, ymo tales vias ementes, qui turpia committunt, cum ad hoc mitti deberent honestiores, periciores et majores. Confunditur inde curia; oritur scandalum, questio refertur; clamor ad archiepiscopum deportatur; confusus et erubescens ad suos ministeriales recurrit, qui decepcionibus eumdem pacificant maudaciis et faloribus; et error et peccatum remanet sicut prius, ymo crescit. Lupis itaque impletur curia insidiantibus ut rapiant ovem et devorent. Committuntur falsitates; non puniuntur mali, sed dimittuntur. Videntur ibi esse quasi nundine intervalles ubi nullus ordo, sed omnia confusa sunt et turbida, et assiduus error ibi semper inhabitat. Et quid plura? Multiplicata est ibi tanta iniquitas, duravit et crevit ista pestis, maxime ab illo tempore vacationis post Thomam usque ad adventum reverendi patris domini Johannis qui tunc (*sic*, nunc?) preest, et tantum exinde ortum est scandalum, et tanta diffamacio ubique cucurrit, quod curia remensis non appellabatur curia, sed publice camera falsitatis. Multo plura etiam veritatis possem dicere de ista materia; sed grave et durum est explicare veritatem in multis et de multis, nec volo nec intelligo apprehensione illorum ministerialium et major (*sic*, majorum?) de curia de quibus suprascripsi, officiales qui fuerunt predictis temporibus continui;

Digitized by Google

non omnes tamen ex quo venio [1] ad dicendum, veritatem, sed bonos et justos excipio; quia credo quamplures eorum ab omni munere excussisse manus suas, nemine tamen eorum excusso de negligentia et remissione, nec eciam de ignorancia cum nimis essent crassa et suppina, quia suis temporibus ista facta fuerunt. Et si non viderunt debuissent vidisse et scivisse; et si viderunt et sciverunt non restiterunt, et resistere voluerint nec potuerunt, dimisissent officium et sic essent sine culpa; caveant sibi : si bene fecerint, habeant. A fructibus ejus cognoscitur quisque, et opera ejus sequntur illum. Ann. 1260.

Desolata itaque malo peccato remensi curia, misericordia Dei efusa est super eam; nam advenit tempus gratie, plenitudo temporis in quo novus homo creatus, novus preficitur in presulatum remensis ecclesie sepedicto Thome immediate succedens, nomine gratie Johannes videlicet appellatus, qui licet humiliter ut agnus intraverit (de quo multi ipsum per patriam fatue reprehendunt, nam dicitur quod acres in principio, in fine franguntur; et alibi : debile principium melior fortuna sequetur) ipse, sicuti credo firmiter, ipsam ad omne bonum mentem suam dirigens, nisi, quod absit, permittat eum Dominus perverti a mandacibus pessimis, proficiet in melius, exibit ut leo et faciet finem bonum. In primis enim ad spiritalia erigens, ut decuit, curam suam, remensem curiam ad quam tanta pertinet jurisdictio, ad honorem Dei et communem subjectorum utilitatem reparavit; et statim prout melius fieri potuit, ad ordinem et statum debitum feliciter reduxit; et ordinacionem in ea constituit que scripta et apperta pendet ibidem publice in loco eminenti, per quam cuncta patefiunt et in lucem procedunt; confusio ex qua tot et tanta mala processerunt abicitur; notariorum numerus refringitur et certus statuitur; officia ordinantur; queque in ordine suo manent firma; mali ejecti sunt, boni quoque retenti sunt; capiuntur falsarii, puniuntur delinquentes; omnes inhabitantes in ea, eciam officiales, per eam astringuntur; scandalum extinguitur; infamia moritur, fama bona recuperatur. Indebite ergo reprehenditur qui ita bene incepit, qui prius cucurrit ad majus ruinosum reedificandum, qui vineam extirpatam replentavit, qui coluit ortum in deserto et plantavit

[1] Ce passage est évidemment corrompu. L'auteur avait pu mettre, dans sa mauvaise latinité, *....tamen ex iis conveno, ad....* ou bien *....tamen ex quibus venio loqui, ad....*

Ann. 1269. de novo ut crescat et multiplicet et fructum afferat, non tantum tempore ipsius plantatoris ob tantis [*sic*, optantis?] quod duret edificium in eternum; et non assimilitur (*sic*) et comparetur qui totum evellit in destructionem posteriorum ipsius, nec curat nisi de suo tempore. Iterum egregius ille reparator non ligatus cupiditate, omne malum lucrum, omnem venalitatem a se omnino abjecit; non timuit custus, sed, cum labore et liberacione majori quam potuit, quos credidit utiliores et digniores tanto regimine semper advocavit; quibus honorem suum commisit in hac parte, et ad victum proprium ipsos in superiori domus sue honorifice tenuit; et si aliquis extra esse voluit, ad libitum ipsius pro expensis suis eidem est largitus, et jam ad remuneracionem eorum largiter incepit ut apparet; et si de ipsis confidit, et ad ipsos de hoc quod sibi commissum est se expectat, non est mirum. Peccat ergo qui eundem ita cito et noviter reprehendit, quia certe optimum est ejus initium in hac parte : sed de bono quisque tacet, de malo autem clamant omnes.

Mars 1267. Tenor autem illius constitucionis gloriose que curiam nostram purgavit tantis malis, et veritatem que sub terra tanto tempore latuit, fecit apparentem que magis eciam imposterum apparebit, talis est :

Nos officiales remenses, circa statum curie que sint Deo placida, et subditis utilia, de bonorum virorum et jurisperitorum consilio, statuimus et ordinamus : In primis quod omnibus notariis, tam foraneis quam residentibus, quorum effrenata multitudo confusionem inducebat, et ex qua multa mala procedebant, omnino amotis, revocentur certi et tot quod non excedant numerum sexaginta et decem ad plus, quorum eciam aliquibus singulis singula officia assignentur; sigillifero, registratore, receptore actorum, in dicto numero sexaginta et decem notariorum minime computatis.

Item, ordinamus quod jurent advocati quod injustam causam non fovebunt scienter; et quod fidele dabunt officialibus consilium requisiti.

Item, quod jurent procuratores et advocati quod acta legent in judicio fideliter et perfecte et sigillata; nec sigillanda nec sine sigillo in judicio admittantur.

Item, nullus procurator in causis provincie sit residens in civitate remensi, exceptis tantum in causis prelatorum et locorum sive perso-

Digitized by Google

narum in signum (*sic*, insignium?), ut pote ducum, comitum et cu- Ann. 1269.
juslibet ecclesie cathedralis, sive collegii.

Item, quod peticiones super gravaminibus, ubi appellatum est a gravamine; item, peticiones omnes, exceptis illis tantummodo ubi appellatum est ab iniqua, et causis que centum solidos non excedunt, excepciones seu facta proposicionis, per advocatos et jurisperitos proponentur; et in fine inscribatur nomen advocati cujus consilio facta fuerint premissa, et jurent procuratores de hoc se non intromittere et notarii.

Item, nullus procurator sit advocatus in eadem causa, vel e converso.

Item, quod intelloqutoriis et sentenciis diffinitivis audiendis, et in qualibet parte judicii ubi debet disputari de jure, non compareat nec audiatur procurator sine advocato disputaturus per se de jure, et nisi causa prius per advocatum fuerit disputata; nisi procurator doceat coram officialibus quod pars sua non habuerit vel habere noluerit advocatum aut non possit.

Item, nullus notarius vel apparitor sit procurator.

Item, nullus procurator subtrahat salarium alicui advocato.

Item, quod non sig.. [netur?] aliqua notula ut prius ut prius (*sic*) nisi per officialem: et hoc tantumm.... ervetur [tantummodo servetur?] in provincia et non in diocesi.

Item, nullus advocatus faciat tale pactum cum aliquo procuratore generali, nec eciam e converso, ut aliquis advocatus sit ad omnes causas quas dictus procurator habet vel habebit in curia; nisi sit procurator unius persone tantum vel alicujus colegii.

Item, ad delegaciones et execuciones per provinciam mittantur certi notarii; et de hiis eciam nullus ad hoc ire presumat, nisi de mandato speciali officialis et per litteras per officialem signatas. Quibus sic missis certum statuimus salarium, videlicet decem solidos parisienses tam pro expensis quam pro salario pro qualibet dieta. Et si administrentur ei expense, tam pro se quam pro equo suo et garcione, computata eciam in illis expensis locacione equi et garcionis, pro salario suo habeat quatuor solidos parisienses, nec plus nec minus recipiat; et quamcito talis missus exequtor ad partem pro qua missus est perve-

Digitized by Google

Ann. 1367. nerit, oferat se illi pro tali salario ante ceptum negocium, et exponat ei, et significet quod tale est salarium, ut pars eligere possit et in ejus opcione sit, aut expensas ministrare et dare quatuor solidos pro salario, aut solvere decem solidos pro toto.

Item, nullus procurator aliquid scribat quod debeat sigillari; innovet (*sic*, ymo nec?) aliquid nisi scriptum et signatum per manus notarii sigilletur.

Item, quod accipiatur moderate de scripturis; et in magnis scripturis, utpote attestacionibus et posicionibus, semper apponatur in fine quantum inde percipiatur : et si questio referatur quod immoderate plusquam sit debitum quis inde acceperit, officiales corrigant et emendent.

Item, quod nullus notarius sit conductius [conducticius?] alicui advocato vel procuratori, id est quod fiat pactum cum aliquo advocato vel procuratore, seu aliquo de curia et e converso, de quota parte scriptorum suorum, vel de quota parte sue mercedis quam habere debeat pro salario suo : et hoc inhibemus tam notariis, advocatis, procuratoribus quam aliis de curia.

Item, quod nullus sit notarius residens extra civitatem remensem.

Item, quod nullus notarius sit de familia sive ad expensas alicujus domus religiose, vel alicujus civis, seu presbiteri, vel advocati.

Item, quod nullus notarius de una curiarum pro delicto suo ejectus, recipiatur in alia.

Item, quod nullus notarius scribat pro posse suo aliquam litteram.... (que non?) debeat transsire ad sigillum de jure, vel secundum formam et stilum curie.

Item, quod nullus notarius scribat litteram unam unde plures littere debeant fieri.

Item, quod nullus notarius ad recogniciones recipiendas vel alia negocia, in diocesi ire presumat, nisi de speciali mandato officialis vel sigilliferi sive registriferi, et nisi super certis negociis expressis in litteris curie super hoc sibi datis : ita eciam quod nulla alia negocia in illa missione exequatur, et nullus ad premissa mittatur, nisi notarius; quibus sic missis certum statuimus salarium, videlicet tres solidos parisienses pro dieta, nec plus, nec minus, deductis expensis et scriptura sua.

Digitized by Google

Item, quod nullus notarius usurpet officium alterius aliqua fraude vel aliquo modo. Ann. 1267.

Item, quod sigillentur omnes littere recognitorie infra duos menses a tempore recepte recognicionis a notario, et redimantur infra dictum tempus, et ultra non sigillentur; et hoc semper significent partibus notarii in receptione earumdem.

Item, quod in recognicionibus recipiendis sint fideles, cauti et diligentes notarii, ad hoc certi deputandi in qualibet curiarum, usque ad numerum infrascriptum; qui nec recipiant aliquam recognicionem, nisi prius per se vel per testes cognoverint recognoscentem, et nisi ad peticionem recognoscentis; et semper querant a recognoscente, utrum velit super hoc tradi litteras parti alteri, expositis ei ad clarum intellectum modo et forma et omnibus articulis in litteris apponendis; quod si voluerint et petierint, recipiant et tradant : aliter non. Nec recipiatur aliqua recognicio in taberna, vel prisonia, seu loco inhonesto.

Item, et de officio apparitorum quos ad hoc certos, videlicet in curia remensi usque ad octo, in curia domini remensis archidiaconi totidem, et in curia domini remensis ecclesie archidiaconi quot voluerint deputamus, districtius inhibemus ne de aliqua monicione super litteris recognitoriis se intromittere audeant, vel presumant, nec eciam de aliqua [alia causa?], nisi semper super illa alia, ab officiali vel registratore seu sigillifero petita licencia super hoc et obtenta.

Item, quod nec eant ad citaciones faciendas extra parrochias remenses; nec eciam signent vel scribant aliquid quod debeat sigillari; nec citent aliquem de civitate auditurum raciones contra monicionem factam, et per hoc suspendeatur monicio, nisi de die citacionis facte usque ad crastinum, si dies non fuerit feriata; et si fuerit feriata, ad diem non feriatam immediate sequentem. Nec citent aliquem de hora in horam eadem die nisi cum causa, et tunc similiter petita licencia super hoc et obtenta.

Item, quod non fiant arrestaciones vel saisine, nisi de mandato speciali officialis mandantis, vel ejus vicesgerentis, vel sigilliferi, seu registriferi.

Item, quod non requiratur aliqua causa in una curia per aliquem notarium, vel apparitorem, vel alium de curia, nisi de mandato offi-

Digitized by Google

Ann. 1267. cialis mandantis vel ejus vicesgerentis, quo die vel quo tempore causam inquisitam inchoavit.

Item, quod nulli concedantur littere generales.

Item, quod in uno citatorio contineantur tantum sex nominati et uni persone responsuri tantum, nisi sit causa conjuncta, videlicet pluribus responsuris super eodem.

Item, quod nullo modo signetur littera monitoria, nisi prius videatur littera recognitoria sigillata.

Item, quod non fiat monicio per unam litteram, nisi tantum de una recognitoria littera.

Item, quod statim notule et acta processus omnia sigillentur, vel saltem infra diem partibus assignatam.

Item, quod nullo modo de cetero instituantur registrarii in diocesi; et si ad presens sunt, eos penitus revocamus.

Item, quod non emanent littere de audiencia ex notulis non sigillatis.

Item, quod caveant audienciarii ne dent litteras contrarias; nam si quis eorum in hoc [peccasse?] compertus fuerit, non tantum per penam amissionis curie, sed ad refundendum expensas parti quam leserit, vel alias gravaverit, per officialem puniatur.

Item, quod non sit aliquis notarius plurium curiarum simul et semel, sed unius tantum.

Ad hujus autem observacionem ordinacionis quam sub pena excommunicacionis servari precipimus, juramenta recipimus, statuentes ut qui contra venerit, non solum ut transgressor juramenti, sed tanquam excommunicatus et alias gravius, puniatur. Datum anno millesimo ducentesimo sexagesimo sexto mense marcio [1].

In provincia vero impediunt multipliciter et perturbant jurisdictionem remensis curie, suffraganeorum officiales; in diocesi vero, officiales archidiaconorum remensium, et omnes temporalem justiciam habentes. Audita enim confirmacione domini remensis qui nunc preest, timuerunt ipsum; et dubitantes ne tantus homo aut eorum jurisdictionem auferret ab eis, aut usurparet, vel suam rigidius retineret, aut asperius procederet contra ipsos, sicuti sciebatur esse potens, et no-

[1] La place de cet instrument serait dans nos *Archives administratives*, s'il était isolé : nous l'avons maintenu ici pour ne pas morceler le manuscrit qui nous l'a fourni.

bilis, et credebatur vir animosus. Et factum est totum contrarium. Ann. 1269
Nam formidantes, ut dictum est, paraverunt se et firmaverunt contra eum ab inicio : et temptando paulatim, cognoscentes tepuditatem partis alterius, et quód non esset qui eis resisteret, intraverunt in eam ita profundo archidiaconales, quod jam fere totum preoccuparunt; et alii exercicium ejusdem jurisdictionis curie remensis magis ac magis taliter impedierunt, quod remanet quasi vacua et penitus desolata; nec colligitur ibi nisi grapium post vendemiam, et fragmentum. Nam archidiaconales dicentes se equales domino in jurisdictione, in civitate et diocesi, non suffit (*sic*) eis equalitas; sed totum sibi preoccupare conantes, ad partem suam decanos quos instituunt et destituunt, attraxerunt; et per consequens presbiteros et deinde populum sibi quasi totaliter converterunt : et jam multo magis impedit et usurpat ille minor qui nichil habet, nisi tamen ex permissu. Provinciales vero contra ordinacionem bullatam capiunt appellantes, inregistrant ipsos, proferunt ut arbitri, redimunt appellantes in scripturis, non permittunt mandata curie remensis execucioni demandari, saltem nisi cum magna gravitate custuum, circuitus, et expensarum. Nec excommunicati auctoritate curie remensis evitantur; nec conductum habet remensis curia, nam procuratores veniendo ad eam, et recedendo ab ea, vulnerantur ab adversariis, et turpiter pertractantur. In diocesi vero domini temporales et justicie capiunt appellantes litigantes ad curiam, procuratores, et litteras curie deferentes; capiuntur presbiteri, vulnerantur, occiduntur, non audent excommunicare, nec mandata curie exequi, nec solum verbum sonare, eciam contra rusticos atque viles. His et aliis modis quampluribus impeditur jurisdictio, ymo pocius enervatur : et certe nunquam ego qui sum alumpnus curie, vidi eam ad nichilum sicuti est nunc redactum. Cause enim tante diminucionis sunt hec : Primo quia non retinetur jurisdictio quamvis posset detineri. Secundo propter scandalum et diffamacionem de quibus superius tactum est, que tractum a longo tempore habuerunt. Tercio quia bene non servantur consuetudines, factum et stilus per que jurisdictio ampliabatur. Quinto (*sic*, quarto?) vero legati qui presentes in loco sunt a longo tempore, per quos in multo ordinariorum omnium et plus eciam metropolis est jurisdictio diminuta.

Ann. 1269. In remensi curia per ordinacionem factam, est certus numerus, sexaginta et decem notariorum videlicet, constitutus, sigilliferis et registrariis minime computatis, quibus distincte et divisim officia curie assignantur, prout in minori tabello in consistorio pendente continetur. Hec autem sunt officia curie : audiencia, attestaciones, posiciones, recogniciones, apparitores; et tria principalia, videlicet sigillum, camera, registrum [1] : et ista tria principaliter et specialiter reservantur domino remensi per clericos suos proprios excercenda.

Sigillum est clavis curie que omnia claudit, firmat et reserat; pons per quem omnia transeunt. Sigilli officium majus est omnibus dignius atque nobilius, et qui ipsum excercet major debet esse et discrecior inter omnes. Ad ipsum enim pertinet tocius curie regiminis major cura verum [2]; nam ad ipsum vel ejus noticiam perveniunt quecumque emergunt et curie deferuntur, et est pilerium magistrale. Debet eciam scire jura, vel saltem de necessitate exercicium curie, quod in consuetudinibus, facto et stilo, consistit; et eciam instruere et facere advertentes officiales eum contingit, si forte aliquid reprehensibile ab eis emanaverit per errorem. Tenetur eciam iste cognoscere omnes de curia advocatos, procuratores, et maxime notarios singulos, matius eorum atque signa, quantum sciunt atque valent. Item, debet corrigere maxime notarios; omnium excercicium officiorum debet scire; tueri officia; quoslibet in statu suo tenere, ordinacionem custodire, et in suo statu et robore firmiter teneri facere et servari. Tamen istud officium alleviatum est valde et exhoneratum per ordinacionem, quia continetur in eadem, et servatur quod nichil potest sigillari, nisi sit de manu notarii scriptum et signatum, et quod nullus notarius debet scribere aliquid pro posse suo, quin de jure vel secundum consuetudines et stilum curie, debeat transsire ad sigillum; et ita omnes scripture et littere signantur signis notariorum, eciam cum signo officialis si quando

[1] Le soin avec lequel l'auteur de l'opuscule que nous publions fait ressortir toutes les charges de l'office de registrateur, nous porte à croire qu'il l'exerçait lui-même au moment où il écrivait. Ce qui nous confirme dans cette opinion, c'est le dévouement dont il fait preuve pour les intérêts de l'archevêque. Or, le registrateur était l'un des trois clercs dont l'archevêque s'était réservé l'institution dans sa cour, qu'il tenait dans sa dépendance, et qu'il chargeait de défendre spécialement ses intérêts.

[2] Ne faudrait-il pas : *totius curie regimen et major cura rerum?*

apponatur; unde non habet sigillator nisi respicere signa cum sigillat. Et ante ordinacionem omnia videre oportebat, unde oportebat tunc sigilliferum plures litteras cancellare et disrumpere, propter earum ineptitudinem, quam eciam sigillare. Tamen non debet sigillator de toto in hoc confidere, sed cavere et respicere quod omnia transeant in justicia et honore. Nec debet se exhonerare de toto, et aliis onus totum imponere, quin manum apponat et juvamen in hiis que faciunt ad correctionem et retencionem jurisdictionis, et honorem curie, et diligat alia officia, maxime registrum et officium actorum et conservet, cum magis quam alia indigeant, quia servari nequeant sine ipso. Omnia vero ista pertinent ad eumdem; nec potest se excusare, nec dicere quod solum officium ejus sit sigillare, pecuniam recipere, et eam domino integram conservare. Hoc enim tantummodo facere, et de aliis non curare, non est perfecta fidelitas, nec est predictum officium exercere. Ann. 1269.

Registrum est liber sive quaternum ubi tocius remensis civitatis et diocesis parrochie seriatim inscribuntur. Item et ubi tam de provincia, quam de civitate, et diocesi, omnes nominatim continentur qui pro contemptibus tenentur curie ad emendas : de quibus contemptibus constat per rescriptiones, aut ex notulis per assignacionem dierum, super quibus per audienciam transeant justiciales littere; et de audiencia remittuntur in registro inscribende. Registrum autem est de novo ordinatum, et in tres partes voluminum redactum est et conscriptum. Prima enim pars continet majorem archidiaconatum; secunda minorem, et tercia provinciam et emendas excessuum : non enim omnes qui tenentur in emendis possunt registrari, nisi illi de quibus constat, ut dictum est, per litteras audiencie pro contumaciis, aut per testimonium apparitorum, vel eciam per aggravaciones excommunicationum latarum in provincia, pro recognitis vel eciam judicatis; que quidem aggravaciones, prout de novo statutum est, inceperunt transire per signum registrarii. Hic autem multum, ymo nimium, oporteret insistere et morari, si explicaretur causa que vix intelligeretur, quare omnes excommunicati non possint registrari : et ideo causam subicio quia securum est de emenda que posita est in registro quod non amittitur; illas autem que registrari non possunt, exequtores presbiteri qui

Ann. 1269. excommunicatos denunciant sibi directos, in scripturis suis debent ponere et habere, et de illis multe perduntur per negligenciam et fraudem eorumdem. Registri autem officium odibile est ultra modum, super omnia eciam servilia opera ponderosum, et qui ipsum exercet satis habet laqueum in colo; asinus enim est curie, et talis debet esse quod pacienter sustinere valeat clamores, noisias, jurgia, minas, rixas, convictia multipliciter eidem cotidie inferenda. Debet igitur esse, prout res expostulat, paciens, rigidus et firmus, diligens, pre omnibus cautus, et non timidus. Ad ipsum enim pertinet quod non sit graciosus, qui gracias impedit ne fiant, et ideireo odiosus, eciam illis qui magis eum sustinere et juvare deberent. Item ejus est officium registrare et deregistrare, absoluciones concedere, omnes emendas tam excessuum quam alias exigere, et recipere; et per excommunicationem, et quandoque contra presbiteros maxime et alios[1] tales ecclesiasticos per saisinam bonorum, ad satisfaciendum super illis eos qui tenentur in eisdem, cohercere. Item negocia, cause pro curia, et omnia mandata que a domino remensi, vel apparitore, vel legato, diriguntur officialibus undecumque veniant, committuntur registratori facienda. Per ipsius autem officium delinquentes puniri debent, et jurisdictio retineri, officialibus maxime interponentibus partes suas, prout debent. Et est istud officium ambiosius in multo, et gravius aliis omnibus : et in verba et clamorem tocius populi incidit qui tantum onus tantamque turbacionem assumit; quia etiam si daret totum gratis et remitteret, excoriator clamaretur, et esset omnibus odiosus, et omnes ei essent ingrati. Item omnes casus et excessus qui emergunt contra curiam, quam cito ad curiam per clamorem, vel aliter, deveniunt, ad aures officialium vel sigilliferi ad quos clamor de talibus defertur plusquam ad alios, scire debet, ut exinde negocium procuret. Et est sciendum quod omnes qui habent facere ad registrarium, defraudare ipsum et decipere tendunt semper pro suis viribus et laborant.

In curia est camera ubi recipiuntur acta; et dicitur camera, officium camere, vel officium actorum. Est autem illud officium nobile et perpulcrum. Qui illud exercet, habet illam cameram, et ad ejus officium

[1] Le mot *alios* est ajouté par une main postérieure.

pertinet ibi acta recipere, transcribere, vel transcribi facere, et signare transcripta, collacione prius inde facta; signata partibus reddere, et originalia eorum que penes curiam perpetuo remanent, ibi retinere et fideliter conservare, ut ad illa semper imposterum, si necesse fuerit, habeatur recursus. Item de ejus officio sunt diffinitive sentencie, intelloqutorie, revocaciones inhibicionum, et alie pronunciaciones facte in jure quocumque ab officialibus remensis curie; proferuntur similiter et absoluciones ad cautelam: quas quidem sentencias intelloqutorias, revocaciones, pronunciaciones et absoluciones ad cautelam, debet scribere vel scribi facere, signare scriptas, partibus quibus competit vel quorum interest reddere, et adversariis inde copiam deliberare; et breviter omnium acta causarum que ad curiam remensem per apellacionem devolvuntur, videlicet universa acta tocius cause, processus habiti in priori judicio, et omnes probaciones tam per instrumenta quam per testes habitas [habite?] in secundo judicio, et quicquam breviter remittitur in causis et processibus tam prioris judicii quam secundi, vel reportatur de provincia ad remensem curiam ad mandatum ejusdem curie, sunt de officio isto et ad ipsum pertinent; et ecce quomodo. Causa ad remensem curiam per appellacionem devoluta, judex inferior a quo appellatum est, ad mandatum curie remensis, remittit eidem curie remensi ad diem ad hoc partibus in curia remensi assignatum, universa acta et processus illius cause habite coram illo judice interclusa sub sigillo ipsius. Ista acta sic reportata ad curiam remensem, publicantur ibidem, et veniunt ad cameram; et ita fit de qualibet causa; et hoc est de priori judicio. Item in causa appellacionis que ventilatur in curia remensi, fiunt probaciones tam per testes quam per instrumenta, super gravaminibus et super factis propositis in remensi curia. Item, et fiunt posiciones super istis. Iste probaciones et posiciones audiuntur in provincia per exequtores ad hoc, ab ipsa curia de latere curie, missos, vel multo magis, et pluries et sepius propter expensam, per alios exequtores de provincia in partibus illis, secundum quod partes volunt et petunt, ad hoc ab ipsa curia remensi deputatos. Et iste probaciones et posiciones remittuntur ab ipsis exequtoribus, clause sub sigillis eorum ad curiam remensem, et ibi reportantur ad diem ad hoc partibus assignatam; et tunc publicantur et veniunt ad cameram. Et ita fit de qua- Ann. 1269.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

Digitized by Google

Ann. 1269. libet causa appellacionis : et hoc est de secundo judicio. Tamen excipio quod aliquando, sed raro, audiuntur posiciones in ipsa curia remensi, in causis appellacionum que non veniunt ad cameram quando ita fiunt et audiuntur in curia ; sed remanent illis qui deputati sunt in curia ad audiendum posiciones in curia. Preterea contingit aliquando, sed tamen raro, quod provinciales judices, videlicet suffraganeorum officiales, propter dubietates vel aliis de causis, remittunt suis superioribus, videlicet remensis curie officialibus, sentencias diffinitivas in causis de quibus cognoverunt, sine appellacione interjecta, proferendas : et tunc universa acta causarum illarum remittunt cum partibus ad curiam remensem, sub eorum sigillis interclusa, que publicantur similiter et veniunt ad cameram. Et sciendum est quod quicquam de actis et processibus, et eciam probacionibus et posicionibus, venit ad cameram, cujuscunque sit judicii prioris vel secundi, bis transcribitur et bis redimitur. Insuper aliquando appellatur a curia remensi ad papam, vel legatum, in causis ordinariis, videlicet in causis diocesis ; vel eciam in causis appellacionum impetrantur judices delegati : ad eorum mandatum remittunt bis officiales remenses universa acta sub sigillo curie remensis interclusa ; nec recurritur ad priores judices inferiores, sed tantum ad remenses officiales immediate inferiores ; et tunc omnia acta illa tam prioris judicii quam secundi, que jam alias bis transcripta fuerant in camera, bis iterum rescribuntur ibidem et in ista remissione ultima ; et ita aliquando contingit quod unius cause processus et acta universa, tam prioris judicii quam secundi, que ita remittuntur ad tercium judicium, quater in camera rescribuntur, et quater ibi redimuntur. Et hec sunt que pertinent ad officium camere, vel ad officium actorum. Nec est pretermittendum quod ad istud officium pertinent omnes taxaciones expensarum, tam pro contumaciis quam judicatis.

Audientia est hostium curie : per illam enim intratur curiam, nec sine ipsa curia potest stare ; et qui illud officium auferet, curiam totam defaciet. Quicumque vero litigans venit ad curiam ad diem litis, sive sit actor, sive reus, primo adit audientiam, et se poni facit in audientia contra suum adversarium in sero. Que quidem audiencia in illo sero clamatur. Si vero adversarius non comparuerit crastina die in mane, post factum breviculum, ne littere deptur contra me, in quo similiter

Digitized by Google

iterum ille poni se facit contra adversarium, clamacione facta illo mane per apparitorem de mandato officialium, ire ad litteras audiencie tunc impetrat ille comparens contra adversarium absentem; litteras de audiencia justiciales, videlicet monitorias pro illa contumacia, et excommunicatorias si sit actor, impetraturus. Que quidem littere justiciales mittuntur ad registrum, et registrantur; et transeunt per duo officia, audicinciam videlicet, et registrum, signate signo utriusque, antequam veniant ad sigillum. Si vero sit reus impetrator, habet litteras simplices expectatorias; et si velit in eisdem habebit quod citetur contra eum pro expensis. Et similiter actor impetrans, si voluerit, habebit in suis litteris justicialibus, quod iterum reus citetur super expensis, et ad videndum taxacionem earum, et in causa processurus; et antequam dentur iste littere, clamabitur ibi iterum proprio nomine ille contra quem littere petuntur dari si est presens, vel aliquis pro ipso. Et tunc si non apparerit, vel alius pro ipso, dantur littere sic petenti, et signatur breviculum de absencia. Si vero apparerit, et inhiberit ne littera detur contra ipsum, et offerat procedere, non datur littera; sed tunc remittitur utraque pars ad officiales, et signatur breviculum de presencia. Et ita ad excercentes istud officium pertinet, prius ab eis in sero facta et clamata audiencia, et contradictoribus tunc signatis, crastina die hora debita, per breviculum propter contrarium, litteras ita dare. Ad officium autem istud excercendum sex clerici specialiter sunt deputati, licet ad hoc tres vel duo sufficerent hiis diebus. Ann. 1269.

Officium attestacionum est locus ubi testes producuntur, recipiuntur, juradtur, et jurati examinantur; quorum attestaciones in scriptis redigiuntur, bis transcribuntur, quia inde utrique parti suum transcriptum vel copia detur; et originale in curia apud illud officium perpetuo retinetur. Ad illud autem officium octo clerici qui premissa excercent, specialiter deputantur; quamvis ad hoc duo vel unus sufficerent hiis diebus, quia non audiuntur ibi testes de causis provincie: tamen si venirent, audirentur; sed nunquam veniunt, ymo semper mittuntur audiri ad partes suas, ut parcatur laboribus et expensis. Et idcirco de causis civitatis et diocesis remensis que paucissime sunt vel quasi nulle, maxime propter curias archidiaconorum, testes ibi tantummodo audiuntur. Sed tamen isti ad hoc magis utiles et discreti, mittuntur ad

Digitized by Google

Anu. 1269. delegaciones et excepciones in provinciam, in arduis causis videlicet, quo testibus audiendis, vel aliis, cum contingit.

Posicionum officium est locus in curia ubi, post litem contestatem (*sic*) recipiuntur juramenta calumpnie, vel de veritate dicenda. Item, sub juramentis prestitis, audiuntur posiciones et responsiones parcium; et ad illud officium excercendum, sunt quatuor clerici specialiter deputati, licet ad hoc hiis diebus sufficeret eciam unus solus, quia parum aut nichil auditur in curia de posicionibus causarum provincie, quia in provincia audiuntur, et reportantur ad cameram: et de causis civitatis et diocesis, est maxima raritas, propter causam maxime de qua alibi supra tangitur; et de scripturis ita fit sicut superius est expressum.

Recognicionum officium est recipere recogniciones per illos qui ad hoc sunt deputati, a quocumque; super debitis, obligacionibus, contractibus, et aliis quibuscumque super quibus potest fieri recognicio, ut super hoc conficiantur littere curie recognitorie, et tradantur: et valent, et robur firmitatis obtinent, ac si coram judice ordinario, id est coram officiali, in jure essent facte. Et ad istud officium excercendum, quadraginta quinque notarii curie sunt specialiter deputati: et hoc ideo tantus istorum est numerus, quia in istis recognicionibus emolumentum sigilli curie pro majori parte consistit, cum omnes consueverint, in istis partibus multo magis quam alibi, recognitorias litteras habere de quocumque; et in ordinacione eam aliis curiis archidiaconatus actum fuerit quantum quelibet curia haberet clericos qui recogniciones reciperent, prout in ordinacione continetur: in qua eciam expresse est cautum qualiter in ipsis recognicionibus recipiendis, dicti clerici debeant se habere.

Apparitores sunt qui faciunt apparere, et clamando in curia appellant partes alteras ad petitionem partium adversarum, nominibus propriis venire ad judicium, et eos (*sic*, eas?) introducunt ad sedem cum judex precipit; sedem custodiunt, hostiarii sunt curie, citaciones faciunt in civitate; ad eorum testimonium emanent littere de audiencia contra contumaces de citationibus factis ab eisdem. In numero sunt octo. Qualiter se habere debeant in suo officio, et quid facere, cautum est in ordinacione expresse.

Ne videar, incidisse contrarium, magnificando curiam primo eciam in presenti ut videtur, ac eciam ipsam similiter in presenti quasi esset idem tempus postea faciem (*sic*, faciam?) de quasi nullam; utique verum dixi, nec est ibi contrarium, quia etsi curia, que major eciam fuerat quam est dictum, restricta fuerit postea quoad provinciam primo per Juhellum, et deinde quoad civitatem et diocesim per Thomam, ut est superius explicatum, nichilominus tantum ei remansit tunc potestatis, quantum superius est expressum; qua licet potestate, curia post restituciones hujusmodi, prout erat sui juris, per aliquod tempus pacifice usa sit, tamen adhuc eadem plenarie uteretur, cum hoc sibi jus tribuat; et usa semper fuisset eciam ab illo tempore, nisi ita fuisset, propter delfectum regiminis, prout supra alibi dictum est, adnullata. Unde ad hoc quod relevetur curia, et ad statum prosperum reducatur, de necessitate oportet quod vinea que per malos colonos desiccata est, et facta sterilis, reparetur; et reparata, et bene culta, in sua cultura bona teneatur : edificium quod quasi funditus diruit, relevetur; relevatum in suo statu bono teneatur : id est quod jurisdictio viriliter resumatur, resumpta retineatur, quia non est edificium ita forte quin diruat, si retentum non fuerit, et servatum. Et ecce qualiter hoc esse potest [1]. In sentencia vero que contra curiam, ut alibi supra est tactum, tempore Juhelli lata fuit, consuetudines eidem curie extiterunt reservate; super quibus, probacione pendente, compromissum fuit [2] in dominum Petrum tunc episcopum albanensem, a quo super hiis composicione ordinata, vel ordinacione composita, que (*sic*) fecit procurare et que adhuc penes nos habetur, necesse fuit ut stilus mutaretur, sicuti de sacerdocio quod non esset translatum, necesse habuit translacio (*sic*) esse facta [3]. Et idcirco venerabiles viri et prudentissimi qui tunc et ante et postea officiales remensis curie per longa tempora extiterunt, ut peritissimi, et omnino in facto et stilo curie excercitati, deliberacione eciam prehabita, cum advocatis et aliis peritissimis mu- Ann. 1269.

[1] Cette phrase tout entière a été ajoutée par la même main qui écrivait le texte. Elle aura été introduite, sans doute, pour faire ressortir la liaison qui unit les deux propositions entre lesquelles elle se trouve; mais elle rend inutile le mot de *vero* que le commentateur aura oublié d'effacer dans la phrase suivante.

[2] Voyez dans les *Archives administratives*, à la date du 28 janvier 1248, l'instrument dont il est ici question.

[3] Ce texte est évidemment altéré.

Ann. 1269. taverunt tunc, facta composicione, stilum prout res expostulavit; et litteras communes, et formulas que cursum habuerunt in provincia; secundum ordinacionem illam et alias condiderunt; per quas quidem, et alia que eciam facti et stili tam de consuetudine quam de jure, prout ad utilitatem curie et jurisdictionem ampliandam seu eciam retinendam, melius fieri potuit, in processibus et aliis, facta fuerunt et statuta, et usque ad hec tempora servata et retenta, invitis eciam provincie ordinariis, et ipsis ab inicio resistere et pro suis viribus repugnare conantibus, curia remensis nichilominus jurisdictionem suam obtinuit exercere. Per istam igitur viam veterem que tacta est et usitata procedatur, et oblivioni non tradatur, nec aliquo modo queratur via nova et incerta per quam possit domari. In talibus enim fere tota jurisdictio ecclesiastica consistit, maxime in ista curia, et per talia est ampliata. Et servantur consuetudines in diocesi, que multe sunt, et maxime illa ex qua curia brachium evocat seculare; nam sine illa non potest finaliter jurisdictio ecclesiastica bene stare. Nec de toto debent officiales suis scriptis juribus inherere; in ipsis enim non predicta, sed pocius contraria invenirent. Factum igitur cognoscere studeant et laborent; et eo modo quo dictum est procedant, corrigant delinquentes, maxime in curiam. Super omnia ordinacionem quam mali tanto habent odio, servari faciant; officia juvent, et in suo statu bono firmiter teneri faciant, maxime registrum per quod jurisdictio retinetur, quod habet apud ipsos maxime, et ipsi apud illud, plusquam ad alios facere, sine quorum auxilio multum non valet dictum registrum, et nichil omnino si, quod absit, impediatur ab eis. Non de multis casibus qui cotidie possunt accidere, maxime in jurisdictione retinenda, se exhonerent : nec de hoc dicant se posse intromittere, dicendo eciam quod est officium alterius, et non suum, et de hoc mittendo ad alium. Nec hiis modis et aliis, abiciant a se curam, nec dicant, nec intendant solum ad eos pertinere audire causas, et sentencias proferre, que rare sunt hiis diebus. Non dicant, pro Deo, se habere socios in eorum officio : nec grave gerant si dominus predicta tria officia sibi retinet, per clericos ab ipso electos, excercenda, nec si velit aliquid scire de curia sua; non respicientes retro, nec adherentes verbis illorum qui possunt eis sufflare in aure, quod aliquis archiepiscopus remensis usque ad istum, non

Digitized by Google

intromisit se unquam de curia remensi, nec scire voluit quid esset, Ann. 1269.
nec curavit, sed semper fuerunt domini dicte curie officiales; et quod fecerunt et disposuerunt de predictis officiis et aliis, pro sue libito voluntatis. Non dicant, pro Deo, meliorem esse curiam et pinguiorem quam umquam fuit, eo quod plus inde redditur domino quam umquam redditum fuit; quia nulla est comparacio de valore qui modo est, ad illum qui fuit in preteritis. Verum est tamen quod plus redditur; quia nichil alii domini perceperunt ut decepti, et dominus qui nunc est percipit; quia sibi cavit et melius eciam sibi cavebit imposterum, Deo dante: nec potest ita impediri curia quin aliquid valeat, et hoc propter territorium quod est tantum. Item, non timeant officiales justiciam facere, nec querant amiciciam vel favorem magnatum, vel majorum; nec eis parcant in injuriam alterius et maxime domini detrimentum [1]. Item, si forte, quod absit, negligentes fuerint vel remissi, non excusent se, pro Deo, dicendo se habere nullum caput. Item, nec abiciendo a se curam vel laborem, vacent ludis, solaciis, spaciis et aliis occiosis, quia ipsorum officium non est opus bacchalarii, vel eciam domicelli; ymo requirit eciam totum tempus. Vidi enim quamplures probos homines officiales remenses qui, in sedendo semper aut ad causas, aut ad mensam, aut ad libros, vel alias excercendo officium, vel dormiendo horis suis debitis, nichil omnino vacuo implebant totum tempus. Nec in excuciendo eciam ab omni munere manus suas, consistit tantummodo perfecta fidelitas; sed in diligencia et solicitudine quibus suis meritis, graciam Dei primo, et deinde sui domini cui serviunt, Deo dante, consequantur. Item, tria officia domini excercentes, illa per se ipsos excerceant, et non per alios. Item, sese ad invicem diligant; pro Deo, non sint discordantes. Non impediat unus alium invidia motus, vel alio malo modo. Non exhoneret se aliquis eorum de multis factis curie qui accidunt, dicendo: Non est meum officium, eatis ad illum; quia sunt multi casus ubi quilibet debet manum apponere pro utilitate et honore curie. Non respiciant ad compota habenda, nec in eis apponant metas; videlicet, ut si reddiderint tantum in hoc anno, quantum in preterito reddiderunt; et sic de annis singulis futuris; et

[1] Le texte portait *documentum*; une main à peu près contemporaine a substitué à ce mot celui de *detrimentum*.

Digitized by Google

Ann. 1269. per hoc debeant deliberari, et quod in hoc dominus sit contentus, quia non sunt equales annee[1], quia crescent et decrescent secundum diligenciam et negligenciam ipsorum et officialium. Tamen non credo aliquomodo quod minus debeat valere quam modo valeat; et de plus certus sum, si diligencia debita adhibeatur. Non enim est officium tam magnum grave et ponderacionis quin de facili bene fiat, et minimum negligencia et remissione. Sint ergo diligentes omnes predicti, quia non tantum sibi datus est honor, sed onus grave quod non possunt perficere sine maxima diligencia et labore, quibus totum tempus implebunt, si bene velint agere. Nec opportet ut acquirant ut domini, sed pocius sicut servi : nec tantum domino reddere integre quod receperint, si eciam hoc fiat potest eos excusare, sed cum hoc fideliter laborare. Et quia de milibus non unus perfectus, maxime hiis diebus, et semper crescit cupiditas qui (*sic*, que?) tamdiu est, incepit, necesse est patrifamilias, id est domino, ut mittat manum ad arratrum et bene respiciant (*sic*, respiciat?) ante et retro. Non secundum tantum exposicionem Evangelii mittat manum ad currum ne cadat; mittat eciam manum ad fabricam, si velit habere pecuniam : et recolat de proverbio rustici dicentis : Cujus est asinus, teneat illum per caudam. In omnibus, pro Deo, fiat justicia, quia hec est fabrica monetarii. Non sit semper novus, non subiciatur tutele qui debet esse tutor. Pro Deo, non sit levis ad credendum; quia quasi nulli spiritui est credendum, maxime hiis diebus; et qui leviter credit, de levi decipitur. Miraculose regna gubernaret qui non pertimesceret sibi dici veritatem; qui nullum sibi contrarium, nil sibi bona nova audiri pateretur : baculum enim Moysi oporteret illum habere qui vellet transire per medium sicci maris. Et (*sic*, est?) sine dubio scienter ducere dominum ut secum [*sic*, cecum?] in foveam socium[2] ut ubi [ibi?] cadat et pereat, si detur ei intelligi quod terre sue et rerum ipsius status sit bonus, et in ista eciam decepcione teneatur, si contrarium sit verum : nec potest ei destructio melius sibi queri. Et idcirco caveat sibi dominus, et advertat quod illi qui circuunt

[1] Au-dessus de ce mot, une autre main à peu près contemporaine a écrit *annate*.

[2] Le mot de *socium* est effacé, et celui de *cecum* lui est substitué par une main qui semble différente de celle qui a écrit le texte. Nous rétablissons la première leçon pour jeter un peu de jour sur cette phrase, qui, comme la précédente et la suivante, nous paraît corrompue.

dominos et magnates solent querere et facere pro posse suo, ut ipsi domini sui nichil sciant de factis rebus et negociis propriis, et quod nichil de se agant : et in ista decepcione, in tali ignorancia, impauperate, et debitorum oppressione solent tenere eosdem, ut per hoc sint domini tales maledicti, et regnent; et tunc dicunt intra se, quod bonum habent dominum; benefacient cum eo factum suum. Unde ve illi domino cujus servi facti sunt divites de suo, et ipse pauper; et accipit supra se debita, et familia ejus obvenciones terre sue. Caveat igitur dominus, et hoc Deus advertat, nec sic de illis dominis quia ita decipiuntur, faciat de se : audiat suos compotos, et racionem villicacionis sue de quolibet in presencia omnium; de familia inquirat et adiscat; loquatur cum suis ministris et qui habent officia, et curet scire veritatem que pocius a minoribus poterit extorqueri. De curia sua teneat quod jam bene incepit, videlicet ordinacionem factam et tria ejus officia; et de hospicio quod sint morantes insimul cum expensis ipsius domini, sicuti adhuc fit in presenti : de quibus expensis audiat compotum cum aliis, non per alium, sed ab illo eodem qui ad hoc est constitutus. Nichil in mundo de curia sua vendi permittat, sed predictis suis tribus officiis sit contentus. Ad minus de cetero tres registrarios habeat; nam de minori numero potest bene registri officium nullo modo excerceri; et dividatur inter eos ut non saltem unus ad alium se expectet. Habeat unus excessus per se, alius registrum civitatis et diocesis, et tercius semper eat in provinciam honorifice cum duobus equis pro emendis, quia aliter non venirent, nec quicquam valeret registrum in provincia; et ut saltem possessio per hoc valeat retineri : et non per alium sed per ipsum excerceat istud negocium, nec detur ei potestas alium substituendi loco sui. Et breviter si velit dominus quod curia sibi valeat plusquam possit cogitare, et de jure et justicia, et quod vivat cum honore et pacis transquillitate, et quod sit archiepiscopus sue civitatis et dyocesis, redimat sibi per pensionem vel [aliter?] curias archidiaconorum remensium [1], sciturus quod in mini- Ann. 1269.

[1] Ce conseil, donné par d'autres sans doute, avait déjà reçu un commencement d'exécution. Voir aux *Archives administratives* la bulle d'Innocent IV, datée du 16 janvier 1254. Toutefois la juridiction de l'archidiacre ne fut définitivement échangée contre une pension que long-temps après, en vertu d'une bulle de Clément VII, datée du 25 décembre 1392. Voir cet instrument sous sa date dans les *Archives administratives*.

Ann. 1269. mum potest eis dare; nec credat alicui de contrario : sunt enim eidem dicte curie archidiaconorum in majori adversitate et dampno quam posset credi, maxime quia nichil eis contradicitur hiis diebus. Item, retineatur jurisdictio cum hoc de facili possit fieri, saltem per excommunicacionum sentencias in personas, et interdictum in terras. Et quid plura multa circa materiam istam possem exprimere, et causas assignare? Sed ne tanta prolixitas vertatur in tedium, finem facio. In generali tamen, prius breviter hoc prolato : quod sciat dominus quod quicumque est remensis archiepiscopus duos habet principales adversarios : videlicet capitulum remense, et cives. Et isti duo adversarii faciunt archiepiscopo quotquot potest habere alios adversarios, et acquirunt; quod si sciret archiepiscopus, posset se de ipsis deliberare, et eos suppeditare de facili, et sue penitus supponere voluntati. Sed de facili transeunt, et archiepiscopus deceptus et ignorans, opprimitur et gravatur. Multa eciam facit dictum capitulum, usurpat, occupat et delinquit contra dictum archiepiscopum in prejudicium et maximum dampnum ipsius, in temporali et spirituali, maxime contra curiam. Et ad hoc advertat dominus quod quicumque est canonicus remensis, est de capitulo; et quicquid similetur vel disimiletur : tamen et officiales sui et ejus consiliarii, aut sunt canonici, aut sunt in expectacione, et quasi in certa spe prebendas obtinendi. Caveat igitur sibi dominus; cognoscat se ipsum et suos, et respiciat ad opus suum; ut in medio istius nacionis perverse, id est istius seculi, taliter se habere valeat, populum sibi commissum gubernare, quod sit ad laudem Dei et honorum (*sic*), utilitatem corporum et salutem animarum; et sic transcire temporalia ut non amittat eterna : quod ei prestare dignetur cui est honor et potestas, virtus, fortitudo et imperium per infinita secula seculorum. Amen.

Diximus supra de illis qui habent officia; de quibus est sciendum quod quodlibet officium in curia, habet suum locum proprium, et camerulam separatim et divisim in ordine suo dispositum. Nunc autem dicendum est de simplicibus notariis carentibus officiis. Et notandum est quod ipsi possunt scribere et signare omnia que non spectant ad predicta officia; videlicet communes litteras, citaciones, moniciones pro recognito, aggravaciones, suspensiones monicionum factarum pro

Digitized by Google

recognito. Item, ut procedatur ad excomunicacionem post monicionem elapsam. Item, litteras de minus juste, litteras de post, inhibiciones, cessiones et hujusmodi litteras communes. Item, processus, videlicet peticionis littere, contestaciones, excepciones, raciones, omnes copias instrumentorum et litterarum, dum non sit de officiis, notulas; facta, proposita, et si qua sint similia, que omnia possunt omnes alii officia habentes cum suis officiis signare et scribere. Ann. 1269

Sequitur de emolumento curie. Et generaliter totum curie emolumentum est notariorum, apparitorum, advocatorum et procuratorum, prout sibi acquirunt quilibet in statu suo, sine exactione aliqua vel tributo superiori reddendum. Verumptamen ipse dominus archiepiscopus habet sua tria officia, sigillum, registrum et acta, cum suis pertinenciis, de quorum emolumento suis clericis, ad eadem exercenda constitutis, necnon et ejus officialibus, expense pro victu eorumdem ministrantur. Et sciendum quod secundum quod curia crescit et decrescit, augmentatur et diminuitur, emolumentum valet et percipitur. Sigillum autem et officium camere certa sunt officia; et quod in eis percipitur certum est, taxatum et limitatum : nam sigillum de notula percipit denarium; de littera, tres nummos; de sentencia diffinitiva, tres solidos; de copia sentencie, duodecim denarios; de intelloqutoria, sex[1] denarios; de revocacione inhibicionis, totidem; et de absolucione ad cautelam, totidem; de sigillatis actis, et de sigillatis attestacionibus, si essent eciam mille rotuli in talibus, tres denarios tantum; et de posicionibus quantumcumque sigilletur in una massa, unum solum denarium. De cartis autem et litteris contractuum et recognicionum, taxatum est a longo tempore percipere de qualibet libra contenta in littera, unum denarium; videlicet de centum libris, centum denarios; de mille libris, mille denarios, et sic de talibus singulis. Et idem est de testamentis; et de questoribus quantum potest habere, percipit sigillator. Et in istis recognicionibus, emolumentum sigilli pro majori parte consistit. Tamen ista taxacio in hujusmodi recognicionibus non tenet, nec tenere potest, propter curias archidiaconorum, cum una curia propter aliam minus percipit, et minus vendit, ut plures clientulos

[1] Au-dessus, d'une autre main; *xl*.

Ann. 1269. habeat : et ita in istis multo minus, etiam in triplo, percipiatur quam taxatur. In camera autem certa tenet scripture taxacio : videlicet de una littera absoluciouis ad cautelam, duodecim nummi habentur; de revocacione inhibicionis, totidem; de una intelloqutoria, ad minus totidem, et aliquando multo plus, secundum quòd in ea plus facti scribitur. Item, de una sentencia, ad minus duos solidos, et aliquando quatuor vel quinque, vel eciam decem si contingeret, secundum quod in ea major est scriptura. Item, de qualibet libra pro expensis taxatis, duodecim denarios; ut si taxate sint expense ad centum libras, habeat inde taxator centum solidos, et ita de talibus singulis. Item, de scriptura actorum quam quod (*sic*, quicquid?) consuevit taxari, que carior est inter magnas scripturas curie, et semper cara esse consuevit. Et in istis actis fere totum emolumentorum officium (*sic*; emolumentum officii?) camere, in respectu aliarum scripturarum ejusdem officii, consistit. Et ita in istis duobus officiis, sigilli videlicet et camere, totum est certum, et de plano sine aliquo impedimento, turbacione et angustia, possunt commode excerceri. In registri autem officio, totum est contrarium; quia nichil ibi certum continetur, nichil taxatum, nichil penitus limitatum. Ibi sunt impedimenta omnia, clamores, turbaciones et angustie. Quicquid inde percipitur, cum magna violencia, magno dolere, labore et angustia extrahitur. Ad admullandum vel auferendum emendam quamlibet, importunitate precium aliquando eciam quasi violentarum, et modis aliis quibus potest, quosque laborat et conatur. Non pertransit aliqua tam sit minima sine precibus ad hoc porectis : preces refutantur, offensa incurritur, odium oritur, clamores elevantur. Tandem convincia et mine inferuntur. Emolumentum istius officii multum consistit in emendis pro excessibus, quia magne sunt, sed tunc preces accurrunt; tolluntur multi excessus venire ad emendas impedimentis multorum, et per defectum auxilii; et de convictis emende multum ad diminucionem veniunt, precibus et per sordes magnatum sive majorum. Ad hoc autem communes emende registri de civitate et diocesi, pro contemptibus recognitis et judicatis, devenerunt quod secundum magis et minus, equaliter pro emenda qualibet, non percipiuntur plusquam duo solidi turonenses, si tantum eciam habeatur. Sed hoc esset multum et magne divicie, si ad absolucionem veni-

Digitized by Google

rent secundum quod est excommunicatorum multitudo; quia infinitus est numerus, et quasi omnes sunt ligati; et cotidie multo plures registrantur quod de registro tollantur, et magis cotidie crescit contumacia, et de levi incidunt, et difficile exeunt, quia nolunt. De provincia autem parum aut nichil habetur, quia a remotis, et male sunt visitati. Et sciendum est quod registrum non potest valere multum sine auxilio maxime officialium qui habent de excessibus maxime cognoscere et judicare, et registrarius negocia exinde sumptibus registri procurare; et si, quod absit, impedirent quid (*sic*, quin?) hoc esset, hoc bene sciri potest. Item, de civitate et diocesi remensibus, fere totum emolumentum camere provenit, maxime propter acta. Quantum valent ista officia habebitur in compotis exinde coram domino faciendis. Item, sigillator solus exercet ejus officium cum uno garcione ceram caleficiente (*sic*); registrifer cum uno scriptore. Receptor actorum quamplures habet scriptores qui scribunt; et ipse signat, ordinat, et conservat. Ann. 1209.

Digitized by Google

ized by

LIBER PRACTICUS

DE CONSUETUDINE REMENSI.

[PARS PRIMA.]

I. Consuetudo remensis que pro jure servatur.

[1.] Si murus inter me et te positus adeo bassus est, quod [tu?] supra meum, et ego supra tuum, videamus, et postea levatus fuerit murus, nec tu, nec ego, fenestram faciemus, ut [tu?] supra meum et ego [supra?] tuum videamus sicut ante; nam etsi in publico supra tuum videro, non propter hoc visuram absconditam habebo.

[2.] Si communem parietem habuimus qui portet tuum stillicidium, et ego levare murum voluero, et supra edificare; tu debes stillicidium id supra tuum trahere; et amodo commune non erit, sed tuum proprium, nisi aliunde supra istum parietem levare volueris, sicut et ego levavi; nam tunc stillicidium quod super istum communem parietem sic elevatum erit, commune fiet. In elevatione quidem muri nichil pones nisi aliunde volueris illo super edificato uti; tunc enim medietatem expense solves.

[3.] Si clausura inter me et te fuerit, et corruerit, et ego eam reficere voluero, tunc solves medietatem expensarum, non obstante si dicas te nichil habere in dicta clausura; nam semper communis judicabitur, nisi per impositionem tigni, vel alio modo, tua ostendatur.

[4.] Si paries inter me et te communis corruerit, et ego profundius cellarium propter cavernam, vel celarium, facere voluero, id faciam meis expensis usque ad id locum in quo secundum naturam terre vel parietis incipere deberes; paries enim propter suam ponderositatem, vel propter terre debilitatem, profundius appetit fundamentum.

[5.] Si paries communis minetur ruinam, et ego velim eam reficere, et tu autem non velis; per operarios, vel alios bonos viros, debet justicia inquirere utrum periculosus sit paries, vel ultra sic stare possit; et secundum quod invenerint, faciet fieri.

[6.] Si communem parietem habuimus, ego in eo arcum facere non potero, sine tuo consensu, licet mihi liceat lignum [*sic*, tignum?] admittere (?) etiam attingens plus quam medietatem muri.

[7.] Si tecti mei stillicidium in tuo solo recipiatur, non tamen propter hoc in pariete meo fenestram facere possum, quamvis alias fuerit.

[8.] Si manscionarius alicujus, alterius mansionarium vulneraverit, vel aliter delinquerit (*sic*), et a justicia loci ad presens forefactum captus fuerit, et id delictum dicte justicie emendaverit, nichilominus id delictum negare poterit, et solo suo juramento liberabitur, nisi coram scabinis emendam fecerit; nam tunc negare non poterit.

[9.] Si justicia[rius] non probat in sua curia quicquam, nec in altera, nisi de catallo suo agatur, et si justicia[rius] in curia alterius agat de delicto, ille contra quem agitur suo solo juramento liberabitur.

[10.] Si quis contra quem aliquos testes velit producere, potest si velit, III, vel IIII^or^, vel plures, nominare; sed non poterit plures quam duos producere in judicio, vel presentare; et hoc est propter inconveniens quod sequeretur; nam ille contra quem testes producuntur, potest unum levare tanquam perjurum, et si levaverit satis est, quia per alium solum nichil probatur; sed si producerentur III testes, et unum levaret, nichilominus actor per alios duos probaret quod intenderet, et ita reus teneretur levare duos, quod esset inconveniens.

[11.] Ad hoc autem ut testis valeat debet dicere quod presens fuerit, et vidit id quod testificatur, et quod de hoc faciet tantum quantum testis facere debet. Sed si ab inicio dicat ita : Ego facio testimonium pro *tali* contra *talem;* vel si dicat ita : Ego sum testis *talis* contra *talem;* non habet necesse in fine dicere, quod tantum faciet quantum testis facere debet.

[12.] Testis autem non debet esse excommunicatus, nec natus de non legitimo matrimonio, nec criminosus.

[13.] Sin autem aliquis in mainburnia existens testimonium tulerit,

mainburniator potest id revocare; et tunc non valebit. Sed valebit donec mainburniator id revocaverit, si [1] testis etatis XVIII annorum sit.

[14.] Notandum autem, quod testis levatus debet pugnam facere, et ille similiter qui eum levat, nisi forte minores XXV annorum vel minores [*sic*, majores?] LX fuerint, vel ipsi (?) impedimentum corporis habuerint; tunc enim ponent campiones. Quod si infirmitas corporis non appareat, credetur suo juramento quod talem habet infirmitatem quam nominavit; nam semper nominare debet impedimentum, si evidenter non appareat; etiam autem antequam campionem possit quis ponere, jurare debet quod bona fide amicos suos requisivit quod pro ipso bellum facerent.

[15.] Si alicui deferatur juramentum, necesse habet jurare, vel referre jusjurandum; et hoc super quovis debito, et inter quasvis personas.

[16.] Si quis ab inicio specificaverit qualiter probare velit quod intendit, sive per testes, sive per juramenta, ad aliam probationem reverti non poterit. Si autem indeterminate dixerit se velle probare, audietur offerendus quascumque probationes.

[17.] Si panis alicujus parvus ad fenestram, vel in halla, captus fuerit, et ille recognoverit panem suum, solvet v. s. pro emenda; si autem voluerit jurare quod panis suus non est, sive dicat quod panis ille qui parvus est captus non fuerit inter suos panes, sive dicat illos inter quos panis ille captus fuerit suos non esse, liberabitur.

[18.] Sciendum etiam est, quod quando frumentum mercabile, non plus, vel minus IIII denar[iatarum?], de meliori, vel pejori, valet IIII^tuor solid[os?], communiter denariata panis debet ponderare crammisiam.

[19.] Si quis ex eadem fornera in diversis locis panes vendiderit, et in quolibet loco panis capiatur, si ille cujus panis est juraverit panem suum esse, et de eadem furnera, non solvet plus quam unam emendam; et hoc si in eodem banno panis ille vendatur : nam si in diversis bannis panis ejusdem furnere capiatur, in quolibet banno solvet unam emendam. Si autem in eodem loco ex diversis furneriis panes vendiderit, non capientur plures panes, sed unus solummodo.

[1] Le manuscrit fait du mot *si* le commencement d'un paragraphe que nous commençons à *Notandum*.

[20.] Si quis extraneum arrestaverit, vel arrestari fecerit, et propter hoc arrestatus moram per diem unum, vel plures, fecerit, si postea apparuerit [quod?] injuste fuerit arrestatus ille, qui arrestari fecit nichil ei reddat pro expensis et dampnis; quod est valde iniquum. Sed inde ab initio poterit remē [*sic*, remedium?] apponere.

[24.] Si res tuas arrestari fecero, et aliquis veniat qui dicat res tuas, vel aliquam de ipsis, suam esse, et hoc juraverit, res ista tunc dearrestabitur; dum tamen ille qui jurat talis sit persona cui credi debeat, nisi tu dicas rem tuam esse.

[22.] Si quis juste arrestatus fuerit, tenetur ad justiciam xxx denar.

[23.] Si res alicujus in domo tua arrestari fecero, et tu res illas tua voluntate ei liberaveris, tu teneris michi reddere dampna que per illam deliberationem sustinuero, et nichilominus ad justiciam quinque solidos.

[24.] Si rem mobilem quis anoctare voluerit, per justiciam faciet hoc. Justicia vero nunciari faciet domino rei, quod nisi infra octo dies rem suam redemerit, vendetur. Si autem res inmobilis debent anoctari, propter anoctationem debentur justicie XL denarii, et durat ista anoctatio XL diebus antequam vendatur.

[25.] Si debitor solvere noluerit, vel commode non potuerit, tenebit prisoniam secundum consuetudinem ville que talis est: Hora prima veniet in prisoniam usque ad meridiem, et tunc recedet usque ad nonam; et a nona usque ad complectorium, tenebit prisoniam; ad complectorium autem recedet. Diebus autem feriatis non tenebit prisoniam.

[26.] Sciendum est autem, quod qui prisoniam tenet, vivit de proprio, si habet unde possit; quod si non habet, creditor ministrabit ei; et de hoc debet justicia inquirere veritatem per juramentum illius qui prisoniam tenet, si talis sit cui credi debeat, vel alio modo.

[27.] Quamdiu autem quis prisoniam tenet, non compellitur solvere; quod si prisoniam non tenuerit, corpus ejus detineri poterit donec debitum solutum fuerit.

[28.] Quamdiu autem quis prisoniam tenet, res suas detrahere, vel vendere, nec pignori obligare potest, nisi de voluntate et assensu illius pro quo prisoniam tenet.

[29.] Mortuo patre, liberi in mainburnia matris remanent, nec aliquis ex parte patris eos petere poterit, nisi causam ostenderit efficacem. Et hoc multo forcius de patre observandum est.

[30.] Si quis locaverit equum suum, et moriatur, vel ledatur sine culpa conductoris, conductor nichilominus reddet estimationem equi, vel deteriorationem, et hoc sive estimatus fuerit equus, sive non, nisi conductor juret quod culpa sua mortuus non est, quo casu liberabitur.

[31.] Si tibi fundum vendidero, et ibi domum feceris, et postea fundus cum domo a te vendicetur, debeo tibi garandizare non solum fundum, sed et domum cum fundo.

[32.] Si quis rem aliquam acquisiverit, potest de illa facere suam voluntatem; et si eam vendiderit alteri, non retraheretur ab emptore pro eodem precio ab alicujus (*sic*), racione proximitatis.

[33.] Si usus, vel consuetudo, allegetur, non probatur, sed per judicem de hoc inquiritur.

[34.] Si quis existens in patris, vel matris, vel advunculi mainburnia, delinquerit (*sic*), si mainburnitor propter hoc conjunctus recognoverit illum in sua mainburnia esse, et delictum fecisse, solvet emendam ac si ipsemet deliquisset; quod si negaverit simplici verbo illum in suam mainburniam esse, liberabitur, et ille qui dicitur deliquisse convenietur. Si autem recognoverit illum in sua mainburnia esse, negaverit [autem] eum deliquisse, injungetur ei suo juramento quod ab illo qui est in mainburnia super illo delicto fide inquirat veritatem; et si ad diem sibi assignatam dicat suo juramento, quod per illam inquisionem (*sic*) non potuerit reperire illum deliquisse, liberabitur ipse, et ille qui in mainburnia est.

[35.] Si quis in mainburnia existens in aliam villam venerit, et ibi manens delinquerit (*sic*), mainburnitor defendet se, ac si cum eo in eadem villa maneret. Mainburnia enim non rumpitur propter hoc quod in diversis locis morantur.

[36.] Si quis contraxit matrimonium, statim [exit] de mainburnia, etiam si cum patre et matre in eadem domo remanserit.

[37.] Notandum eciam quod quilibet potest filium, vel nepotem, vel fratrem, quocienscumque voluerit, negare in sua mainburnia esse, et quocienscumque voluerit eundem in sua mainburnia recipere, et

sic de die in diem persona varietate [*sic*, variare?]; quod est iniquum; sed si eum postea reponere in suam mainburniam voluerit, coram judice vel testibus debet hoc facere, aliter non.

[38.] Filius autem in absentia patris non potest exire de mainburnia sine causa, nisi etatis sit XVIII annorum, vel circiter, et discretionem habuerit; nam tunc posset coram judice se extra mainburniam ponere.

[39.] Si plures fuerint liberi emancipati, et alter eorum sine liberis vel herede moriatur, hereditas ejus non ad fratres, vel sorores, sed ad parentes, reverteretur sed [*sic*, si?] ambo parentes vivant; quod si alter parentum mortuus fuerit, non tota illius mortui hereditas ad unum parentem revertetur, sed solum ista que ex parte sua veniebat; alia autem medietas ad parentes propinquiores defuncti ex altera parte reverteretur.

[40.] Si reus negaverit quod actor petit, [et?] si actor, quia testes non habet ad probandum, dicat se probaturum contra eum per vadium belli, non auditur, nisi reus appellatus fuerit de crimine. Tunc enim accusator audiretur [(] quod est verum de illo crimine quod pendet ex veteri discordia, sicut est de treuga, vel pace fracta, vel de consimilibus [)], et maxime si unum testem secum habeat; et hoc est propter presumptionem. Et tunc reus poterit levare quem voluerit de duobus. [(] Quam [*sic*, Quum?] discordiam non habuerim, [si?] accuset me super hoc quod sine diffidatione tanquam proditor eum cum armis vulneravi, non auditur offerens vadium, sed si velit hoc probare [)]. Nec potest alter eorum campionem ponere, nisi propter etatem, vel corporis infirmitatem; nec auditur reus de morbo, tempore illo quo dicitur crimen commisisse; quod si velit jurare impedimentum post illud tempus super ipsum veniase, audietur; nisi actor et illud in vadio belli addiderit, scilicet quod cum tali morbo crimen commiserit [a].

II. Utrum ad reprobacionem testium debeat admitti factum directe contrarium, ante, vel post, publicatas attestaciones.

In curia remensi consuerunt, nondum publicatis actestacionibus,

[a] Dans tout ce dernier paragraphe il règne une obscurité qui doit tenir à la suppression de quelques mots et peut-être de quelques lignes.

proponere super directe contrario, et testes producere ad reprobandum testium partis adverse dicta. Credo de jure hoc non debere admitti, quia hoc non est in effectu, nisi super principali dilaciones ampliare; preterea quia non possunt argui sive redargui testium dicta, nisi cognita. *C. de Test., l. si quis testibus* [1]. Credo eciam quod publicatis actestacionibus, de directe contrario non potest aliquid dici, saltem pars admictere non tenetur contradicta testium partis adverse, secundum sentenciam domini Innocencii pape, propter timorem subornacionis. Et si tu dicas quod eodem modo possent subornari testes super articulis dependentibus, dico quod non ita presumitur, cum illi non potuerunt ab inicio previderi sicut directo contrarii.

III. De degradacione militis, et quis degradare militem possit et qualiter; et de intellectu *c. Extrav. de foro competenti, postulasti.*

In questione Baldoyni militis de Cathalauno, ubi agebatur ad degradacionem, dicebant quidam quod cum abbas sub quo cubabat et levabat non posset eum degradare, non poterat per consequens de hoc cognoscere. Contra *Extrav. de foro competenti, c. postulasti* [2]. Sed ergo (*sic*, ego?) sen[tencialiter?] dico quod non obstat; quia ibi judex qui tulit sentenciam, non poterat eam exequcioni mandare, non quia non caderet sub potestate sua, sed tantum propter defectum territorii. Sed hic ipsa exequcio de natura sua non cadit sub potestate abbatis. Ista theorica videtur esse tuta. Ad hoc *Glosa Extrav., de raptoribus, c. primo* [3]. Sed peccat hic in materia (?), quia cum in ordinacione militis nullus imprimatur caracter, sufficit ei dicere pro degradacione que non cadit in talibus : Amplius non geras te pro milite.

IV. De offensa manifesta, et utrum [absolucio ad cautelam debeat dari propter?] factum quod est de sui natura peccatum, vel propter factum extrinsecus probatum.

Nota. Exceptio de manifesta offensa que repellit petentem absolucionem ad cautelam, debet niteri (*sic*) de offensa que sui natura est maleficium. Nam cum absolucio ad cautelam detur propter appellacio-

[1] *Cod.* lib. IV, tit. XX, l. 13. [2] *Decretal.*, lib. II, tit. II, c. 14. [3] *Decretal.*, lib. V, tit. XVII.

nem, [non debet dari?] ubi jura non deferunt appellacioni, nec annuunt absolucioni; et hoc est in offensa sui natura manifesta vel notoria, facti evidencia. Sed in aliis que non sunt offensa, seu maleficium, sui natura, sed propter extrinsecum probatum apud judicem, sicut instrumenta exibere, vel non exibere, gerere magisterium, vel non gerere [absolucio debet dari?]; quia in talibus admictunt jura appellacionem, et beneficium absolucionis ad cautelam. Iste est intellectus glose Innocencii, *in c. Solet* [1] et vide *ff. de appellacionibus, l. creditor,* §. *jussus* cum glosa [2].

V. Utrum heredes pro dimidia parte nascentis habeant in singulis rebus suam portitionem (*sic*); vel utrum sufficit quod in residuo habeant, et qualiter, et per que facta aliquis gerat se pro herede; et de dotalicio uxoris.

In questione domus mee, quoad heredes, dicas quod non debetur eis porcio nascentis in singulis rebus nascentis; sed sufficit quod in universo residuo nascentis remaneat sibi dimidia pars. Per hoc heredes sunt exclusi. Relicta Guichardi bene habet, facta estimacione dotalicii, ad hereditatem, ad valorem sui dotalicii, in utensilibus domus, in vinis, in blado et aliis mobilibus, et in quibusdam aquestibus quos Guichardus fecerat, qui ascendunt ad summam centum librarum turonensium; nec potest in mei prejudicium vesci bonis mariti, quia amicis suis optuli me facere quod deberem, contra creditores heredes saltem; quia ipsi se gesserunt cum relicta Guichardi pro herede (*sic*) Guichardi, componendo cum ea. Preterea quia ipsi tenent heredietatem (*sic*) Guichardi. Item locando mihi partem suam, reconducendo a me partem meam, videntur jus suum ypotece remisisse; quia plus est facere, quam solum (?) negligere. Sic sol. contra : *ff. quibus modis pignus solvitur,* §. *si in venditione* et §. *non videtur* [3]. *Arguit glosa Innocencii, Extrav. de accusatione c. nulli Episcoporum,* ad finem [4]; *glosa C. si aliena res pignori l.* 2 [5].....

[1] *Sext.*, lib. v, tit. xi, c. 2.
[2] *Digest.*, lib. xlix, tit. i, l. 28, §. 1.
[3] *Ibid.*, lib. xx, tit. vi, l. 4, §. 1, et l. 8, §. 15.
[4] *Decretal.*, lib. v, tit. i, c. 5.
[5] *Cod.*, lib. viii, tit. xvi.

Digitized by Google

VI. Utrum testis dicens se nescire de matrimonio, et postmodum deponens de matrimonio, sit perjuris (*sic*), et utrum ei sit credendum in prejudicium secundi matrimonii.

In questione Bertrandi et Agnessonne, cum testes ante litem motam per juramenta sua dixissent se nil scire de matrimonio quod satis faciat (?) in recenti, et postea in judicio dixissent se scire, videtur quod sint perjuri, et non sit eisdem credendum. *Extrav. de testibus, c. sicut* [1]; *de probationibus, c. per tuas* [2]; *C. de non numerata pecunia, l. generaliter* [3]; et maxime in prejudicium sequentis matrimonii de quo constabat rei evidencia, sollempnizactione, impregnacione uxoris, que probacio evidencior est quam que habetur per probaciones, ut notatur in *c. solet* per dominum Innocencium [4].

VII. Ad quem pertinet electio et taxacio numeri (?) fratrum eligendorum ad confessiones audiendas, juxta decretum : *Super katedram* [5].

In conf[essione?] Fratrum Minorum, dico quod episcopus habet taxacionem numeri confessorum, quia et electio, et taxacio numeri, pertinent ad episcopum.... Item quia taxatio debet fieri juxta numerum cleri et populi quem estimare pertinet ad episcopum sub cujus regimine sunt. Item dico quod episcopus oblatos seu presentatos, etc. (*sic*).

VIII. Utrum judex procedens ex officio tam super fama, quam super facto, habeat adhibere aliquem qui partem faciat.

In questione torn[acensi?], cum ad articulum de fama negata probanda, peteretur quod officialis adhiberet aliquem qui vicem actoris gereret, cum in omni negocio tres desiderantur persone, ut *Extrav. de verborum significacione, c. forus*, §. *in omni negocio* [6]; respondeo non esse necesse, quia cum judex ex officio possit de principali cognoscere, fama deferente, poterit de incidenti, scilicet de fama, si negetur, cognoscere, eciam nullo extrinsecus accedente; sicut dicimus

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XX, c. 9.
[2] *Ibid.*, lib. II, tit. XIX, c. 10.
[3] *Cod.*, lib. IV, tit. XXX, l. 11.
[4] *Sext.*, lib. V, tit. XI, c. 2.
[5] *Clement.*, lib. III, tit. VII, c. 2.
[6] *Decretal.*, lib. V, tit. XL, c. 10.

in conservatore qui de notorio tantum habuit cognoscere; quia si neget notorium, etc. Preterea si judex, allegata fama, et fame articulo pertransito, reum inveniret culpabilem, condempnaret eumdem : ergo erat judex, licet declinabilis; sed judex de declinatoria que cadit in eodem genere fori, habet cognoscere; et in illo, §. *in omni negocio*, dicit glosa : *Scilicet non notorio.*

IX. Utrum et qualiter ex factis presumatur injuria.

Teneo pro regula, quod ex communi facto injusto, et prejudiciali alii, quod non excusatur per aliquam circonstanciam, nec habet declaracionem intencionis alterius quam contumelie inferende, habet presumpcionem contumelie, et ex eo potest agi injuria. Item teneo pro regula quod presumpcionem (*sic*) [1] injurie surgentem ex aliquo facto, nullum (?) factum quod non potest esse licitum, vel saltem non dampnabile, non tollit presumpcionem injurie; et est notandum quod licet in factis presumatur ignorancia, in eis que juris sunt presumitur sciencia.

X. Utrum capitulum aliquid possit statuere; et qui faciant corpus, et qui non.

In questione S. Quintini, quod capitulum de beneficiis infra suam ecclesiam constitutis, et inter sibi subditos, possit aliquid statuere et ordinare : *Extrav. de constitutionibus*, per totum; *Innocencius in c. postulasti*, *Extrav. de foro competenti* [2]; *C. de sacrosanctis ecclesiis, l. jubemus* [3]. Quod cappellani non faciant unum corpus, nec possint per unum procuratorem agere, vel se deffendere : *Extrav. de excessibus prelatorum, c. dilecta; Innoc. in eodem c., in glosa,* ad finem, que est notabilis [4].

XI. Utrum delegati possunt ad cautelam absolvere, vel attemptata revocare.

[1] Le texte est évidemment corrompu dans ce passage, et dans beaucoup d'autres, où l'ignorance du copiste nous a coûté des peines infinies, sans que nous soyons toujours parvenu à rétablir un sens satisfaisant.

[2] *Decretal.*, lib. II, tit. II, c. 14.

[3] *Cod.*, lib. I, tit. II, l. 10.

[4] *Decretal.*, lib. V, tit. XXXI, c. 14.

Innocencius videtur dicere quod delegatus judex non possit absolvere ad cautelam, in principio *c. solet* [1]; sed glosa ibidem contraria, que videtur verior; quia delegatus vicem gerit delegantis : *Extrav. de officio et potestate judicis delegati, c. sane* [2]. Item potest quod idem est, vel majus, scilicet revocare actemptata. Iterum ad hoc : *Extrav. de testibus, c. veniens* [3]. Bene verum est quod si papa judici delegato certam formam (?) dedisset, forsitan in aliam non posset; arguit *C. de procuratoribus, l. si* (sic) *maritus* [4].

XII. Utrum jus mihi quitum (?), a me sine facto meo auferri possit, et de intellectu, *l. C. de sententiam passis, l. final* [5].

In questione communitatis laudunensium ecclesiarum, dico quod meum factum est, sine facto meo non auferetur a me; non obstat *C. de sententiam passis, l. final.*, sicut patet per eam. Item de jure : unus erat fiscus, modo sunt plures fisci.

XIII. Utrum culpa creditoris relevet moram, et de posteriore mora, et de posteriore culpa.

In questione Colardi de Funis civis remensis, dico quod post moram debitoris, culpa creditoris non relevat; secus de dolo, vel posteriore mora : *ff. de periculo et commodo rei vendite, l. illud,* in principio [6]; *ad legem adquiliam, l. item si obstetrix,* ad finem [7].

XIV. Utrum consuetudo astringit venientes de extra incontinenti recessuros.

In questione Tornacensium, Insulensium et Hanonensium, consuetudo patrie astringit aliunde venientes, quatenus est racionabilis, si ibi venerint remansuri; aliud si confestim recessuri, cum ibi nihil agant unde forum sorciantur; VIII^a *distinct.* [8], *c. quecumque* (sic), in glosa.

XV. Utrum fidejussor habeat actionem contra debitorem

[1] *Sext.*, lib. V, tit. XI, c. 2.
[2] *Decretal.*, lib. I, tit. XXIX, c. 11.
[3] *Ibid.*, lib. II, tit. XX, c. 11 et 58.
[4] *Cod.*, lib. XI, tit. XIII, l. 21.
[5] *Cod.*, lib. IX, tit. XI.
[6] *Digest.*, lib. XVIII, tit. VI, l. 17.
[7] *Cod.*, lib. IX, tit. II, l. 9.
[8] *Decret.*, part. I, dist. VIII.

Digitized by Google

morosum, racione dampnorum que incurrit fidejussor [eciam?] sua fidejussoris culpa.

Pro questione fidejussoris contra debitorem morosum, ad recuperacionem dampnorum, eciam culpa et impericia fidejussoris factorum, lex videtur expressa : *ff. de periculo et commodo rei vend., l. illud* [1]; licet sit argumentum contra : *Quod quis culpa, etc.*, regula juris; et ad hec *lex ff. de evictionibus, l. si per imprudenciam* [2].

XVI. De quarta productione, et qualiter detur, tam in principali causa, quam super exce[ptione?]

In peticione quarte productionis, innuitur (?) a doctoribus, *l. in pecuniariis, ff. de dilacionibus* [3]; *Extrav. de testibus, c. in causis et c. ultra* [4], quod in causis pecuniariis prima dilacio datur faciliter; secunda, et tercia, exquisita racione impedimenti; quod eciam credo supponi *in Authen. de testibus,* §. *quia vero* [5], sed addat sollempnitatem juramenti; quod tamen in declinatoriis et dilatoriis facilius tenerem, et maxime si causa celeritatem desideraret.

XVII. Utrum appellatus contumax debeat in expensis, racione contumacie, condempnari.

De appellante, non est dubium quod si non prosequatur causam opposicionis, quod debet condempnari in expensis parti adverse. De appellato dicunt quidam quod sufficit quod possit contra eum procedi ad sentenciam per contumaciam; quod non credo : ymmo condempnabitur in expensis propter contumaciam suam, per constitucionem *Ju. qr. cordi.*

XVIII.

In causa magistri Johannis Parvi, quod nominacio regis, licet trahatur ad tempus gracie in virtute, non tamen in tempore, arguit optime *C. de testamen. manu. l.* 1 [6].....

[1] *Digest.*, lib. XVIII, tit. VI, l. 17.
[2] *Ibid.*, lib. XVI, tit. II, l. 51.
[3] *Ibid.*, lib. II, tit. XII, l. 10.
[4] *Decretal.*, lib. II, tit. XX, c. 15 et 55.
[5] *Authen.*, coll. 7, tit. II, novell. XC, cap. 4.
[6] *Cod.*, lib. VII, tit. II.

Digitized b

XIX. Utrum statuens possit adicere penam ad suum commodum.

. . . . . .

XX. Utrum mortuus tempore probacionis durante, videatur fuisse tempore mortis religiosus.

De negocio S. Martini tornacensis, dixi quod inspecta composicione que monachis et conversis (?) illius monasterii sepulturam liberam concedebat, conversus in probacione, non facta professione, mortuus, haberi debebat pro monacho, seu converso, habita presumpcione perseverantis voluntatis, favore religionis; de quo *Hostiensis in c. de hiis, Extrav. de sepulturis* [1]. Arguunt pro et contra : *Extrav. de regularibus transeuntibus ad religionem, c. beneficium* [2]; *de sentencia excommunicacionis, c. religioso* [3].

XXI. Utrum electio a minori parte valeat, et utrum appellacioni in electionibus sit deferendum?

In negocio electionis tornacensis, dico quod electio facta a minori parte nulla est ipso jure, simpliciter et absolute; sed per comparacionem ad aliam electionem, in eodem contextu factam, de non ydonea persona, valere posset; sic *in electione* (?), *quia propter c. in Genesi* [4]. Argumentum contra (?) *in c. auditis* [5], sed glosa solvit; et ita, cum in talibus non sit deferendum appellacioni, propter periculum quod est in mora, et ut nullus propter opposicionem privetur jure suo, potest ad novam electionem procedi, et erit impendenti nova electio, usque in eventum prime electionis. Hoc autem teneas, quod si prima electio sic facta a minore parte tercia (?), tene quod scriptum est et notatum *in c. scriptum est* [6], in fine.

XXII. Utrum amittens actionem per adicionem, et sit (?) confusionem, possit ex equitate ad eam restitui.

In causa fratris ab. S. Petri Cathalaunensis, dato quod per adicio-

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. XXVIII, c. 4.
[2] *Sext.*, lib. III, tit. XIV, c. 4.
[3] *Ibid.*, lib. V, tit. XI, c. 21.
[4] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 42 et 55.
[5] *Ibid.*, c. 29.
[6] *Ibid.*, c. 22.

Digitized by Google

nem hereditatum in inmobilibus, esset actio sibi competens contra defunctum confusa, tamen restitueretur ex equitate; scilicet ne suum perderet : *ff. de solutionibus, qui res,* §. *aream,* in glosa [1]; *qui satis dare cogantur, l. de die* [2].

XXIII. Utrum ex actis apparens factum indigeat proposicione.

Item licet ex actis factum..... appareat, credo quod opus est proposicione, si quis se vult juvare ex eo, ne tollatur adversario sua defensio. Arguit contra *Extrav. de exceptionibus, c. pastoralis,* in glosa [3] Innocentii, *de debito in diem;* sed non obstat racio, scilicet quia negocium contingit, quia ex eodem non procedit; quod tangitur *Extrav. de electione, c. per inquisicionem* [4] *de exceptionibus, c. denique* [5].

XXIV. Utrum recognicio predecessoris contra successorem prejudicet ut ei jus aufferat.

De eo qui recognovit jus patronatus ad alium, pro parte dimidia, pertinere; quia sua recognitio videbatur quedam simplex enunciatio sine juramento, item talis recognitio non aufert nec jus, nec possessionem, ipso jure, ex quo successor habet bonam fidem, quod recognitionem compatitur, sua presentatio habebit effectum.

XXV. De decretali : *Si judex laicus, de sentencia excommunicacionis.....* [6].

In causa S. Quintini, respondi quod ecclesia vendicante seu repetente clericum detentum a judice laico, judex laicus detinebit eum donec constiterit ipsum esse notorie clericum, vel super hoc famam esse, vel quod pro tali communiter teneatur. Item, etsi judice clerico dicente illum fuisse deprehensum in habitu clericali, vestes, etc., si judex laicus dicat illum ante deprehensionem se pro laico communiter gessisse.....

[1] *Digest.*, lib. XLVI, tit. III, l. 98.
[2] *Ibid.*, lib. II, tit. VIII, l. 8.
[3] *Decretal.*, lib. II, tit. XXV, c. 4.
[4] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 26.
[5] *Ibid.*, lib. II, tit. XXV, c. 1.
[6] *Sext.*, lib. V, tit. XI, c. 12.

Digitized by Google

XXVI. Quedam prefacio ad presentandum clericum ut confirmetur.

Ne, ut ita dixerim, nephas commictere, atque illotis manibus factum electionis exponere videar, aliqua loco prefationis premittem (*sic*) quoniam, nisi fallor, prefationes ad delectacionem [*sic*, lectionem?] intente materie, facilius perducunt, et ipsius evidenciorem prestant intellectum ut *in l.* 1 *de origine juris* [1]. Sed quoniam : Multitudo onerosa [*sic*, numerosa?] etc., *in au*[*thenticis?*] *de refer*[*endariis*] in fine et : Gaudent brevitate moderni *ff. quod metus causa, l.* 1 [2], paucis agam, *ff. de prescriptis verbis, l.* 1 [3].

Habundet? celum desuper, effundant montes jocunditatem, et colles leticia letabuntur.

Verba proposita sunt prophetica, sed ea a propheta non teneo, sed a lege in qua recitata sunt : *C. de summa trinitate et fide chatolica, Epistola : Inter claras,* §. *liquet igitur* [4]; in quibus verbis tria principaliter denotantur, que in qualibet electione ad regimen corporis seu universitatis, et specialiter alicujus collegiate ecclesie, sunt necessaria. Primum quod electus regi celesti sit acceptus, et gratus. Secundum quod suis superioribus in terra sit obediens et devotus. Tercio requiritur quod suis eciam superioribus, et sibi subjectis, sit utilis et benignus. Quorum primum notatur cum dicitur : Habundet, *etc.* Secundum, cum dicitur : Effundant, *etc.* Tercium cum dicitur : Et colles, *etc.* In quibus verbis triplex status tangitur; primus supercelestium, secundus subcelestium presidencium, tercius subditorum et obediencium.

Dico igitur quod qui eligitur ad regimen alicujus universitatis, seu corporis, debet esse regi celesti acceptus, et gratus, per rectam fidem, et religionem veram, et non fictam. Ista enim duo sunt necessaria, et requiruntur in quolibet presidente; quia sicut dicitur in lege : Nichil est quod lumine clariore prefulgeat, quam recta fides in principe. Est enim princeps quicumque inter alios obtinet principatum, sicut preses, etc.; *ff. de officio presidis, l.* 1 [5]. *Extra. de verborum*

[1] *Digest.*, lib. I, tit. II.
[2] *Ibid.*, lib. IV, tit. I, glos., l. I.
[3] *Ibid.*, lib. XIX, tit. V.
[4] *Cod.*, lib. I, tit. I, l. 9, §. 6.
[5] *Digest.*, lib. I, tit. XVIII.

Digitized by Google

significacione, C. quamvis [1]. Item requiritur in principe, et quolibet presidente, vera et non ficta religio. Sicut in lege dicitur : Nihil est, quod ita nequeat occasui subjacere, quam vera religio; nam cum auctorem vite vel luminis utraque respiciant, recte et tenebras respiciunt [*sic,* respuunt], et nesciunt subjacere defectui, ut in epistola predicta *inter claras* arguit primum paragraphum (*sic*), scilicet *de recta fide* [2]; commendationem recipit ex remuneratione et preeminatione (*sic*) recte credentis, et punitione male credentis; *C. de summa trinitate et fide chatolica, l.* 1 [3]. Et quia bonum est boni hominis nomen ferre, *ff. ad Trebellianum, l. facta,* §. *sciendum* [4] (sic)...; item per veram contemplacionem, et religionem, debent aliis presidentes se tales reddere, ut jam aliquid supra hominem habeant. Secundum philosophum, homo naturaliter est medius inter bruta quibus est superior, ut susten. separata [*sic,* et substancias separatas?] quas communi nomine vocamus angelos, quibus est inferior. Est enim homo infra angelos, et supra bruta. Ter ergo poterit considerari homo. Primo ut communicat cum brutis, merito scilicet, quia regitur et ducitur passione, et vivit vita voluptuosa; tunc est bestia, et homine pejor, quia non regitur racione et prudencia. Secundo dico quod homo censetur ut homo, cum scilicet regitur in agibilibus secundum racionem et prudenciam. Tercio consideratur homo quasi quidem melius homine per sanctam contemplacionem, et veram religionem, et talis melius homine, et divinus, seu semideus reputatur; nam tales quodam modo a passionibus et carnalibus voluptatibus abstracti sunt; et quia vivere in carne, et non frui carne, est magis angelicum quam humanum, idcirco sic viventes censentur quid divinum, et talis homo dicitur semideus, sicut hec traduntur a philosopho, et recitantur in libello : *De regimine principum, in C. Hic sunt modi vivendi;* et in ultimis duobus modis vivendi posuerunt philosophi duplicem felicitatem, scilicet contemplativam et politicam, in vita voluptuosa nullam; sicut nec theologi ponunt. 1. *Eth.* Item prelatus debet esse activus, *Extra. de renunciacione, c. nisi cum pridem,* §. *fin* [5]. Preterea dixi : veram religionem et non fictam,

[1] *Decretal.,* lib. v, tit. xl, c. 9.
[2] *Cod.,* lib. i, tit. i, l. 8.
[3] *Ibid.,* l. 1.
[4] *Digest.,* lib. xxxvi, tit. i, l. 65, §. 10 (?)
[5] *Decretal.,* lib. i, tit. ix, c. 10.

Digitized by Google

quia qui se componit ut alter appareat quam sit, mendax est, quia committitur mendacium non solum verbis, sed et factis. II. *Eth.*

Secundo in presidente requiritur quod suis superioribus, etc. Simpliciter enim et absolute decet quemlibet esse humilem, dum tamen se non nimis deiciat; ut licet quemlibet presidentem principem, seu prelatum, deceat fore magnanimum, ut per hujusmodi virtutem impellatur ad magna et ardua bona, nec tamen ulterius impellatur quam deceat statum suum, debet humilitatem habere per quam spes ipsius moderetur; ita quod humilitas est media inter presumptionem et superbiam ex una parte, et pusillanimitatem et dejectionem ex altera; nam presumptionem deprimit ne quis ultra quam deceat impellatur in ardua, pusillanimitatem moderetur ne quis plus desperet, vel plus se deiciat, quam deceat; X° (?) *Eth.* Magnum est enim obediencie premium et transgressionis supplicium. *ff. de re militari, l. desertorem,* §. *in bello*[1]. *Extra. de majoritate et obediencia, c. illud*[2]. Item ad hoc inducas *in Authen. ut cum de appellacione cognoscitur,* §. *ceterum, collac.* VIII[3].

Tercio, dico quod prelatus debet esse subditis utilis et benignus, quia bonum anime debet intendere, non proprium. *C. de emendacione justiniani codicis, ar. prin.*[4] *de caducis tollendis, ar. fin.*[5]; *in Autent. ut divine jussiones,* in principio, *collac.* VIII[6]. Item debet esse benignus ut sic se faciat amari; et hoc continget si se reddiderit beneficum, *C. de inofficioso testamento, l. si quando,* §. *illud*[7]; item fortem et cordatum ad deffensionem juris ecclesie pro qua fixit manum; item si se reddiderit equalem et justum; hoc enim diligunt subditi, et contrarium abhorrent. Et quia subditi interdum non adeo sunt perfecti, et boni, quod amore virtutum trahantur ad bonum, oportet quod prelatus faciat se timeri per punitiones et correptiones (*sic*) duras, *ff. de justicia et jure, l.* 1, *ar. prin.*[8].

XXVII. Quid fiet ubi contra appellantem, non obstante

[1] *Digest.*, lib. XLIX, tit. XVI, l. 3, §. 15.
[2] *Decretal.*, lib. I, tit. XXXIII, c. 5.
[3] *Auth.*, coll. VIII, tit. XVIII, novel. 115.
[4] *Pref. cod.*
[5] *Cod.*, lib. VI, tit. I.
[6] *Auth.*, coll. VIII, tit. XV, novel. 114.
[7] *Cod.*, lib. III, tit. XXVIII, l. 35, §. 1.
[8] *Digest.*, lib. I, tit. I.

ejus appellacione, proceditur, et contra appellatum sic procedentem pronuntiatur; qui appellatus postmodum appellat, et appellacionem prosequitur.

Quidam agebat contra quosdam religiosos. Appellavit ad remensem curiam. Religiosi, contempta appellacione, processerunt in quodam articulo. Contrariam sententiam reportaverunt. Appellaverunt ad curiam remensem. Dicebat pars adversa se non debere respondere, nec procedere, quia inhibicio judici facta non erat, propter quod processum per eum nolui revocare. Decrevi supersedendum fore in primo negocio, donec fuisset expeditum de secundo. De ista materia vide Innoc. *de appellationibus raciona* [sic, *recusacionibus?*], *etc., super eo quod*[1]; appellacione pendente, non est privandus aliquis jure suo.

XXVIII. Exceptio de fornicacione ante matrimonium perpetrata, non habet locus (*sic*) contra agentem ad solemnizacionem matrimonii faciendam; sed perpetrata post, obstat.

Agebatur de matrimonio consummato. Proponebatur in causa appellacionis quod mulier pluries fornicata fuerat ante matrimonium, et post. Exceptionem de fornicatione ante non admisi; sed de fornicatione post, admisi quantum ad impediendam sollempnizationem matrimonii, non quantum ad adjudicationem.

XXIX. Compromisso utrum sufficiat ad excipiendum ne aliquis agat.

Nota. Non sufficit dicere compromissum esse; et receptum a partibus, nisi dicatur fidem vel juramentum intervenisse; quia si sola pena interposita fuerit, pena soluta, solvitur compromissum, et potest ad judicem ire; *ff. de ar., l.* 1 *Si tam.* (?).

XXX. Habens probacionem juris sui, caute agit si eam offerat ante litis ingressum, propter expensas; et qualiter, quoad hoc, est differencia inter actorem et reum.

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVIII, c. 10.

Si aliquis habet paratam probationem intentionis sue, caute agit, si eam offerat parti ante litis ingressum, ne in questione expensarum possit adversarius ignoranciam causare, seu pretendere. Sed certe istud actori non video prodesse, quia sic reus metu hujus[modi?] cederet questioni et liti, quod esset durum. Unde dico quod potest litem contestari simpliciter, prout est propositum et narratum; sed in posicionibus non potest probabiliter negare de quo verisimiliter per instrumenta ei constat. Unde consilium est quod, visis instrumentis, petat dilacionem ad denunciandum ei a quo causam habet, si agatur ypothecarie contra possessorem, actor, vel ad deliberandum, si conveniatur ex tractu defuncti.

XXXI. Qualiter peccatum extra causam (?) non est causa sufficiens condempnacionis expensis, sed victoria.

Quedam mulier petebat quemdam sibi adjudicari in sponsum. Ille excipiebat quod ipsa erat ei affinis, eo quod habuerat quemdam alium in virum qui erat isti conjunctus in gradu prohibito; et probavit, et fuit absolutus ab impetitione actricis. Vir petebat expensas. Mulier e contra dicebat quod non debebat habere expensas, eo quod erat in pari causa cum sciret impedimentum subsistere, tempore sponsalium contractorum. Dixi eam non esse audiendam, quia iste expense debentur gracia victorie; ex quibus expensis duo tantum casus excusant, scilicet justa ignorancia, et adversarii contumacia; et iste casus non est unus ex illis; licet enim vir peccavit sciens impedimentum subesse, non tamen peccavit littigando : ymo hoc tacere non poterat, et mulier fatue resistebat.

XXXII. Utrum omnes res uxoris dotales presumantur, et an a tempore probacionis legitime defensionis debeantur expense; et de nascenti, in quo casu alienari possit; et utrum possessitones (*sic*) habite ab uno latere proficiant ad alienacionem bonorum ex alio latere habitorum nascencium.

In causa Baudeneti Barbete actoris, Baudenetus probavit actionem suam. Rei vero ad sui deffensionem proposuerunt in lite contestata,

quod si aliqua fecerant de contestatis, hoc fecerant utendo jure suo, quod erant domini domorum de quarum possessione agebatur. Sine dubio in propositionibus reperies positum et propositum, quod Robinus, Herbinus, et uxor Galteri, erant heredes proximiores Agnesonie, et est probatum optime per testes; et ita, licet Galterus non esset heres Agnesonie, verumptamen uxor ipsius erat heres, et per consequens domina domorum, et per eam Galterus ejus maritus, ymo simpliciter quia maritus est dominus rerum dotalium, et omnia bona uxoris de consuetudine et jure sunt dotalia, nisi si qua reperiantur excepta. Item quod iste domus fuissent Agnesonie, probatur per testes ab ipsis reis productos. Item per instrumentum productum ex parte Baudeneti in modum probationis, ad probandum qualiter Thomas pater Baudeneti missus fuerat in possessionem illorum domorum que erant Agnesonie, et fuerunt iste domus proclamate et vendite tanquam Agnesonie. Item probatum est per multos testes quod post decessum patris Agnesonie, mater ipsius Agnesonie possederat istas domos tanquam suas, et post decessum matris provenerant ad ipsam Agnesoniam, et ita ex premissis patet quod domus iste, quas ad ipsam Agnesoniam provenisse certum est ex parte matris, adhuc presumuntur fuisse Agnesonie tempore mortis sue, et per consequens pertinere ad heredes ipsius ex parte matris, nisi probetur quod iste domus exierint de domanio ipsius Agnesonie tempore quo vivebat; sed certe licet satis videatur probatum quod pro parte exierint, pro alia parte non potuit Agnesonia alienare, nisi ob necessitate famis, secundum quod recepi ab illis qui magis consuetudines, et earum intellectus, noverunt; et ratio ad hoc, quia alias in fraudem eorum qui deberent succedere in nascenti, reciperentur credita, et postmodum ea actione excommunicacionis sentencia subsecuta, privarentur illi eis que consuetudo eisdem voluit salva esse. Item per propositionem secundam ipsius Baudesonii, ipsa Agnesonia habebat alia preter illud nascens, propter quod non sequebatur quod illud nascens de quo agitur alienare in totum possit, nam sicut apparet per probationes, ista alia provenerant Agneti ex parte patris, et ita heredes ex parte matris nichilominus poterant impedire alienationem nascentis de quo agitur, scilicet ex parte matris; nam si propter ea que superessent ex uno latere de nascenti, possent

Digitized by Google

alienari in solidum que essent ex alio latere, possent alii ex alio latere defraudari; quod est contra mentem consuetudinis supradicte. Sed forte istud Baudesonio non nocet, quia licet hoc probaverit, hoc fecit ad sui deffensionem; nec videtur de intencione adversarii confiteri, qui excipit. In questione expensarum videtur facienda condempnatio a tempore quo rei probaverunt rem illam ad se pertinere ex nascenti.

XXXIII. Quod factum dicatur contrarium, ut publicatis attestacionibus, proponi non posset.

Dicebat quidam transactum esse super quodam debito, publicatis attestacionibus. Replicabatur a parte adversa quod transactio facta fuerat in scriptis, ita scilicet quod inde scriptura fieret, et aliter non valeret. Certe istud factum videbatur non admictendum, quia directo contrarium. Nec obstat *Extra. de fide instrumentorum, c. Cum Johannes* [1]; quia ibi loquitur de modo, non conditione. *Extra. de testibus, in cap. fraternitatis* [2]; videtur Innocencius notare contrarium; sed non faciat, si bene actendatur.

XXXIV. Utrum peti possit absolucio ab injusta et justa excommunicacione per procuratorem.

Ubi petitur absolutio ab injusta, non est opus persone presencia; unde potest peti per procuratorem, quia tali nichil debet injungi, nec debet jurare; licet quidam contra: *Extra. de rescriptis, ab excommunicato*, in glosa Innoc. [3]. Item pronunciatum fuit quod eciam potest peti absolucio a sententia excommunicationis, eciam justa, per procuratorem, licet non debeat inpendi.

XXXV. Utrum obligatus ad chevagium et forismaritagium sit servus, et utrum possit religionem ingredi, et fieri sacerdos invito domino, et quid tunc erit.

Quidam qui tenebatur ad cavagium et forismaritagium, et non ad manum mortuam, ingressus fuit religionem. Dico quod talis non est

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XXII, c. 10.
[2] *Ibid.*, lib. II, tit. XX, c. 17.
[3] *Decretal.*, lib. I, tit. III, c. 41.

Digitized by Google

servus, quia multa potest que non potest servus, sed est condonnatus, unde tenuit ingressus, sicut in ascriptitio [1], et preter domini et contra eciam voluntatem : sed portabit sarcinam, saltem per alium, vel monasterium pro se. Hoc autem indubitatum est, quod si esset sacerdos, non posset revocari; quod nec servus tamen crederem, quod deberet specialiter domino servire. Pro hoc vide *Extra.* (sic), *in Decretis*, LIIII, *district.*, *c.* [*ex*] *antiquis*, *et c. frequens*, *et c. gravis.* [sic, *generalis?*] [2].

XXXVI. Prefacio pro presentacione cujusdam electi in abbatem.

In nomine Domini, amen. Ne nulla prefatione premissa, atque, ut ita dixerim, illotis manibus ad intentam materiam descendere me continguat, seu factum electionis exponere, utar prefatione, quoniam, nisi fallor, prefationes hujusmodi ad delectacionem intente materie libencius nos perducunt, et rei de qua agitur evidentiorem prestant veritatem; ut *ff. de origine juris*, *l.* 1 [3] [*C.?*]. *Si cer*[*tum?*] *pe*-[*tatur*] *l.* 1 [4]. Ne tamen onerosus videar, paucis agam; arguit *ff. quod metus causa*, *l.* 1 [5], *de prescriptis verbis*, *l.* 1 [6], *de appell. l. ampliorem* [7].

Dico igitur sic : Virtutum premia merentibus tribui convenit.

Verba ista scripta sunt *C. de statuis. d. fin.* [8]; et in verbis propositis duo principaliter denotantur. Primum qualis esse debeat electi conditio, dum dicit : Virtutum premia merentibus. Secundo denotatur per quem modum procedere debeat electio : Tribui convenit.

Primo igitur denotatur qualis et quis electus esse debeat, quam virtuosus, pollens moribus et virtutibus, quum virtuosis et meritis debetur premium seu remuneracio; nam is locum mortui, vel aliter recedentis, meretur invadere, qui ordinem stipendiorum et laboris merito sequebatur. Et alibi dicitur, quod agentes in rebus, post palmam

[1] Vid. *Cod. in Auth. adscriptitios*, lib. I, tit. III.
[2] *Decretal.*, part. I, distr. LIV, c. 9, 10, 12.
[3] *Digest.*, lib. I, tit. II.
[4] *Cod.* (?), lib. IV, tit. II.
[5] *Digest.*, lib. IV, tit. I.
[6] *Ibid.*, lib. XIX, tit. V.
[7] *Cod.*, lib. VII, tit. LXIII, l. 3?.
[8] *Ibid.*, lib. I, tit. XXIV, l. 4.

Digitized by

laboris et meriti, principatus honore remuneramus *C. de officio magistri officiorum, l. nemo* [1]; *de agentibus in rebus, l.* 1, *lib.* XII° [2]. Non autem demeritis, seu male meritis, debetur honoris premium, sed egestas perpetua; ut *ff. depositi, l. bona fides* [3]; *de negociis gestis, l. sive hereditaria* (?) [4]. Sciendum est autem quod non solum virtuosis debetur honoris premium, sed eciam bene dispositis; sunt enim quedam virtutes, et sunt quedam bone dispositiones ad virtutem. Differunt autem virtus quod sonat in habitu, et dispositio, quoniam dispositio de facili mobilis, habitus autem de difficili mobilis, nisi grandis fiat permutatio, etc..... In prima specie generaliter differunt, et aliter, quoniam virtuosus per habitum delectabiliter agit opera virtutis; non sic autem dispositus; ut dicit *Philosophus, II Eth.* De primo, scilicet ad hoc facit *in Authen. de monachis,* §. *hinc autem, collat. prima* [5]. Quod dispositio sit de facili mobilis, etc., faciunt jura; quia consuetudo quod (*sic*) est jus moribus et usibus introductum, dum est in inducendo, de facili interrumpitur, quoniam solo actu unico; non sic autem cum est probata et prescripta, quia tunc non uno actu tollitur..... et tantumdem temporis ad eam tollendam requiritur, quanti actus et tempora requirebantur ad eam inducendam. Sic intelligo *ff. de legibus, l. de quibus* [6]; *Extra. de prescriptionibus, c. auditis* [7]; et hoc sapit Innoc. in apparatu suo *Extra. de privilegiis, super c. accedentibus* [8]. Advertendum est autem, quod non attenditur premium, seu meritum, in virtute, seu disposicione, in se; sed in ordinatione secundum virtutem, et bonam dispositionem, quia secundum philosophum, parum aut nichil proficit ad salutem; virtuosi enim, et bene dispositi, et non operantes secundum bonam dispositionem et virtutem, similes sunt laborantibus, id est infirmis, qui medicos audiunt studiosos, faciunt autem nichil horum que precepta sunt; quemadmodum nec illi bene habebunt corpus, nec isti animam : *II Ethi*[*ca*]*rum.* Unde sicut ibi non coronantur fortissimi, sed agonizantes, non debetur corona habentibus virtutem fortitudinis

[1] *Cod.*, lib. I, tit. XXXI, l. 2.
[2] *Ibid.*, lib. XII, tit. XX.
[3] *Digest.*, lib. XVI, tit. III, l. 31.
[4] *Ibid.*, lib. III, tit. V, l. 22.
[5] *Authent.*, coll. I, tit. V, novel. 5.
[6] *Digest.*, lib. I, tit. III, l. 32.
[7] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVI, c. 15.
[8] *Ibid.*, lib. V, tit. XXXIII, c. 15.

Digitized by Google

solum per habitum, sed agonizantes, id est fortiter certantes, et alios superantes. Ad hoc facit *c. Extra. de verborum significacionibus, c. forus*, §. *in omni quoque negocio* [1], ubi dicitur : « Judex dictus « est quasi jus dicens populo, sive quod jure disceptet. » Non est ergo judex si non est in eo justicia, non tantum per habitum, sed per operationem et effectum, ut ibi dicitur evidenter. Ad hoc facit *ff. de justicia et jure, l. jus pluribus* [2]; *de origine juris l.* 2, §. *post originem* [3].

Secundo tangitur munus remuneracionis, et qualiter, scilicet meritis et virtuosis, honor liberaliter concedatur, non per symoniam, vel ambitionem, turpiter adquiratur, quod sapit cum dicit : Tribui convenit. Si enim in civilibus officiis et dignitatibus reprobatur ambitio, ut probatur *C. de agentibus in rebus* [4], ubi dicitur : « Omni honestione [*sic*, objectione?] cessante; » et *de re militari, in l. contra publicam* [5], ubi dicitur : « quod honoris augmentum non ambitione, « sed labore ad unumquemque convenit devenire; » et *de diversis officiis et aparitoribus judicum, l. ad splendidiorem, libro* XII [6]; multo forcius in ecclesiasticis officiis, et dignitatibus, reprobatur ambitio, et symonie perversitas amplius detestanda. Arguit ad consequenciam *Extra. de custodia crismatis et eucharistie, c. fin* [7]. Unde dicit lex, quod nemo gradum sacerdocii precii venalitate mercetur, et quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, estimetur. Profecto enim quis locus tutus, et que causa esse poterit excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur. Ut queratur cogendus, rogatus recedat, invitatus fugiat, sola sibi suffragetur necessitas excusandi; profecto enim indignus est sacerdocio si fuerit ordinatus indigne. Est autem prenotandum quod in unoquoque composito nature, artis, vel artificii, duo principaliter attenduntur, materia scilicet et forma; forma vero principalius; nam forma dat esse rei, et, forma mutata, res prope interiit : *ff. ad exhibendum, l. Ju. l.* 1 [sic, *Julianus?*], §. *si quis rem* [8]; *Instit. de rerum divisione, cum ex aliena* [9]. Preterea in sillogismo, quod est quoddam compositum artis, forma prin-

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. xl, c. 10.
[2] *Digest.*, lib. i, tit. i, l. 11.
[3] *Ibid.*, lib. i, tit. ii, l. 2, §. 13.
[4] *Cod.*, lib. xii, tit. xi, l. 1.
[5] *Ibid.*, lib. xii, tit. xxvi, l. 14.
[6] *Cod.*, lib. xii, tit. ix, l. 7.
[7] *Decretal.*, lib. iii, tit. xliv.
[8] *Digest.*, lib. x, tit. iv, l. 9, §. 2.
[9] *Institut.*, lib. ii, tit. i, §. 25.

Digitized by Google

cipalius attenditur, quam materia; unde dicitur quod syllogismus peccans in forma, sillogismus non est. Sillogismus vero peccans in materia, sillogismus est, et sillogismus dicatur. Verum in electione (?), quod est quoddam compositum artis, principalius attenditur materia quam forma, [()est autem materia electi persona ()] quod apparet; nam plus puniuntur peccantes in materia, quam peccantes in forma. Eligentes enim personam indignam scienter, ipso jure privati sunt potestate eligendi; quia beneficiis ecclesiasticis que obtinent triennio sunt suspensi. Peccantes autem in forma electionis, non sunt privati potestate eligendi ipso jure; sed per sententiam sunt privandi; nec admittunt (*sic*) beneficia ecclesiastica que habent, ut hec probantur *Extra. de electione, c. cum in cunctis*, §. *clerici*; et *in c. quia propter* [1], cum multis aliis; et est argumentum a posteriori, scilicet ab effectu. Similem argumentacionem habemus *C. de summa Trinitate et fide catholica, l.* 3 [2], ubi dicatur : « Quod disputantes publice, etc. » in glo. Item si cassetur electio vitio persone, non poterit cassatus in eadem ecclesia promoveri; quod est intellectum, vitio non purgato. Si vero cassatur electio propter peccatum in modo et forma electionis, poterit electus alias, eciam in eadem ecclesia, promoveri. Arguit *Extra. de electione, c. consideravimus, c. super eo, c. cum inter canonicos* [3].

XXXVII. Qualiter ordinarius ecclesiasticus habet procedere contra clericum diffamatum de crimine, racione bonorum; et in casu ubi procedere non vellet, quid habet facere dominus temporalis sub cujus districtu bona tenet clericus.

Clericus est diffamatus de homicidio, vel de *tali* crimine, propter quod bona sua debent confiscari. Prelatus suus hoc ordine procedere debet. Primo requiret eum, vocando eum super *tali* crimine responsurum. Si non venerit, bona ipsius annotabit, id est describet, seu in scripturam rediget, et in banno domini ponet, et erit saisitio quedam verbalis. Post ista sequetur sollempnis requisitio ipsius clerici, per

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 7, §. 3, et c. 42.

[2] *Cod.*, lib. I, tit I.

[3] *Decretal.*, lib. I, tit V, c. 10, 12, 21.

edicta, seu secundum morem judicis. Et si non venerit ex eo tempore, anno computato, et elapso, si non venerit, nunquam postea audietur de bonis, quantumcumque velit postea suam probare innocentiam; super crimine semper audietur sine prefinitione temporis. Iste est intellectus jurium : *ff. de requirendis reis, per totum* [1], *et C.* [2], et que (?) notantur (?) in summa. In domino temporali qui nullam juridictionem habet in clericum, bona tantum immobilia clerici habet sub districtu suo et juridictione, dico quod si ordinarius clerici processum suum legitimum fecerit, ut supra dictum est, eciam si ordinarius legem confiscationis nollet in clericum exercere, tamen dominus temporalis qui de consuetudine, non de jure, cum soli imperatori hoc competat, jus habet confiscandi, legem confiscationis exercebit, aperta sibi via per legitimum processum ordinarii. Arguit *ff. de contra*[*ria*] *tu*[*tele*] [3], *si post mortem* [4]. Preterea dico quod in ista confiscatione que fit per anni lapsum a tempore sollempnis requisitionis, non habet locum retrotractus ad tempus prime requisitionis. Dixi supra ubi ordinarius fecit suum processum contra clericum se subtrahentem; si vero ordinarius sub dissimulatione transiret, dominus temporalis posset eum requirere de procedendo, et denunciare ei crimen, etc.; et si ordinarius nollet procedere, posset superiorem ipsius adire.

XXXVIII. De actione ypothecaria, et quo tempore habeat proponi exceptio de non excussione principalis debitoris, et de multis aliis hanc materiam tangentibus.

Agit quidam ypothecarie contra possessorem, et dicit in libello principalem debitorem excussum lite contestata. Negando (?) excipit reus de ordine, et dicit principalem debitorem non excussum. Dixerunt quidam factum non debere admicti, quia ista exceptio ordinis ante litem contestatam habet locum..... Preterea, quia in isto facto proponitur contrarium ejus quod actor proposuerat in libello, dixi contrarium; quia ista exceptio, etsi sit ordinis, dico quod non est

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XVII passim.
[2] *Cod.*, lib. IX, tit. XL.
[3] *Digest.*, lib. XXVII, tit. VI.
[4] Cette loi est la dixième du titre IV du livre XXXVII du *Digeste*, et n'appartient point au titre : *De contraria tutele*.

Digitized by Google

ordinis conventionis, sed condempnationis, et exactionis, sive executionis; quia eciam si reus condempnatus esset, posset dicere : Excutiatur primo debitor principalis. Preterea fit litis contestatio per confessionem, sicut per negationem; sed si reus post narrationem actoris diceret : « Verum est quod ego teneo assignamentum, sed volo quod « prius excuciatur debitor principalis; » certum est quod audiretur; ergo, etc.; prima allegatio actoris non potest tollere reo suam deffensionem. Post factum admissum et probatum, actor excussit debitorem, et fecit eum excommunicari; quo facto, de hoc replicavit. Factum admisi, quia proficit, quandocumque quesita, defensio seu replicatio; sed debet haberi racio temporis quo replicatio quesita est. Propter expensas quidam voluerunt dicere quod libellus non procedit ubi dicatur debitor excussus. Hoc est falsum, et asininum; nam cum agatur ypothecarie, sufficit jus assignamenti ex parte actoris, facultas restituendi ex parte rei. Unde credem (*sic*) quod si actor probaret ista duo, esto quod non probaret debitorem excussum, deberet optinere. Hostiensi dicitur notorie contrarium; sed primum teneo, quia ista verba : *De debitore excusso,* quantum ad ypothecam qua agitur, sunt quasi extraloquta, unde non habent effectum. Arguit *ff. de verborum obligacionibus, l. que extrinsecus* [1].

XXXIX. Quod proposita admittantur post conclusionem in causa.

Post conclusionem proponebatur quod acta cause essent falsa. Videbatur factum admicti debere, quia questio falsi, eciam post sentenciam, audiretur usque ad xx annos. Sed non obstat, quia et exceptio Macedoniani post sentenciam admicteretur, sed non postquam esset in causa conclusum. Sed plus est de questione falsi que totum irritat, et irritum monstrat ipso jure. Sed adhuc idem dico, quia, si postquam esset conclusum in causa, proponeretur quod testes in causa producti essent corrupti, etc.; non audiretur proponens; ergo, etc. Hec teneo, maxime ad instanciam partis. Judex tamen ex officio hoc posset et deberet rimari. *Extra. de fide instrumentorum, cum Johannes,* ad finem [2]. Et idem

[1] *Digest*, lib. xlv, tit. i, l. 65.

[2] *Decretal.*, lib. ii, tit. xxii, c. 10.

dico de exibitione actorum, vel instrumentorum, postquam esset in causa conclusum. *Extra. de fide instrumentorum, c. cum dilectus* [1].

XL. Utrum major et jurati alicujus ville corpus faciant a jure probatum, et utrum jurabunt, et posicionibus respondebunt, per sindicum.

In causa de Fara, et de officiali laudunensi, dixi quod Fara est corpus probatum a jure : *ff. quod cujuscumque universitatis, l.* 1, in glosa [2]; *Innoc. Extra. de excessibus prelatorum, c. dilecta* [3]; et intelligo quod actum sit contra majorem et juratos, tanquam contra rectores ipsius ville, cum libellus, seu articuli, essent eis porrecti sub nomine officii, propriis eorum nominibus non expressis : *ff. de stipulatione servorum, l. plt.* — [sic, *proinde?*] [4]; preterea litiscontestacio facta fuit sub nomine eorum communi. Item dico quod per sindicum potuerunt jurare, et licet in propriis personis juraverint, nichilominus ad positiones partis adverse potuerunt per sindicum eorum, seu procuratorem, respondere; nam cum ista facultas jurandi, scilicet per sindicum, eis de jure communi competat, uno actu non potuerunt istud amictere : *Extra. de privilegiis, c. accedentibus* [5]; licet quibusdam videretur contrarium, propter connexitatem inter articulum de jurando, et articulum de positionibus respondendo; de ista materia : *Extra. de foro competenti, c. postulasti* [6].

XLI. De patre emente redditum ad vitam alterius filiorum.

In causa Renaudi et Remigii ejus filii, faciat pro Remigio quod pater providit sibi tantum pure, alii sub conditione, si redditum illi (?) assignaret; quod intelligo de assignatione speciali : *ff. de heredibus instituendis, l. circa* [7]. Et si dicatur quod pater intelligitur providere liberis : *ff. de probationibus, si pactum* [8]; respondeo : Verum est, nisi pater providendi liberis suis, seu heredibus, certum modum adjecisset, seu conditionem, quod hic fecit. Sed non extat conditio; quod autem

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XXII, c. 9.
[2] *Digest.*, lib. III, tit. IV.
[3] *Decretal.*, lib. V, tit. XXXI, c. 14.
[4] *Digest.*, lib. XLV, tit. III, l. 7 (?).
[5] *Decretal.*, lib. V, tit. XXXIII, c. 15.
[6] *Ibid.*, lib. II, tit. II, c. 14.
[7] *Digest.*, lib. XXVIII, tit. V, l. 2.
[8] *Ibid.*, lib. XXII, tit. III, l. 9.

ipsi Remigio, patre mortuo, redditus debeatur, saltem quantum ad alios heredes qui non habent causam conditionis, ex premissis relinquitur; preterea quia conditio assignationis ad ipsum non refertur, sed tantum ad alios, quod apparet ex lectione instrumenti. Item ipse cum patre stipulatus est conventiones observari, conditione non repetita; propter quod, in dubio si quod sit, debet presumi, et credi, quod eidem puri fuerint redditus in premissis, cum pro aliis esset inutilis stipulatio. Preterea in fine instrumenti eque principaliter, sicut pater, pro confirmatione contractus ad sumptus se obligat, sicut pater. Item quod illi fratres, in solvendo eidem Remigio, sine conditione, sive protestacione, suam intentionem quam habuerunt in contrahendo, declaraverunt. Si in lictera esset, quod patre mortuo redditus solveretur Remigio filio, sive illi, etc., ita quod non precederet dictio *sive*, non videretur dubium quin, assignatione in personis aliorum non facta, redditus Remigio deberetur; sed certe idem est precedat dictio *sive*, vel non precedat, sive proferatur ab homine, ut *in Auct. C. de constituta pecunia, si quando quis* [1], sive a lege, ut *ff. de stipulatione servorum, l. sive* [2].

XLII. Quedam prefacio [3].

. . . . . .

XLIII. Utrum exceptionem proponens debeat incontinenti in expensis condempnari si defecerit in probando; et si condempnatus non fuerit, utrum postea debeat condempnari.

Si ab altero litigancium proponatur factum aliquod peremptorium, et non probetur, si perpendatur malicia in proponente dum proponitur, fiet condempnatio expensarum sub conditione, si defecerit in probando; quod tenet Innocentius; vel tunc, cum in probatione defecerit. Quod si factum non fuerit, in fine litis non potuerunt peti, ut innuit *Innoc. Extra. de dolo et contumacia, c. finem,* in fine glos.[4]. Contrarium dicit *de appellatione, c. sepe* [5]; et istud equius videretur,

[1] *Cod.*, lib. IV, tit. XVIII, l. 1.

[2] *Digest.*, lib. XLV, tit. III, l. 15.

[3] Le texte qui suit ce titre n'est que l'abrégé de celui que nous avons donné sous le n° XXXVI.

[4] *Decretal.*, lib. II, tit. XIV, c. 5.

[5] *Ibid.*, lib. II, tit. XXVIII, c. 44.

Digitized by Google

saltem in casibus in quibus ibi loquitur; scilicet ubi debentur expense propter contumaciam precedentem, et propter exceptionem improbabilem, propositam, non admissam.

XLIV. De excommunicatis pro participacione, licet non participaverint.

Nota. Pro excommunicatis pro participatione, quod si in veritate non participaverint, non tenet sentencia, quantumcumque precesserit monitio; quod tamen de monitione est necesse, secundum formam et tenorem qui traditur (*sic*) in const. Gregorii (*sic*); pro hoc quod notat Innoc. *in c. quia in cunctis* (sic), *de concessione prebende* [1], et *de cohabitacione clericorum et mulierum c. tua* [2]. Sed si judex citaret, an [3] deberet comparere citatus.

XLV. Utrum hec verba : *Spoliatus fui possessione plene libertatis,* sonant spoliationem vel turbationem.

In causa Hueti Le Cras, cum excipiendo dilatorie proponeretur contra eum, quod adversaria sua, cum esset et fuisset in possessione cujusdam domus plene et libere, fuerat spoliata possessione plene libertatis, quare, etc. Duxi quod hoc sonabat in turbationem, non dejectionem, et propterea non admisi, quia quod dicebatur de possessione plene libertatis, non representabat quid possessionis; sed tantummodo arguit aliam possessionem : *ff. de vi, et vi armata, l. vim facit,* cum glosa sua [4].

XLVI. De placito bannali et jurisdictione, utrum vendi possunt.

Jurisdictio habet partes subjectivas, id est species; ut quia civilis, vel criminalis; temporalis, sive spiritualis, sive ecclesiastica; et dico quod temporalis distinguitur ab ecclesiastica, non ex [natura?] rei, que deducitur in judicium, immo pocius ex censura; nam propter

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. VIII.
[2] *Ibid.*, lib. III, tit. II, c. 8.
[3] Ce mot nous semble devoir être effacé.
[4] *Digest.*, lib. XLIII, tit. XVI, l. II.

Digitized by Google

censuram ecclesiasticam, etsi temporale quid in judicium deducatur, est jurisdictio saltem spirituali annexa; et credo quod omne jus quod est talis nature, quod non cadit nisi in personam ecclesiasticam, hoc est sub racione alicujus spiritualis. Sed certe sic indicere bannum, seu sic placitare, magis respicit actum quam speciem, et videtur modus actus jurisdictionis, scilicet placitandi, scilicet sic placitare; nec est idem quod generalis jurisdictio, quod quidam dicere voluerunt; quia verbum generale sonat in extentionem ad personas; sed sic placitare, sonat in quandam simultatem. Unde videtur quod si non licet vendere juridictionem ecclesiasticam, per consequens non modum, scilicet sic placitare bannaliter; potissime cum modus sit ejusdem censure. Si dicas, habet multa incommoda et inhonesta; et certe multa commoda, et que videntur secundum jus; quia breves cause, etc.; et iste sunt breves, tum propter causas, tum propter personas. Preterea si tenet placitum bannale de jure, quod patet; quia voluntate littigancium hoc posset fieri, et induci multo forcius consuetudine racionibus predictis, non potest remicti sive vendi, si non tenet. Cum dicis quod potest vexationem redimere, verum est; sed non licet per pecuniam aliquid spirituale, vel quasi, obtinere; sed certe hic non querunt aliquid optinere, sed certe ymmo absolvi ab illo placito; sed si licet redimenti, tamen, pecuniam recipiens comittit symoniam. Unde dico quod in hoc casu magis videretur agendum ad temperamentum, quam ad impletionem talis contractus, qui nullus est; nec sequitur, gratis debet remitti; ergo sic potest agi. Remedium hujus negocii colligi potest, *Extra. ne prelati vices suas, c.* 1 *et* 2[1]; *de rerum permutacione, c. ad questiones*[2]. Freterea recorderis de hoc quod notatur, *Extra. de symonia, c. ad aures*[3], scilicet quod non licet redimere vexationem suam per pecuniam, etc.....; et eciam quod sequitur in fine illius glose. Item propter illa specialia que habet istud placitum bannale, videtur non modus placitandi, ut supradictum est, ymmo videtur species jurisdictionis distincta. Arguit *de sponsalicia largitate, in Auth., ut sponsalitio largitas, ar. prin., collatione VIII* [sic, *IX?*][4]. Et quia ex hoc nomen speciale assumpsit, et dicitur *placitum bannale,*

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. IV.
[2] *Ibid.*, lib. III, tit. XIX, c. 6.
[3] *Decretal*, lib. v, tit. III, c. 24.
[4] *Authent.*, coll. IX, tit. II, nov. 119.

argumentum *in Aut.*, [sic, *Instit.?*] *de locatione et conductione*, §. *adeo* [1]. Et si tu dicas quod hoc facit ibi auctoritas legis, dicam et hic auctoritas consuetudinis; non obstat quia dicitur quod, sublato placito bannali, salva manet jurisdictio in aliis diebus, quia nichilominus hic aliquid sublatum esse videtur, sicut potest videri in servitute duccendi aquam ad fundum (?) diurna et nocturna, quod diurna sublata per prescriptionem vel remissionem, licet de nocte possit duci aqua ad sufficienciam, quia nec metimur talia penes rei indigenciam, tamen hic aliquid videtur remissum; et eodem modo in foris pluribus diversorum dierum et locorum, et veritatis [*sic*, mercatis?] rerum venalium. Pro hoc facit *Extra. de concessione prebende et ecclesie non vacantis, c. cum dilectus* (*sic*) [2], quod loquitur de concessione prebende que venerat ad decanum ex concessione regia. Preterea si jurisdictio est potestas de publico, etc., et hic de ista potestate detrahitur, scilicet convocationis, et aliorum; ergo detrahitur de jurisdictione quantum ad sui amplitudinem. Preterea dicunt quod censura que est quid spirituale, non remittitur, nisi ex quadam consequencia. Sed respondeo quod totum remittitur, et totum spirituale; nec debet eadem res tam vario jure censuri (*sic*). Consensus vero episcopi, qui colligitur ex eo quod permisit fieri collectam pro precio hujus contractus solvendo, non sufficit, quia requiritur quod consensus interponatur principaliter ab (*sic*) hoc ipsum. Preterea, licet testes civium videantur deponere quod episcopus possit omnia facere sine consensu capituli, dico tamen quod causa restringit dictum; quia in reddendo causam sue sciencie, dicunt de minoribus. Preterea deficit contractus ex altero latere, cum illi cives qui contrahebant nomine aliorum civium, non haberent mandatum, et capitulum renunciavit antequam cives ratificassent; quod potuerunt indubitanter, cum contractus nondum esset perfectus. Preterea intelligo petitum interesse quod succedit loco rei petite, sed si non est rei petite commercium, nec interesse, talis peticio; si enim ageretur ad interesse, deceptionis ageretur per medium, quia interesset civium non fuisse deceptos.

[1] *Instit.*, lib. III, tit. XXV, §. 3.

[2] *Decretal.*, lib. III, tit. VIII, c. 16.

XLVII. Utrum decani vice episcoporum jurisdictionem exerceant, et ad quos ab audientia eorum appelletur, et qualiter probetur consuetudo, et utrum facto inepto admisso excusetur excipiens factum hujusmodi ineptum probans; et utrum verba obscura posita in libello, debeant interpretari contra libellum edentem.

In causa decani yprensis, dico quod decanus, seu curia, prescripsit in subjectos curie morinensis, non contra ecclesiam morinensem, licet ista prescriptio cedat ad incommodum ecclesie seu curie morinensis. Pro hoc bene inducas *Extra. de prescriptionibus, c. cum ex officii* [1]; et ex hoc dico, quod inspicietur conditio subjectorum, et quantum ad tempus prescriptionis, et quantum ad scientiam vel ignoranciam : *ff. de contrahenda emptione, l. in hujus* [2]. Preterea ista consuetudo, sive prescriptio, videtur generalis; unde sufficerent esse contra ecclesiam decem anni : *Extra. de consuetudine, c. in fin. (sic)*, in glosa Innocen. [3]. Preterea in causa ista oportet succumbere excipientem de jurisdictione, quia curia remensis ad minus est in possessione, vel quasi, recipiendi tales appellationes; ergo effectus hujus possessionis stabit, non obstante oppositione sequente. *Extra. de causa possessionis, c. cum ecclesia sutrina* [4]. Junge quod est infra, §. : Lictera domini morinensis [5].

XLVIII. Utrum qui prescribit jus non debere vocari, videatur prescripsisse jus non teneri admittere venientem.

In questione domini Enjoranni, videtur mihi quod non vocari ad electiones sit actus qui respicit jus, scilicet non debendi interesse in illis; et ideo qui in non vocando [prescribit?], videtur prescribere in non recipiendo, etiam sponte venientem; et hoc sapiunt verba constitutionis, scilicet : Qui volunt, possunt, et debent interesse.

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVI, c. 16.
[2] *Digest.*, lib. XVIII, tit. I, l. 32
[3] *Decretal.*, lib. I, tit. IV.
[4] *Decretal.*, lib. II, tit. XI, c. 3.
[5] Voyez plus bas, n° LIII.

XLIX. De pactis juxta contractum incontinenti appositis; utrum possit excipi contra agentem qui pactum non implevit a non agis (?).

In causa Hueti le Cras, dico quod ista exceptio quam proponebat mater uxoris sue, videtur ordinis, non dilatoria solucioni; unde et in litiscontestacione, et post, potest proponi. Item videtur quod debeat admitti, sicut videremus (?) in actione exempto, *per* §. *offerri*, et in convencionibus innominatis. Sed contra, quia vestimentum contractus efficax, sicut stipulatio, habetur pro rei interventu; et hic semper fingitur stipulatio intervenisse : *C. de rei uxorie. De re per explatico* (*sic*) [1]. Sed certe hoc est verum, quod ista sunt paria, quantum ad hoc quod detur actio, sed non quantum ad excipiendum de ordine; ut *in* §. *offerri*. Credo quod hic est unus contractus, scilicet datio dotis ob causam matrimonii, et pactum (?) quoddam incontinenti appositum, ut fiat quietacio; et hic non est excipiendum, sed agendum ad modum. *C. de hiis que sub modo, l.* 1 [2]. Si enim venderem tibi equm, et conveniret incontinenti quod irem pro te Romam (?); si contra te peterem precium, posses excipere quod prius traderem tibi equum, sed non posses excipere quod irem prius Romam (?), sed agendum esset ad illud; secundum (?) ego non teneo. Contrarium enim verum est per *l. ff. de contrahenda emptione, l. pacta conventa* [3]. Preterea quidam dicebant non interesse matris de quitatione petita. Arguit *ff. de pactis, l. nemo* [4]. Dico contra per *l. C. de pactis inter emptorem et venditorem, l. fin.* [5]. Finaliter dico quod si Huetus confiteatur proposita, vel possint probari infra tempus modicum statuendum a nobis, fiat quod excipiendo desideratur.....

L. Utrum dominus feudi habeat cognoscere de rapina rei ecclesiastice, vel utrum judex ecclesiasticus.

In negocio comitis Hanonie, quod dominus feodi possit revocare, et compellere partes ut revocent processum, et revocari faciant, faciunt

[1] *Cod.*, lib. v, tit. xiii.
[2] *Ibid.*, lib. vi, tit. xlv.
[3] *Digest.*, lib. xviii, tit. i, l. 72.
[4] *Digest.*, lib. ii, tit. xiv, l. 61.
[5] *Cod.*, lib. iv, tit. liv.

Digitized by Google

jura : *Constitut. Frederici, imperiabilem* (*sic*), §. *preterea*' cum multis jur. x^e *collationis*. Sed cum hic agatur de rapina, de depredatione rei ecclesiastice, ecclesia habet cognoscere; et vide quod notat *Extra. de foro competenti, cum sit* [a].

LI. Utrum pater emens reditum pro filio, et ei donans, et postmodum ponens bona omnia in manu sancte matris ecclesie, videatur revocare donacionem.

In questione Johannis la Pance, cui pater donaverat annuum redditum dum erat in potestate, et pater in morte omnia bona posuit in manu ecclesie; numquid per hoc videatur revocasse donationem? Videtur quod sic, quia non solum expresse, sed et tacite, talia revocantur; et qui donat omne, nihil excipit : *ff. de donationibus inter virum et uxorem, l. cum hic status,* §. *si maritus* [b]. Item quia scit, vel scire debet, hoc remansisse in bonis suis. Item per hoc consulitur creditoribus qui certant de dampno vitando; filius vero certat de lucro. Item per hoc consulitur anime defuncti; et caritas ordinata, et potissime in tali puncto. Contra credo quod requiritur revocatio specialis, ut sit voluntas evidens revocandi; nam in oscuro seu dubio, promptiores esse debemus ad confirmandum, ut *in l. cum hic status,* §. 1 [c]. Item quia, etsi juris auctoritate hoc remansit in bonis patris, tamen reputatione non erat in bonis. Arguit *ff. de donationibus inter virum et uxorem, l.* 3, §. 1 [d]; *de legatis, I, quod in rerum natura* [e]; *de legatis, II, l. Gaius,* §. *fin.* [f]. Pro hoc induco : *C. familie Herciscunde, quociens* [g]; et est bonum argumentum, quia ibi specialiter ordinata non tenent, nisi morte sequta. Item arguit quia in facto hujusmodi est bonorum omnium alienatio; et tamen per institucionem heredis, ejus cui donatum erat cum alio, non revocatur donacio; ut notat Azo in summa, *p. l. de inofficiosis donationibus, l.* 2 [h].....

[a] *Feud.*, lib. II, tit. LV.
[b] *Decretal.*, lib. II, tit. II, c. 8.
[c] *Digest.*, lib. XXXV, tit. I, l. 32, §. 7.
[d] *Ibid.*
[e] *Ibid.*
[f] *Digest.*, lib. XXX, tit. I, l. 24.
[g] *Ibid.*, lib. XXXI, tit. I, l. 86.
[h] *Cod.*, lib. III, tit. XXXVI, l. 10.
[i] *Ibid.*, lib. III, tit. XXIX.

Digitized by Google

LII. ..... Utrum idem sit de re, et de ejus augmento; et utrum rex de claustro cognoscat, vel judex ecclesiasticus.

De claustro cathalaunensi, quod sufficit proponere et probare, prout notat Innocencius *Extra. de jurejurando, c. fin.*[1]; si obiciatur de augmento, respondeas quod idem debet esse judicium de augmento, et eo quod augetur. Preterea quia est in confinio et circuitu ecclesie; *in Decret.* XVII, *q.* IIII[a], *c. sicut, et c. si quis*[2]. Item quia donatio facta ecclesie liberalissime est et largissime interpretanda, *in Auth. de non alienandis, c. sinimus*[3]. Item quia donator, et successores, per pacientiam, cum sciencia, sic interpretati sunt: *ff. de legibus, l. minime sunt mutanda*[4]. Preterea, nota quod interpretatio non requirit certum tempus, sed prescriptio sit; quod episcopus dando claustrum liberum, videatur jurisdictionem quam habebat donasse: *Extra. de donationibus pastoralis*[5]. Nec litigabitur de claustro coram rege, quia res sancta sicut muri civitatis, etc..... Nec racio pateretur quod rex tanquam superior poneret manum suam, et inde aufferret; et nichilominus canonici contra episcopum procederent remediis consuetis.....

LIII[6].

Lictera domini episcopi morinensis remissiva, innuit magistrum R. Chevalet sensisse quod decanus yprensis processerit contra Yprenses ad commodum ipsius episcopi; ita quod ad ipsum episcopum apellandum non esset.

Ista positio non multum videtur propria, et valde competenter est arguta et reprehensa, ut mihi videtur, in eadem lictera remissiva. Videtur autem dominus episcopus in libello illo alium ponere intellectum, scilicet quod decanus processerit ex officio quod ei incumbit racione decanatus. Sed hoc dicere, non bene consonat verbum libelli ubi dicitur: *Vice et auctoritate*, etc.; quia licet decanus [*sic*, decani?] ex institucione sua facta forte per episcopum [(]*forte* dico, quia apud nos instituuntur per archiepiscopum[)] nanciscantur jurisdictionem

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XXIV.
[2] *Decret.*, part. II, caus. XVII, quest. IV, c. 6 et 7.
[3] *Auth.*, coll. II, tit I, novel. VII, c. 3, §. 1.
[4] *Digest.*, lib. I, tit. III, l. 25.
[5] *Decretal.*, lib. III, tit. XXIV, c. 7.
[6] Pour le sommaire de cette question, voyez celui de la question n° XLVII.

Digitized by

quam habent, non tamen exercent eam vice et auctoritate episcopi, sed sua; sicut est videre in electo in episcopum confirmato, qui confirmacione de se facta per metropolitum, jurisdictione naneiscitur quam exercet postea non vice et auctoritate metropoliti, sed sua. Et idcirco, servata proprietate verborum, libellus debet intelligi ubi decanus procedebat vi commissionis sibi facte ab episcopo; et innictuntur actores in eo non solum consuetudini, sed et juri, dum dicitur : competenter et legittime appellavit. Quod eciam innuit libellus, maxime quod proprie sumptum implicat; et quatenus juri inmictitur libellus, veritatem non continet, si do quod procedit decanus ex commissione speciali; quia tunc de jure appellandum est ad supra proximum. Sed an consuetudo sit probata? Credo quod non; quia cum illa consuetudo sit contra jura, et contra racionem, non est ultra suos terminos extendenda; et ita non extendetur ad decanum yprensem in quo non probatur prescripta; preterea quia non est probatum de tempore competenti; et hoc potissime apparet per factum ex parte decani excipiendo propositum, et probationem ipsius. Sed videtur obstare quod probatum est, quod cum de consuetudine illa referretur questio, pronunciatum fuit pluries consuetudinem talem esse, et ab illis sentenciis non extitit appellatum; et ita talis sentencia facit jus, quicquid sit de tempore. Sed respondeo quod talis sentencia facit jus inter partes dumtaxat; sed cave quod multum confidit pars adversa in eo quod factum ex parte decani excipiendo propositum, videtur prorsus impertinens, cum libellus loquatur ubi decanus procedit vi commissionis sibi facte per episcopum morinensem, et excipitur de processu quem facit decanus racione sui officii; et ita factum istud non proficit, nec ejus probatio; et tenebitur decanus ad expensas. Sed ab expensis eum excuso, propter judicem qui modis omnibus voluit ad factum responderi (*sic*) et probationes super eo fieri; et licet judex factum non approbaverit, admictendo probationem super eo dedit occasionem expensis. Preterea licet factum videatur impertinens, proficiet tamen in hoc et ejus probatio, ut seducto vacacionis tempore, appareat consuetudo allegata, in libello non prescripta, que nec alias erat probata, ut supra dixi. Preterea, sicut supra visum est, libellus patitur multiplicem intellectum, licet ille de commissione magis proprius videatur, et licet jura dicant quod in iniciis faveatur

actori. Dico tamen quod si actor formavit libellum habentem multiplicem intellectum, vel alium oscurum, et requisitus a reo se non declaraverit, facienda est interpretacio contra eum. Nunc ego dico, quod cum decanus reus excipiendo ad alterum intellectum libelli, de pluribus se retulerit, scilicet ubi decanus processit racione officii, et actor non reclamavit, nec se ad alterum intellectum determinavit, sed super exceptione proposita probationes admisit, videtur libellum suum ad illum intellectum traxisse, et determinasse, cujus procequcioni consensit; nam reus excipiendo quodam modo querit mentem et intellectum actoris, et certe quod actor post talem, saltem tacitam, sui determinacionem, post multos labores et expensas, vagetur in rei elusionem, et alium sibi, seu libello suo, causetur intellectum, rationabile non videtur. Arguit *ff. de doli exceptione, l. pure, §. si donavi* [1]. Si hec via optineat de jure intencionem nostram, habebimus in principali, et in expensis, et remensis curia non tangetur; propter quod ad hec debent officiales se facilius declinare. Habemus et aliam viam optinendi, que superius est tacta.

LIV. Si appelletur a subdelegatis cognoscentibus cum delegato, ad quem appellatur, utrum ad delegantem primum, vel utrum ad subdelegantes.

Sentenciam Innocencii quam videtur tenere *de officio delegati judicis, super questionum articulis* [2], scilicet : *Quod ubi sunt tres delegati*, cum illa clausula : *Quod si non omnes duo, etc.*, quod si delegato cognoscente cum duobus subdelegatis ab aliis duobus delegatis, appelletur ab eis, quod duo delegati alii possint de appellacione cognoscere, non teneo, illa racione; quia cum exercitum sit inter plures delegatos indivisum, actus pronunciandi quem simul exercuerunt est indivisus; ergo per appellacionem non poterit retractari quin retractetur factum delegati, quod non cadit in parem et in divisis pro parte qua non licet totum prohibetur; unde in casibus dicitur : Inutile viciat utile, *ff. de aqua cotidiana et estiva, l.* 1.

[1] *Digest.*, lib. xliv, tit. iv, l. 5, §. 2. [2] *Decretal.*, lib. i, tit xxix, c. 27.

Digitized by Google

§. *Item queritur*[1]. Nec obstat quod ille delegatus non potest cognoscere quia appellatum est ab eo; et ita propter impetracionem (?) juris non potest interesse. Concedo; sed dico quod alii delegati non possunt cognoscere propter repugnanciam juris de qua supra dictum est. In causa, principalis non est ista juris repugnancia, ut per se patet. Pro hoc est decretalis Alexandri : *Dilecti filii*[2], cum glosa viceconcellarii (*sic*).

LV. Utrum prelatus quesita immobilia ex fructibus bonorum sue administrationis, ea vendere possit, sine consensu sui capituli.

Quidam episcopus fructus quosdam ad aministracionem suam pertinentes vendidit cuidam burgensi, qui non habens aliunde unde posset satisfacere prelato suo creditori, dedit eidem in solutionem quedam immobilia sua. Prelatus ea tenuit per biennium, postea ea vendidit sine consensu capituli sui. Queritur nunquid tenet vendicio? Respondi quod sic, ex quo non erant incorporata ecclesie; sed suo nomine, id est racione administracionis quam habebat, ea tenebat; quod cum in vicem eorum que administracioni ipsius suberant successissent, eamdem naturam sortiri debebant. Ad hec jura communia; magis specialia, *ff. de legatis II, l. impeditur.* §. *fin.*[3]; *soluto matrimonio, sicum dotem.* §. *fin.*[4].

LVI. Numquid nepos ex filio, patre suo repudiante, possit vivente [*sic*, mortuo?] suo patre, successioni avite una cum patruo invito, se immiscere, et eam obtinere.

Pater habebat duos filios, et ex uno illorum nepotes. Filius ex quo sunt nepotes renunciavit hereditati paterne, patre adhuc vivente, et per juramentum. Decedit ille filius, postea pater, alio filio et nepotibus ex filio premortuo relictis. Nepotes, repudiata hereditate paterna, volunt succedere in avita cum patruo suo. Queritur num-

[1] *Digest.*, lib. XLIII, tit. III, l. 1, §. 17.
[2] *Decretal.*, lib. III, tit. XXX, c. 8.
[3] *Digest.*, lib. XXXI, tit. I, l. 70, §. 3.
[4] *Ibid.*, lib. XXIV, tit. III, l. 22, §. 13.

quid possunt? Dico quod non; quia, patruo superstite qui proximior est, non succedunt nepotes, nisi per representacionem; quod apparet quia succedunt in stirpem, et non in capita. *In Auth. de heredibus ab intestato*, §. 1[1]. Ergo si pater eorum se fecit alienum, per representacionem nepotes ex eo non succedent. Arguit ad hoc, quia pater qui renunciavit, jus deliberandi non transmittit. *C. de jure deliberandi, l. cum antiquioribus*[2]. Sed ita loquitur in hereditate jam delata; sto prime racioni. Alii dicunt quod nepotes succedunt avo juré suo, quo jure pater suus non potuit eos privare antequam sibi deferretur. Arguit pro eis, *ff. de senatoribus, l. emancipatum, §. fin.*[3]; *de interdictis et relegatis, l.* 3[4]. Sed respondeo quod nepotes succedunt suo jure quod habent ex representacione patris, racione premissa. Iterum, si non representarent patrem, remociores essent patruo, quare patruus solus succederet.

LVII. Utrum in petenda revocacione cessacionis, requiratur speciale mandatum; et que debet esse causa, et qualis, cessacionis; et utrum offerens se probare, non admissus, habeat causam appellandi; et utrum quando cessatur ad mandatum officialis, juxta constitucionem provincialem, videatur cessatum auctoritate officialis, vel constitucionis.

In causa domini de Valentouria, pro officiali cameracensi facit quia mandatum officialis erat racionabile et equum, quia se referebat ad constitucionem sinodalem. Iterum cum generaliter esset factum. Supplicatio officiali facta que loquebatur de certis villis, videbatur impertinens; sed certe generalitas mandati est determinata per execucionem et rescripcionem executorum. Preterea officialis non debuit supplicantem incertum relinquere. Preterea pro officiali, quia causa justa cessandi videbatur subesse, secundum formam (?) constitutionis synodalis; sed contra officialem, quia supplicantem proponentem quia officialis tenebatur revocare cessationem de jure et consuetudine, et offerente se ad probationem, non admisit. Pote-

[1] *Auth.*, coll. IX, tit. 1, novel. 118.
[2] *Cod.*, lib. VI, tit. XXX, l. 19.
[3] *Digest.*, lib. I, tit. IX, l. 7, §. 2.
[4] *Ibid.*, lib. XLVIII, tit. XXII.

Digiti

rat enim officialis revocare cessationem, sicut apparet ex fine constitutionis, et istud quantum ad pronunciendum (*sic*) appellationem canonicam. Quia autem cessatio sit injusta, apparet. Peccat enim in ordine, quia nulla monitio precessit, quod exigit constitutio. Iterum peccat in causa, quia probatum est quod bona erant censitoris, et quod de voluntate sua. Preterea assercio censitoris faciebat saltem rem dubiam, et causa cessationis debet esse manifesta de facto et de jure. Iterum cave quod ad mandatum officialis tantum fuit cessatum, quia mandaverat sub pena suspensionis, etc.; si enim tantum auctoritate constitucionis, officialis solum habuisset nunciare, non sub pena precipere, vel mandare. Et cave quod si reperiatur in actis, quod dominus Valentourie fuerit requisitus a parte, nunquam reperietur quod monitus fuerit a judice. Scias tamen quod melius fuisset peciisse in libello quod revocaretur cessatio, quam quod sequtum est, etc.; quia cessatio precedebat. Preterea sciendum est quod licet in absolucione petenda requiratur speciale mandatum secundum quosdam, hic tamen non requiritur; quia multe sunt differencie (?) inter sentenciam excommunicationis et interdictum. Preterea non petitur absolutio, sed petitur revocatio interdicti; et si ageretur ad revocationem excommunicationis tanquam injuste, dicerem quod non exigitur speciale mandatum. Preterea dico quod licet in impendenda absolutione requiratur mandatum speciale, vel verius presencia absolvendi, ut videat judex contritionem, recipiat..... juramentum, et alia; impetenda tamen revocatione cessationis, non requiritur presencia, nec et speciale mandatum. Et ita fuit interlocutum.

LVIII. De redditu annuo empto de pecunia usuraria; utrum percepta ex hoc restitui debeant.

Quidam fenerator qui nichil habebat, nisi de fenore, emit redditum annuum centum librarum ad vitam suam, et filii sui scientis patrem non sufficere ad restitucionem extortorum. Pater tantum vixit quod precium recepit. Ponamus quod precium erat mille librarum, et quod pater vixit decem annis. Queritur an filius, eciam in foro consciencie, teneatur? Respondi quod non; quia, et licet glosa videatur dicere

quod res comparata de pecunia fenebri succedat in eam causam, quod ego intelligo in usurario possessore, et ut solum in ea, aliis bonis deficientibus, fiat executio; sicut loquitur *Extra.* [*de usuris*], *c. cum tu, §. fin.*[1]; dico tamen quod succedit usque ad hoc quod creditores in dampno non remaneant, quia hic non favor attenditur, sed pocius odium reprobati tractus; quia secus esset ubi favor attenditur, ubi res succedit in totum, non solum quantum ad precium concurrens; *ut C. de rei vendicacione, l. si ut proponis*[2], et in nostro casu non remanent creditores fraudati. Si vero fenerator minus percepisset, sufficeret quod filius, vel residuum restitueret, vel caveret de restituendo quod reciperet. Sed quid si pater tantum per duos annos redditum percepisset? Adhuc dico quod sufficeret filio quod tantum restitueret, quantum communi estimacione contingerit (*sic*) portionem filii, dum tamen filius contractum pro se acceptasset. Et si tu dicas quod secundum hoc, creditores remanerent fraudati; respondeo sic ita; quia non potest vitari quin fenerator creditorum suorum conditionem possit facere deteriorem, et mercando, et aliis multis modis.

LIX. Utrum rex possit subditum suum cohibere ne faciat injuriam non subdito, propter turbacionem regni que insequi possit.

In causa comitis Hanonie, videbatur nobis quod rex, eciam juris ordine non servato, poterat cogere comitem Flandrie ad hoc quod injuriam quam faciebat comiti Hanonie relaxaret, cum injuria esset notoria, et periculum imminens, cum timeretur turbatio regni per guerras, nec a guerra posset rex committem Hanonie, qui regi subjectus non est, cohibere. Ad hoc possunt induci: *ff. de novi operis nunciatione, l. de pupillo, §. si quis rivos*[3]; *que in fraudem creditoris, l. ait pretor, §. si quis* (sic) *debitorem*[4]; et glosa Innocencii, *Extra. de appel., c. sollicitudinem*[5].

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. xix, c. 5.
[2] *Cod.*, lib. iii, tit. xxxii, l. 8.
[3] *Digest.*, lib. xxxix, tit. i, l. 5, §. 2.
[4] *Digest.*, lib. xlii, tit. ix, l. 10.
[5] *Decretal.*, lib. ii, tit. xxviii, c. 54.

Digitized by Google

LX. Numquid querens possessionem in uno genere fructuum, decime habeat in aliis generibus possessionem?

In questione S. Crispini suessionensis, qua queritur aliquis, allegato solo possessorio, quod erat in possessione percipiendi decimam de fructibus provenientibus in certo fundo, probavit de certo genere fructuum, seu certis generibus. Numquid, si veniant in eodem fundo fructus alterius generis, debebitur decima de eis? Videtur quod non; quia prescriptio in talibus restringitur, ut *in c. ex parte, et c. tua, Extra. de decimis*[1]; ergo possessio restringetur per quam pervenitur ad illam. Arguit *ff. de sponsalibus, l. oratio*[2]. Credo contrarium quod non debet res eadem vario jure censeri. Preterea quia iste intendebat acquirere possessionem decime in omni genere fructuum, non restringendo se ad certum genus; et per hoc per unum genus fructuum fuit acquisita possessio in omnibus aliis, eciam qui postea nascerentur. Ibidem arguit quod notant Innocencius et Hostiensis, *Extra. de capellis monachorum, c. secundo*[3], ubi dicitur quod per unicum actum jurisdictionis, acquiritur jurisdictio generalis, si hoc utoris intendebat. Quod autem presumi debeat utentem intendere acquirere possessionem decime generaliter in omni genere fructuum, patet quia non est visibile (*sic*), quod aliquis velit aliquid eo modo acquirere, quod ejus acquisitio sit in sui adversarii potestate. Sed si, mutatis fructibus, cessaret et amitteretur (?) quesita possessio, sequeretur quod acquisitio esset in adversarii potestate (?) cum sit in ejus potestate mutare fructus; ergo, etc. Ad hoc facit quod non tenet obligatio que confertur in voluntate illius qui debet obligari. Et intelligo quod in aliis generibus fructuum, qui non creverunt in fundo tempore possessionis decime acquisite, sed postea, habeatur possessio non per extensionem, sed per juris sui continuacionem.

LXI. Qualiter sit procedendum cum agitur de notorio et sentenciandum, et utrum interdictum ponere sit actus judicialis, vel cesare, et utrum cessacionem debet precedere monicio.

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. XXX, c. 25 et 27.
[2] *Digest.*, lib. XXIII, tit. I, l. 16.
[3] *Decretal.*, lib. III, tit. XXXVII, c. 2 (?).

De causa domini laudunensis pro ecclesia laudunensi, fuit concordatum quod factum erat communitatis, quia campana, etc., *ff. quod cujusque universitatis, l. sicut* [1]; et quod ibi notatur (?), credo (?) facere. Preterea in hoc convenimus, quod fieret citatio que factum ad plenum contineret; et mitteretur copia citationis. Si venirent, exponeretur eis factum sicut continetur in citatorio, nec traderetur libellus, nec articuli; Hostiensis, *super c. quoniam* [*est*] *sacris, Extra. de filiis presbyterorum* [2]. Preterea, si vellent dicere non notorium declinando, non audirentur. Si vellent negare factum, vel excusare, audirentur; et judex posset se informare (?), eciam parte non vocata, licet Innocencius videatur dicere contrarium *de officio delegati, c. statuimus* [3]. Postea procedat judex ad sentenciam, et pronunciet contenta in citacione esse notoria, et condempnet ad restaurandam libertatem ecclesie, et in emenda, reservata taxacione. Et eciam sine monitione potest communitatem ponere in interdicto in penam, quo casu non est necessaria monitio : *Extra. de appellationibus, c. ad hec* [4]. Secundum Innocencium *ad hoc facit Extra. de celebracione missarum, c. fin* [5]. Hostiensis ibi tenet contrarium, sed male, per rationem que redditur in *c. ad hec*. Hoc colligitur ex glosis dominorum Innocencii et Hostiensis *in c. tua, Extra. de cohabitatione clericorum et mulierum* [6]. Preterea licet cessatio [7] possit procedere et sine monitione, et sine citacione, ut puto, cum non sit actus judiciarius, nec qui cessat, judicat, sed facit quod libet in re sua, et solam habet astinenciam in tristicia et merore, tamen interdictum quod spectat ad judicem, et non ad alium, et infert in alium, non potest procedere sine actu aliquo judiciario precedente, monitione scilicet, vel citatione. Sic intelligo glosam Hostiensis, *Extra. de officio judicis ordinarii, c. irrefragabili* [8]; *et Extra. de filiis presbyterorum, c. quoniam* [*est*] *sacris* [9], ubi dicitur : « Postquam constiterit ut judici » alias, etc. » Preterea glosa Hostiensis *in c. tua*, ubi dicitur quod in notoriis, eciam si appelletur ex eo quod judex oblatam probatio-

[1] *Digest.*, lib. III, tit. IV, l. 7.
[2] *Decretal.*, lib. I, tit. XVII, c. 10.
[3] *Sexte*, lib. I, tit. XIV, c. 1.
[4] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVIII.
[5] *Ibid.*, lib. III, tit. XLI.
[6] *Decretal.*, lib. III, tit. II, c. 8.
[7] « Differencia inter cessationem et interdictum. » Note marginale.
[8] *Decretal.*, lib. I, tit. XXXI, c. 15
[9] *Ibid.*, lib. I, tit. XVII, c. 10.

nem propositorum ad defensionem non admisit, si subsit veritas notorii, non retractabitur sentencia, pro hoc quod in notoriis sola veritas attenditur.

LXII. De cautela adhibenda ab advocatis in electionibus.

Experimento comperi, quod in electionibus se partem facere, hoc est se quodam modo a beneficio electionis excludere. Unde qui ad hoc tendit, partem non faciat, nec compromissum intret, ne aliquem offendat. Cautelam vidi, quod de parte una nominabatur unus de alia, ut forte parte nominati non consenciente, offensus nominatus cum suis accerseret alteri. Tum ex parte nominantis debet esse quidam alius qui, parte nominati consenciente, discordet, cum hoc intentionaliter non agatur. Ubi inter eligentes sunt partes divise, una major, alia minor, nullam utilitatem video quod pars minor se dividat plures eligendo. Sed si major pars se diviserit, et plures eligerit (*sic*); si inter electos est unus ydoneus, ex parte minori nunquam, quantumcumque electus suus sit sanus, procedatur ad electionem que non habet majorem totius, nec potest dici major, id est sanior, habita comparatione ad electos; sed iterum fiat scrutinium, donec forte major pars descenderit ad indignum; tunc prevalet (*sic*) electio facta a minori parte de persona ydonea, electioni majoris partis facte de indigno, dum cum uno contextu ambe fiant, et minor pars sit major saltem tercia. Appellationes formare generaliter periculosum non est; specialiter contra certam personam, periculosum est, quia forma constitucionis : *Ut circa,* dura est, et difficilis. Item quia pars avertitur et admonetur de viciis suis, et tunc forte decurrit ad aliam personam sanam. Item quia oportet apellantem persequi, et si non persequatur, aut non probet omnia et singula, incidit in constitucionem : *Statuimus* Innocencii quarti; et tamen omnia eque sunt salva per viam exceptionis, vel aliam.

LXIII. Utrum vocati per regem debent habere duo procuratoria, unum ad referendum, alterum ad concordandum; et quod rex primo suum expensum debet, et postmodum alios, requirere; et que (*sic*) melior est contributio per modum mutui

quia magis voluntaria; et utrum ecclesie possunt juvare regem de propriis bonis ecclesie.

Apud Viletam (?) fuit concordatum quod duo portarentur procuratoria, primum ad audiendum et referendum; et primo sustineretur si posset transire; et tunc bene quidem, si non exiberetur aliud secundum formam vocationis, ad concordandum et consenciendum, si opus esset; et haberentur littere ab archiepiscopo si fieri posset, quod istud in aliis non cederet nobis ad prejudicium; et si non possent haberi, tamen ita debet fieri, quia causa inserta in convocatione, seu citacione, erat sufficiens ad hoc faciendum. Preterea fuit concordatum quod non tenemur contribuere quotam ad presens, quia si sit eciam in presenti necessitas defensionis, quod estimare regis est indubitanter, ad quem cura regni principaliter pertinet, non tamen est necessitas contributionis; quia res primo suas, postea suorum, ponere debet; quod adhuc factum non est. Et postea debet fieri secundum quod continetur *Extra. de immunitate ecclesiarum, c. non minus, et c. adversus*[1]. Secundo querebatur, supposito quod non teneatur, numquid possumus? Certum est quod non, de quota. Quid de mutuo? Concordatum fuit quod non possumus de magno mutuo, ne fraus fiat; quia in magno mutuo ledi possent ecclesie, cui lesioni voluerunt predicta jura obviare. Sed consensum fuit de modico. Modicum intelligo ex quo non multum gravaretur ecclesia..... Et est sciendum quod pocius descenditur ad mutuum, quam ad contributionem de quota, quia magis sonat in gratuitum factum, ut ad consequenciam non trahatur.

LXIV. Differencia inter jura possessa in tercium, et inter adversarium, et de glossa Hostiensis *in c. auditis, de prescriptionibus, Extra.*

In questione ecclesie S. Crucis cameratonensis (*sic*), propter glosam Hostiensis que dicit, quod in juribus que possidentur in illis qui adversantur, quod non potest procedere prescriptio libertatis, nisi tercius illa jura prescribat in ipsis, et sic per consequens videretur contra ec-

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. XLIX, c. 6 et 7.

Digitized by Google

clesiam S. Crucis; respondeo hoc esse verum ubi jura possidentur in aliis que de jure communi possessori debentur. Secus si non debentur de jure communi. Sic loquitur *c. cum ex officii* [1]. Responsio fuit quod que ex prescriptione debentur, non extenduntur ultra quam usum fuerit, potissime quia extencio esset onerosa ecclesie; ut *Extra. de prescriptionibus, c. auditis* [2]. Preterea quia illa que veudicat decanus possidentur et exercentur per alios; *ff. de acquirenda possessione, l. quod meo,* §. *fin.* [3] Preterea quod singulariter faciunt, non facit capitulum : Host. *in c. irrefragabili* [4]. ar. §. *Inanimitur* (sic).

LXV. Numquid propter dignitatem adeptam retineat quis canonicatum sine quo dignitas esse non potest?

Ad questionem magistri Petri de Verson, quod per dignitatem quam erat adeptus retineat canonicatum sine quo dignitas haberi non poterat, non obstante revocatione facta per papam Bonefacium, arguit *Extra. de prescriptionibus, c. ad audienciam* [5]; *ff. quemadmodum servitutes amittuntur, l. si communem* [6].

LXVI. Clericus diu portans tonsuram presumitur eam ab episcopo recepisse.

In questione domini H. de Hans, jura sunt expressa *in Auth. de sanctissimis episcopis,* §. *si servus* [7]. Sed jura illa supponunt ordinationem seu tonsurationem factam per episcopum. Sed si dubitetur, idem dicerem propter diuturnam pacienciam. *C. de peticione hereditatis, l. si filius* [8]; *ff. de adoptionibus, post mortem* [9]. De minore tempore x annis, posset esse dubium.

LXVII. Utrum judex qui potest proferre sentenciam ex qua sequitur infamia, possit ex quadam consequentia dispensare.

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVI, c. 16.
[2] *Ibid.*, c. 15.
[3] *Digest.*, lib. XLI, tit. II, l. 18.
[4] *Decretal.*, lib. I, tit. XXII, c. 13.
[5] *Ibid.*, lib. II, tit. XXVI, c. 13.
[6] *Digest.*, lib. VIII, tit. VI, l. 10.
[7] *Auth.*, coll. IX, tit. VI, novell. 123, c. 17.
[8] *Cod.*, lib. III, tit. XXXI, l. 10.
[9] *Digest.*, lib. I, tit. VII, l. 25.

Digitized by Google

Pro causa canonici regularis Sanctorum Omnium in Insula, [dico?] quod judex qui potest in sententiam ex qua sequitur infamia, possit ex quadam conversia [*sic*, consequencia?] in infamiam, licet principaliter super ea dispensare non posset. *ff. de postulando, l.* 1, §. *de qua*[1], cum adminiculo *l. ff. ad Turpillianum, lege prima*[2].

LXVIII. Utrum pena semel commissa, iterum possit committi, et utrum succedit loco rei, ex quo constet latere committatur.

In compromisso, pena apponita (*sic*) semel commissa, amplius non potest commitri (*sic*), nullus [*sic*, nisi?] fuit dictum in compromisso quod pluries committatur; et hoc est verum, neque ex uno latere, neque ex aliò; quia pena est mera pena, et debetur propter contemptum, nec succedit loco rei; quod esset, si pena commissa ex uno latere, alter repromittencium haberet necesse parere, vel penam committere.

LXIX. Utrum in criminibus fama cum confessione ad probacionem sufficiat; et utrum sufficiat probare sponsalia una, et confessionem aliorum, ad hoc quod aliquis probetur bina sponsalia contraxisse; et que sit fallacia: Iste canis est tuus, et est pater, ergo est tuus pater; et potuit esse quod recognovit ad unum finem, et ad alium finem tenditur.

In causa Guillelmi le Juif, [dico?] quod fama cum confessione non probat in criminibus, quia talia sunt odiosa, et magis sunt artande probationes, quam laxande. *Extra. de testibus, veniens* in glosa[3]; *ff. de hiis qui notantur infamia, l. Lucius* in glosa[4]; *Extra. de accusationibus, super hiis* in glosa Innocen.[5]..... Nec obstat quod dicitur de usurario manifesto, quod probatur per famam et amminicula, quia ibi speciale; et est ratio specialitatis quia illi consueverunt talia occultare. Nec sequitur: Talis recognovit sponsalia certa, probata sunt alia sponsalia contra eum, ergo recognovit bina sponsalia; cum enim fallacia acciderent, sicut hic: Iste canis est tuus, et est pater;

[1] *Digest.*, lib. III, tit. I, l. I, §. 10.
[2] *Ibid.*, lib. XLVIII, tit. XVI, l. I.
[3] *Decretal.*, lib. II, tit. XX, c. 10 et 38.
[4] *Digest.*, lib. III, tit. II, l. 21.
[5] *Decretal.*, lib. V, tit. I, c. 16.

ergo tuus pater; quia primo recognovit ut forte pararet probationem.... quantum ad causam matrimonii, non quantum ad delictum (*?*).

LXX. Utrum dilacio facta per judicem alteri imputetur, et utrum michi imputetur dilacio in qua consensi; item plus operatur conssensus sine protestacione, quam pacientia.

In causa magistri Guillelmi de Avesnes, respondi quod magister J. de Marli sub nomine fructuum, nullam peticionem habebat, quia solum debentur fructus residentibus vere, vel ficte, per consuetudinem ecclesie, ex quo non recedit [*sic*, resedit?]. Arg. *ff. de usu le.* (sic) *l. si usufructus mihi* [1]. Item nec sub nomine expensarum, quia iste expense facte fuerunt magis per judicem qui retulit negocium, quam per partem; et quia juris erat questio et dubitabilis, arguit *ff. de judiciis, eum quem temere.* §. 1 [2]; *de hiis qui ut indignis, l. post legatum* [3]; *de legatis II. qui solidum.* §. *etiam* [4]. Item, licet videretur ostare *l. ff. si certum petetur, l. si et me et Ticium* [5], quia de eo quod debebatur magistro J., pervenit ad ipsum G.; respondeo quia non erant fructus sui, nec sibi debiti, ex quo non residerat (*sic*). Nec debentur ut interesse, quia ex quo partes consenserant, non videbatur injuriosa seu injusta dilatio; et propter solam injustam dilationem tenentur ad interesse..... Item conssensus sine protestatione habet juris sui tacitam remissionem, licet non sola paciencia; *ff. quibus modis pignus vel ypotheca solvitur, l. si debitor,* §. *si in vendicione, et l. sicut,* §. *non videtur* [6]; que per hoc, licet videantur contraria, possunt solvi.

LXXI. Utrum propositum factum de revocatione mandati ex quo agitur, post publicationem testium admittatur.

In causa militis de Flandria, post actestationem publicam fuit propositum factum de revocatione mandati, re integra. Videbatur directo contrarium quod non compaciebatur intencionem militis de sponsali-

[1] *Digest.*, lib. VII, tit. II, l. 9.
[2] *Ibid.*, lib. V, tit. I, l. 79.
[3] *Ibid.*, lib. XXXIV, tit. II, l. 5.
[4] *Ibid.*, lib. XXXI, tit. I, l. 78, §. 2.
[5] *Digest.*, lib. XII, tit. I, l. 32.
[6] *Ibid.*, lib. XX, tit. VI, l. 4, §. 1, et l. 8, §. 15.

Digitized by Google

bus contractis per nuncium, seu mandatum, sicut alias dicebatur de contractu in scriptis. Ad oppositum movebar per ea que notantur *in c. fraternitatis* secundum Innocencium [1]; *et per c. Extra. de prescriptionibus, c. auditis* [2].

LXXII. Utrum judices delegati possint sentenciam ordinarii relaxare; et utrum appellandum sit si judices delegati decernant satisfactum competenter, nisi non est; et utrum injuria habeat aliquociens in se offensam, et que proprie dicitur injuria, et que offensa.

In negocio de satisfactione laudunensis ecclesie, primo videbatur nobis quod delegati judices non possent sentenciam episcopi relaxare. Juxta hoc, si delegati arbitrarentur satisfactionem esse competentem que non esset competens, consilium esset quod a tali decreto episcopus appellaret, ne susposita satisfactione competenti, propter unitatem cause episcopus non posset denegare relaxationem suarum sentenciarum. Postmodum audivimus quod papa sentencias episcopi ex certa sciencia confirmaverat; per quod ad ipsum videtur advocatum negocium; et tunc diximus contrarium: scilicet quod delegati sentencias episcopi poterant relaxare. Secundo diximus quod honestum erat, quod episcopus et capitulum simul essent in peticione satisfactionis; et tamen altero omittente, alter potest petere satisfactionem, et quilibet eorum potest in solidum petere. Sed quod dabitur nomine satisfactionis, dividetur inter eos, prout cujusque interercrit; sicut dicitur in servitutibus, et aliis individuis juribus. Tercio dico quod nomen injurie, stricte sumptum, respicit contumeliam; nomen offense, prejudicium reale. Sed est interdum injuria simplex, et in illa, seu satisfactione illius, habetur solum racio estimationis contumelie. Est interdum injuria pregnans, que continet offensam, et in ista, seu satisfactione ejus, debet haberi ratio expensarum et dampnorum; et idem in offensa. Primo hoc ratio suadet, etsi juris, etc, Exemplum : Quod si pauper clericus verberetur, rumpantur vestes, frangantur brachia; et redda-

[1] *Decretal.*, lib. IV, tit. XV, c. 6.

[2] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVI, c. 15.

tur prorsus inutilis, iniquum esset solam contumeliam estimare in satisfactione. Secundo quia hoc notant Hosticnsis in apparatu et summa, et Innocencius. Preterea casus est capituli, ut videtur : *Extra. de injura. c. olim* [1]. De tercio intelligo quod illa verba : Secundum morem, etc., intelligantur conditionaliter. Preterea quod intelligatur de more et consuetudine que est jus. Tunc dico quod in prejudicium eciam singularis persone, et sui juris singularis, potest induci consuetudo. Si vero de taxanda emenda injurie facte ecclesie, dico quod nisi taxatio sit consona arbitrio boni viri, vel saltem proxima, non valet quod esset in prejudicium ecclesie, et immunitatis sue, et honoris sui. Preterea quia per hoc invitarentur mali et pernitiosi ad injuriandum ecclesie. Item recole quod in dubio satisfactionis, etc. Satisfiet tamen ante omnia de quo videbitur delegato; de reliquo satis (?) dabitur; et caveat delegatus, ne fingat dubium quod potest esse certum. Pro eo quod supra dictum est de dampnis et expensis, facit xx^a^ iii^a^ *questio* (sic), *octava causa*, (sic) *si quis membrorum, et c. pessimam* [2].

LXXIII. Utrum rex habeat cognitionem in causa ipsum et comitem Flandrie tangente.

In negocio regis et comitis Flandrie, reputavi arrestum bonum quod rex debet habere primum judicium; scilicet qui cognitionem et jurisdictionem haberet, eo quod rex est judex simpliciter, et generaliter, sine contestacione, et determinatione, et restrictione. Et hoc est verum, si partem non faceret. Sed quia faciebat partem, nec ipse judex erat competens, nec pares; sed ipse judices dare debebat.

LXXIV. Utrum communitas possit denunciare episcopum super hoc quod corpora, nisi data pecunia, sepeliri non permittit, apud metropolitanum, vel sedem apostolicam; et quid faciet metropolitanus super hoc informatus.

Communitas, seu civitas, per sindicum suum potest denunciare epi-

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. xxxvi, c. 7.
[2] *Decret.*, part. ii, c. xxiii, q. viii, c. 31 et 32.

scopum suum avaricie et extortioni deditum, vel accusare apud summum pontificem ad finem deposicionis, vel suspensionis ab amministratione, qui episcopus sine deletu cives illius civitatis mortuos quibus communicatum erat vivis, ut catholicis et fidelibus, impedit in suis sepulturis, et exacta peccunia, statim ab impedimento desistit; quamvis inhibitioni episcopi in tali casu non sit parendum, quia hujusmodi factum moram non capit commodam, et communitatis interest ne depauperentur cives, et propter scandalum, et quia similia in similibus casibus pertimescunt, et propter fetorem cadaverum, et appellare possunt, et posset et deberet appellatio adhiberi a curatis parrochialibus. Potest eciam et debet [remedium apponere?] metropolitanus informatus de malicia episcopi, quod, non expectata morte civium, faciat eos usurarios manifestos; et decernat quod si non hoc fecerit, non esse hujus[modi] inhibicioni parendum.

LXXV. Utrum clericus in causa reconvencionis civili respondere teneatur.

Clericus in causa reconventionis, in causa civili, seu peccuniaria, respondere tenetur; aliter denegabitur sibi audiencia.

LXXVI. Utrum episcopus requisitus teneatur monere clericos, quod desistant mercatura; et si non faciat, utrum communitas propter hoc poterit appellare.

Episcopus requisitus a communitate, tenetur monere clericos mercatores quod ipsi desistant, alioquin a communitate poterit appellari; quia interest civium, quod via sibi aperiatur ad collectanda et tallianda bona que de natura sua, potissime racione mercature, sunt de jurisdictione sua.

Vers 1284. LXXVII. Peticio in causa appellacionis a confirmacione electionis, et notula facta super assignacione diei post petitionem.

Coram vobis reverendo patre domino remensi archiepiscopo, proponit et dicit *Talis* procurator religiosi viri domini E. monachi S. Gisleni ordinis S. Benedicti, cameracensis diocesis, ac eciam electi

ejusdem monachi [*sic*, monasterii?], quod cum vacante dico [*sic*, dicto?] monasterio per mortem bone memorie domini *Talis* quondam ipsius monasterii abbatis, dictus dominus et (*sic*) fuisset in abbatem ejusdem monasterii electus per electionem canonice et concorditer celebratam, videlicet per viam compromissi, seu commissi, secundum quod tam de jure, quam de consuetudine dicti monasterii, fieri poterat et debebat, omnibusque adhibitis solemnitatibus que tam de jure, quam de consuetudine, adhiberi debebant, et dicta electio reverendo patri domino cameracensi episcopo ordinario loci ejusdem, ex parte dicti electi et conventus dicti monasterii, esset canonice presentata, supplicatumque fuisset eidem episcopo ut dictam electionem sic canonice et concorditer, ut dictum est, celebratam, confirmaret, et predictum E. in abbatem dicti monasterii prefigeret; idem tamen episcopus latet [*sic*, licet?] cum debita instancia, tam ex parte domini electi, quam ex parte conventus dicti monasterii, humiliter requisitus, eamdem electionem confirmare, sine causa racionabili, recusavit, et ipsam electionem minus juste contra jus et justiciam reprobavit; eam, juris ordine in omnibus pretermisso, irritam, nullam fore et inanem, sentencialiter pronunciando; nec hiis contentus de domino R. monacho predicto monasterio S. Gisleni, ex arrupto, et sine cause cognitione, de facto cum de jure non posset, providi [*sic*, providit?], ipsum R. in abbatem dicti monasterii prefigendo; propter que procurator ipsius electi ad vestram audienciam appellavit, unde supplicat idem procurator, nomine procuratorio ipsius domini E., et pro ipso, dictam appellationem per vos legitimam pronunciari, et processum dicti episcopi cameracensis per vos cessari [*sic*, cassari?]; et processu suo sic cassato non obstante, petit et supplicat idem procurator, nomine quo supra, provisionem predictam de dicto R. factam, de facto et [*sic*, per?] vos irritam nunciari, et electionem predictam de domino E. canonice et concorditer factam per vos, et auctoritate vestra, sentencialiter confirmari.

Et nos P. miseracione divina archiepiscopus remensis, diem assignamus coram nobis Remis, vel coram subdelegatis a nobis, procuratori venerabilis fratris nostri J. Dei gracia cameracensis episcopi, qui dicit ipsius episcopi interesse contra dictum dominum E., seu ejus pro-

curatorem, ad deliberandum super hiis, et ad procedendum ulterius, ut jus erit, ad *talem* diem; et confessus est coram nobis dictus procurator episcopi cameracensis, appellatum esse saltem de facto, et facta est ei copia appellationis, citationis, et procuratorii procuratoris partis adverse. Datum, etc.

Vers 1284 LXXVIII. Inhibicio facta ob [*sic*, ab?] archiepiscopo..... ne lite et causa [pendentibus, aliquid innovetur?].

P. miseratione divina archiepiscopus remensis, universis et singulis decanis Christianitatis, presbiteris in civitate et diochesi cameracensibus constitutis, ad quos presentes lictere pervenerint, salutem in Domino. Cum in causa appellationis ad audienciam nostram interjecte ex parte religiosi viri domini E. monachi.... S. Gisleni ordinis S. Benedicti, cameracensis diocesis, ac electi in abbatem ipsius monitionis [*sic*, monasterii?], ab audiencia venerabilis fratris nostri episcopi cameracensis, et contra ipsum episcopum, et omnes alios qui sua crediderint interesse, appellatum sit, saltem de facto, prout nobis constat per confessionem procuratoris dicti episcopi, qui sua dicit et credit interesse; et lite et causa pendentibus coram nobis, ut dictum est, nichil sit atemptandum, innovandum, seu eciam mutandum, vobis omnibus et singulis precipiendo mandamus, sub pena suspensionis, cum nobis liceat in hoc casu, quatinus ex parte nostra inhibeatis omnibus et singulis de quibus a latore presencium fueritis requisiti, ne lite et causa hujusmodi pendentibus coram nobis, aliquid actemptent, innovent, vel immutent quod sit in prejudicium jurisdictionis nostre, et dicti electi prejudicium et gravamen. Alter vestrum alium non expectet, et quid inde feceritis, etc. Datum.

Vers 1284. LXXIX. Commissio cognicionis cause appellacionis facta ab archiepiscopo suis officialibus.

P. miseratione divina remensis archiepiscopus, dilectis officialibus suis remensibus, salutem in Domino. Quoniam pluribus arduis negociis impediti, cognitioni cause appellationis quam dominus E. monachus et electus monasterii S. Gisleni ordinis S. Benedicti, cameracensis

Digitized by Google

diocesis, movet, aut movere intendit coram nobis, contra venerabilem fratrem nostrum J. Dei gracia cameracensem episcopum, ad presens vacare commode non valemus, vobis et vestrum cuilibet committimus vices nostras, donec eas duxerimus revocandas. Datum, etc.

LXXX. Littere de *minus juste* pro revocanda cessatione seu interdicto. Vers 1291 (?)

Magistri Rufinus, etc. Vir nobilis Johannes, comes hanoniensis, sua nobis cumquestione monstravit, quod vir venerabilis officialis cameracensis, in ecclesiis et villis Montensi et Valenthensi, in ea parte que est cameracensis diocesis, et in villa de Carceto, sitis in commitatu predicto, sine causa rationabili, nulla competenti monitione premissa, contra statuta concilii generalis, mandavit et fecit a divinis cessari, et eas ecclesiastico supposuit interdicto, in ipsius comitis, cujus intererat premissa facta non esse, prejudicium, injuriam et gravamen; quare nobis procurator ipsius comitis, procuratorio nomine ipsius, et pro ipso, humiliter cum debita instancia supplicavit, ut predictam cessationem, seu interdictum revocaremus (?), et in forma ecclesie relaxari faceremus. Hinc est quod vobis, auctoritate curie remensis precipiendo mandamus, quatinus ad dictum officialem personaliter accedentes, ipsum diligenter et sub competenti testimonio moneatis, ut infra octo dies post monicionem vestram, predictam cessationem et interdictum in forma ecclesie revocet, et relaxet, alioquin vos auctoritate nostra eadem revocetis, nisi de forma ecclesie questio referatur; que si forte relata fuerit, vos ad revocationem seu relaxationem hujusmodi nullatenus procedatis cessationis seu interdicti; sed diem competentem et peremptorium Remis, coram nobis, predictis officiali et comiti prefigatis, ad procedendum super premissis, et aliis, prout de jure fuerit faciendum; ita tamen quod dictus terminus, seu diei assignatio, contineat spacium XII dierum ad minus. Hec autem sub pena suspensionis vobis committimus fideliter excquenda, ita quod unus vestrum, alium, vel alios, non expectat, cum hoc nobis liceat in hoc casu..... Quid inde feceritis, etc.

Digitized by Google

LXXXI. Littera testimonialis annexa littere que nondum fuit sigillata; [*seu :*] Littere facte super sigillo apposito post vacationem.

Officiales remenses, universis presentes litteras visuris, in Domino salutem. Cum littera cui presens sigillum curie remensis est appensum, sigillo curie sedis metropolitane remensis vacantis non fuerit sigillata, nos eidem littere sigillum curie remensis fecimus apponi; decernentes, et volentes, quod eamdem vim et auctoritatem optineat, ac si esset sigillo curie sedis predicte sigillata. Datum, etc. — Vel sic :

Universis, etc. Noveritis quod cum littere quibus presens cedula est infixa, confecte fuerint in curia sedis remensis vacantis, sigillo ejusdem curie minime sigillate, nos eisdem litteris sigillum curie remensis duximus apponendum, decernentes dictas litteras idem robur firmitatis optinere quod haberent, si sigillo dicte sedis fuissent sigillate. Datum.

LXXXII. Absolutio ad cautelam testium quousque juraverint et deposuerint.

Universis, etc. Notum facimus universis, quod nos omnes testes quos Ticius producere voluerit coram *Tali* tabellione curie remensis, contra Seium, in causa appellationis de qua agitur inter ipsos in curia remensi, antequam juraverint et deposuerint in dicta causa, absolvimus, quousque juraverint et deposuerint in causa appellationis predicta, prout in mandatis curie remensis litteris presentes [*sic,* presentibus?] annexe [*sic,* annexis?] continetur. Datum.

LXXXIII. Installatio episcopi vel abbatis facta ab officiali archidiaconi.

In ingressu ecclesie, ita dicet officialis, si archidiaconus non fuerit presens : « Pater venerande, ego officialis *Talis* domini archidiaconi, vice et « nomine ipsius archidiaconi, auctoritate remensis ecclesiæ, introduco te « in istam ecclesiam. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, amen. » Et tunc debet respondere idem episcopus, vel abbas : « Deo gracias. » Postea vadant simul episcopus, vel abbas, et officialis, ad cordas campanarum; et ipse officialis accipit cordam, et ponit eamdem in dextera

Digitized by Google

manu episcopi, vel abbatis, dicens : « Pater venerande, ego officialis « domini archidiaconi, vice et nomine ipsius archidiaconi, auctoritate « remensis ecclesie, mitto te in possessionem hujusmodi ecclesie corpora- « lem. » Et tunc idem episcopus, vel abbas, pulsat campanam. Et tunc va- dit idem episcopus, vel abbas, ante majus altare, et facta oratione privata ab ipso episcopo, vel abbate, et osculato altari, accipit ipse officialis dictum episcopum, vel abbatem, et ducit eum ad sedem suam, in cathedra que est justa (*sic*) altare a dextris, dicens : « Reverende Pater, « ego officialis domini archidiaconi, vice et nomine ejusdem archidia- « coni, auctoritate ecclesie remensis, assigno tibi sedem istam, po- « nens te in eam, in qua prodesse pocius quam preesse tibi concedat « omnipotens pius et misericors Dominus, amen. » Tunc incipit idem officialis alta voce : « Te Deum laudamus. » Quo decantato dicit idem officialis : « Kyrie eleison, » ter, « Pater noster; et ne nos inducas, etc. « Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu. Laudemus, etc. « Post partum, Virgo, inviolata permansisti, Dei genitrix, etc. Omnes « Sancti, intercedite pro nobis. Salvum fac servum tuum, Deus, etc. « Oremus, pretende, Domine, super hunc famulum tuum, et super « congregationem cunctam sibi commissam, spem gracie salutaris, et ut « in veritate tibi complaceant perpetuum eis rorem benedictionis in- « funde, per Dominum, etc. » Et oratione finita, idem episcopus, vel abbas, debet dare benedictionem suam circonstantibus. Qua data, induit se vestibus ad missam celebrandam, et eam celebrat. Orationibus fac- tis, debet venire dictus officialis ad episcopum, vel abbatem, et petere ab eo juxta piam et laudabilem consuetudinem, et diu optentam, ex- pensas factas ab ipso officiali, et mercedes equorum si quos conduxit eundo, morando, et redeundo. Et debet habere dictus archidiaconus pallefridum dicti abbatis quem equitabit quando intrabit villam, vel valorem decem librarum parisiensium; et officialis, vel ille qui dictum abbatem vice dicti archidiaconi installaverit, debet habere unam mar- cam argenti, vel quadraginta solidos parisienses.

LXXXIV. Commissio archiepiscopi facta officialibus pro forma pauperum exequenda. Vers 1286.

Petrus miseracione divina remensis archiepiscopus, dilectis nostris

Digitized by Google

officialibus remensibus, salutem in Domino. Noveritis nos litteras domini pape inferius annotatas vidisse, recepisse, et diligenter inspexisse, tenorem qui sequitur continentes :

Honorius, etc. (et ponatur totus tenor dicte littere de verbo ad verbum).

Quia nos igitur pluribus magnis et arduis negociis prepediti, persecutioni (*sic*) negocii predicte provisionis, dicto R. pauperi clerico, ut dictum est, faciende, vacare ad presens non possumus, vobis et cuilibet vestrum in ipso provisionis negocio vices nostras committimus, donec eas duxerimus revocandas; vobis auctoritate predicta mandantes quatinus in dicto provisionis negocio, loco nostri, jure previo, procedatis juxta traditam et cede [*sic*, a sede?] apostolica nobis formam. In executione autem hujus mandati unus vestrum alium non expectet. Datum.

Vers 1286. LXXXV. Mandato (*sic*) de citanto (*sic*) decanum et capellanum [*sic*, capitulum?] ad videndum inquisitionem faciendam super premissis; [*vel :*] Citacio facta ad videndum fieri inquisicionem super vita et conversatione.

Officiales remenses vices gerentes in hac parte remensis archiepiscopi, judicis seu executoris a domino papa dati Roberto de Fimeis pauperi clerico, super provisione sibi facienda de beneficio ecclesiastico competenti, cum cura, vel sine cura, spectante ad collationem vel presentationem decani et capituli B. Marie, communiter, si quod in civitate vel diocesi remensibus vacat ad presens, vel quam cito ad id optulerit se facultas, dilecto suo registrifero curie remensis, et omnibus clericis ejusdem curie notariis, salutem in Domino. Cum sanctissimus pater dominus H. summus pontifex, prefatum R. clericum remensis diocesis examinari fecerit, per examinatorem ab ipso domino papa deputatum, super litteratura, et in illa convenienter inventus sit ydoneus ad ecclesiasticum beneficium optinendum, ut asseritur in predictis litteris papalibus prefato domino remensi directis, per quas, seu virtute quarum, eidem domino remensi datum est in mandatis ut de vita et conversacione ipsius clerici solerte inquirens, si eumdem clericum vite laudabilis et honeste conversacionis esse repe-

rerit, de competenti beneficio ecclesiastico, cum cura, vel sine cura, consueto ab olim clericis secularibus assignari, spectante ad collationem seu presentationem dominorum decani et capituli, si quod in civitate vel diocesi remensibus vacat ad presens, vel quam cito ad id se facultas optulerit, per se, vel per alium, seu alios, eidem procuraret, inducens ipsum R. clericum in corporalem possessionem ejusdem beneficii, et deffendens inductum, prout hec et alia in litteris domini pape vidimus contineri; dictusque dominus remensis nobis, et nostrum cuilibet, super dicto provisionis negocio commiserit vices suas, nos itaque in mandato dicti domini remensis, ministro (?) apostolico obedire volentes, et super vita, moribus et conversacione dicti R. clerici plenius informari, ut ad provisionem ipsius clerici, juxta formam litterarum apostolicarum predictarum, procedere valeamus, vobis, auctoritate predicta nobis in hac parte commissa, precipiendo mandamus quatinus ad dictos decanum et capitulum B. Marie accedentes, in pleno capitulo, et hora capituli, citent [*sic*, citetis?], prout fueritis requisiti, peremptorie coram nobis dictos decanum et capitulum, contra dictum R. clericum, ad *talem* diem, ad Primam, ut dictis die et hora, per se, vel per procuratores sufficientes, compareant ad videndum inquisitionem quam intendimus facere super vita et conversatione ipsius clerici, et ad videndum testes jurare quos dictus R. intendit producere dicta die, coram nobis, ad perhibendum testimonium veritati, super negocio dicte inquisitionis; ut liberam dicendi in testes, et dicta testium, hanc [*sic*, habeant?] facultatem, et ad proponendum quicquid voluerint contra personam dicti clerici, et contra dictos testes, seu inquisitionem de dicto clerico faciendam, et contra litteras domini pape, et ad procedendum ulterius in negocio dicte provisionis, ut jus erit; intimantes dictis decano et capitulo, ex parte nostra, quod sive dicta [die?] venerint, sive non, nos nichilominus ad dictam inquisitionem, et in negocio provisionis dicti clerici, prout justum fuerit, procedemus; et quid inde feceritis nobis, etc. Datum.

LXXXVI. Inhibicio facta ne aliquid attemptetur contra impetrantem auctoritate apostolica; [*vél:*] Citatio facta secundum premissa. Vers 1286.

Universis presentes licteras inspecturis, officiales remenses, vices gerentes in hac parte domini remensis archiepiscopi, judicis seu executoris a domino papa dati Roberto de Fimeis clerico pauperi, super provisione sibi facienda de beneficio ecclesiastico competenti, cum cura, vel sine cura,, spectante ad collationem vel presentationem decani et capituli B. Marie remensis communiter, si quod in civitate vel diocesi remensibus vacat ad presens, vel quam cito ad id optulerit se facultas, salutem in Domino. Notum fieri volumus universis, nos litteras summi pontificis domini Honorii pape, inferius annotatas, vidisse, et diligenter inspexisse, tenorem qui sequitur continentes :

Honorius, etc. (De verbo ad verbum, usque ad finem).

Cum igitur prefatus dominus remensis super dicto provisionis negocio nobis, et cuilibet nostrum, vices suas commiserit, mandans per suas litteras, et precipiens, ut nos in ipso negocio, loco sui, procederemus, juxta traditam ab apostolica sede formam, nos magister Rufinus, canonicus et officialis remensis, dicto mandato apostolico obedire volentes, accessimus personaliter ad dictam ecclesiam B. Marie remensis, in capitulo, hora capituli, et citavimus viva voce dictos decanum et capitulum contra dictum R. clericum ad feriam sextam, ad Primam [*sic*, horam?] *talem*, ut dictis die et hora sufficienter comparant (*sic*), coram nobis, Remis, ad videndum inquisitionem quam intendimus facere de ipso R. clerico, super vita et conversacione ipsius clerici, et ad videndum testes jurare quos idem clericus intendit producere coram nobis ad perhibendum testimonium veritati, super vita, moribus, et conversatione dicti R. clerici, et ad dicendum et proponendum quicquid proponere voluerint contra persouam dicti clerici, et contra dictos testes, seu eorum dicta, necnon contra dictas litteras domini pape, et ad procedendum ulterius in dicto negocio provisionis ut jus erit, cum intimatione sibi competenter facta quod sive dicta die venerint, sive non, nos nichilominus super hiis, prout justum fuerit, procedemus. Et nos magister Ruffinus predictus, inhibuimus viva voce eisdem decano et capitulo, in dicto capitulo, ne aliquid attemptent, innovent, vel immutent, quod sit in prejudicium jurisdictionis nobis commisse, et dicti R. clerici gravamen aut dampnum; et hoc omnibus quorum interest significamus tenore presentium litterarum, quas in

testimonium premissorum fecimus sigillo remensis curie sigillari. Datum.

LXXXVII. Sic potest fieri mandatum de citando, et partem, et testes, super vita et conversatione. Vers 1286.

Officiales remenses, etc. *Talibus* decanis, salutem in Domino. Noveritis nos, anno *tali, tali* die, litteras domini pape recepisse tenorem qui sequitur continentes : Honorius, etc.

Inde est quod vobis, auctoritate predicta nobis in hac parte commissa, in virtute sancte obedientie, et sub pena suspensionis et excommunicacionis, precipimus et mandamus quatinus peremptorie citetis Remis, coram nobis, ad *talem* diem, dictos abbatem et conventum, contra dictum presbiterum, ad procedendum super premissis, et ea tangentibus, prout de jure, etc. Ad quam quidem diem, peremptorie, et personaliter, citetis omnes illos quos lator presencium vobis duxerit nominandos, usque ad sex, ad perhibendum testimonium veritati super vita et conversacione dicti presbiteri, et aliis in dictis litteris domini pape contentis, prout de jure, etc. Citantes insuper dictos abbatem et conventum, contra partem adversam, ad diem predictam Remis, coram nobis, visuros dictos testes jurare, cum intimatione, etc. Et quid inde, etc. Ita quod in premissis, etc.

LXXXVIII. Citatio ad videndum publicationem attestationum testium, et ad dicendum in testes, et dicta eorum. Vers 1286.

Officiales remenses subdelegati, etc., presbitero de Mosonnio, salutem in Domino. Auctoritate nobis commissa in hac parte, vobis precipiendo mandamus, quatinus citetis coram nobis, Remis, dictos abbatem et conventum, ad *talem* diem, visuros publicationem testium productorum ex parte dicti Thierrici, super vita et conversacione ipsius, nec non dicturos in dictorum testium dicta, et testes, si dicere voluerint, et contra dicti Thierrici personam ; et eciam ad procedendum in dicte provisionis negocio, prout de jure, etc. Cum intimatione, etc. Et quid inde, etc. Datum.

Digitized by Google

Vers 1286. LXXXIX. Nulla [*sic*, notula?] ad dicendum in testes, dicta eorum, in instrumenta, contra personam, et contra processum.

Coram vobis officialibus remensibus, judicibus seu executoribus subdelegatis, et reverendo patre domino P. Dei gracia remensi archiepiscopo, judice seu executore a domino papa dato, super provisione facienda Terrico de Brevet, pauperi presbitero treverensis diocesis, de beneficio ecclesiastico competenti, cum cura (*sic*).

XC. Bonum procuratorium, et breve, sine superfluis verbis.

Universis, etc. Noveritis quod coram fideli clerico curie remensis, ad hoc a nobis deputato, propter hoc personaliter constitutus Ticius, Gaium et Seium clericos exhibitores presencium suos fecit et constituit procuratores, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis in omnibus causis suis quas habet, et habiturus est, coram quibuscumque judicibus; dans eisdem procuratoribus potestatem et mandatum speciale prestandi et faciendi in animam ipsius Ticii cujuslibet generis juramentum, petendi et recipiendi expensas, si que sibi fuerint adjudicate, necnon et absolutionem suam, ac beneficium et integrum restitutionis, si opus fuerit, impetrandi, aliumque procuratorem loco sui substituendi, et alia faciendi que ipse facere posset si presens interesset; promittens pro dictis procuratoribus, et substitutis ab eis, vel eorum altero, si necesse fuerit, sub ypotheca rerum suarum, judicatum solvi. In cujus, etc. Datum.

XCI. Citatio a gravamine bona et brevis.

Magistri Ruffinus, etc., salutem. Ex parte *Talis* officialis, nobis est intimatum, quia, cum nos ad instanciam Poncini, *Tali* notario curie remensis dedissemus in mandatis, ut inquisita prius veritate, vocatis qui propter hoc forent evocandi, super eo quod idem officialis dicebatur detinere dictum P. carceri mancipatum in prejudicium jurisdictionis curie remensis, et occasione appellationis ipsius P. ad dictam curiam interjecte, moneret dictum officialem, ut dictum P. libere abire permitteret, et captionem predictam dicte curie mandaret; dic-

tus notarius, ipso officiali non vocato, nec super dicta captione confesso, fines mandati egredieus, et eo non servato, copiamque mandati predicti et monitionis denegans eidem, et excusationem ipsius officialis legitimam super captione predicta admittere recusans, licet sibi de premissis legitime non constaret, ipsum officialem occasione captionis predicte monuit ex arrupto, et injuste, sub comminatione procedendi contra eum; propter que (?) idem et (?) competenter ad remensem curiam appellavit; ideoque vobis in virtute obediencie, et sub pena suspensionis, precipiendo mandamus, quatinus dictum P. citetis peremptorie coram nobis, Remis, ad *talem* diem, dicto officiali super premissis, et ea contengentibus sufficienter responsurum; et si vobis constiterit appellatum esse de facto, etc. Et quid inde feceritis, etc. Ita quod in hiis, etc. Hoc autem mandatum sub pena predicta vobis committimus exequendum, cum idem officialis sit pars, nec eidem committere debeamus in hoc casu ut vos ad exequendum compellat. Datum.

XCII. Peticio a gravamine bona et brevis.

Supplicat vobis, dominis officialibus remensibus, officialis cathalaunensis, quatinus ipsum absolvatis ad cautelam, a sentencia excommunicationis lata in ipsum officialem, ad instanciam Poncini, per *Talem* executorem mixtum a vobis deputatum, cause cognitionem habentem, post apellationem ex parte dicti officialis ab audiencia dicti executoris ad remensem curiam legitime interjectam, cum dictus P. competenter responderit et confessus fuerit appellatum esse de facto ex parte dicti officialis ab audiencia dicti executoris ad dictam curiam remensem; dictusque officialis paratus sit super hoc stare juri, et facere quod fuerit faciendum. Datum.

XCIII. Supplicatio [*sic*, denuntiatio?] pro absolucione ad cautelam.

Magistri Ruffinus, etc., *Talibus*, salutem in Domino. Cum Ticius contra Seium ad remensem curiam appellaverit, ut dicit, et peticionem coram nobis ediderit in causa appellationis contra dictum Seium, ad quam ex parte dicti Seii responsum est appellatum esse de facto;

dictus Ticius, per procuratorem coram nobis comparens, in jure peciit et supplicavit humiliter eidem Ticio beneficium absolutionis ad cautelam impendi a nobis ab excommunicatione lata in eumdem T., ut asserit pars ejusdem, ad instanciam dicti S., post appellationem predictam ad remensem curiam interjectam, et occasione dicte appellationis, litis et cause. Dicto S. vocato ad hoc, et presente, qui nichil proposuit, nec proponere voluit contra dictum T., quominus deberet idem T. a nobis ad cautelam absolvi ab excommunicatione predicta; nos igitur in hac parte animarum periculis precavere volentes et earum providere saluti, dictum T., recepto prius ab ejus procuratore juramento de stando juri, et prosequendo appellationem predictam, eum ab excommunicationibus, si que late sint in ipsum T. post appellationem predictam, vel occasione appellationis predicte, absolvimus ad cautelam; ceteris excommunicationum sentenciis, si que in eumdem T. late sint, in suo robore duraturis. Hinc est, quod vobis auctoritate curie remensis precipiendo mandamus, quatinus dictum T. denuncietis, et denunciari faciatis, publice ad cautelam absolutum a nobis ab excommunicationibus antedictis; ceteris tamen excommunicationibus, si que in eumdem T. late sint, in suo robore duraturis. Et quid inde, etc. Ita quod in hiis, etc. Istud autem mandatum vobis sub pena suspensionis et excommunicationis committimus exequendum, cum id nobis liceat in hoc casu. Datum.

XCIV. Petitio uxoris contra maritum vergentem ad inopiam, ut habeat reportagium suum, et supplica ut decernatur sibi administracio bonorum.

Dicit Margareta contra Stephanum, quod dictus S. cum dicta M. contraxit matrimonium quod est inter eos consummatum. Item dicit quod dictus S. ob causam matrimonii predicti, ex parte dicte M. recepit et habuit *talem* summam peccunie. Item dicit quod dicta M. asportavit in maritagium cum dicto S. bona infra scripta : videlicet *talem* piecam terre, *talem* domum, *talia* mobilia; que bona dictus S. habuit et possedit, et adhuc habet, et possidet in causa predicta, nisi quatenus ea, vel eorum aliqua, consumpsit, vel alienavit; ad

quorum restitutionem eidem M. tenetur dictus S. secundum usus et consuetudines civitatis remensis, quibus reguntur et regi debent dicte partes, et secundum quos debet judicari in hoc casu. Item dicitur quod dictus S. vergit ad inopiam, rem suam male gessit, et gerit, labitur et lapsus est facultatibus suis, et ejus bona non sufficiunt ad restaurationem premissorum; et super hiis dictis conjugibus, et eorum liberis procreatis ab ipsis constante matrimonio inter eos, et eorum alimentis, imminet periculum. Quare petit et supplicat dicta M. dictum S. sibi ad hoc condempnari et compelli, ut dicta bona, pro ipsis conjugibus et eorum liberis educandis, et pro eorum alimentis habendis, et administrandis, dicta bona (*sic*) sibi restituat, quatenus facere potest, et prout tenetur, et administrationem bonorum ipsorum conjugum eidem S. a vobis interdici, et eidem M. pro se, marito suo, et liberis eorum educandis, et nutriendis, prout justum fuerit, decerni. Hec dicit, etc.

XCV. Littera que dicitur : *minus juste*, pro absolucione in forma ecclesie.

Magistri, etc. Sua nobis major et jurati laudunenses gravi conquestione monstrarunt, quod officialis laudunensis..... majorem et juratos, occasione Guillelmi quem dictus officialis asserebat esse clericum, cum ipse clericus non esset, sed laicus, et adhuc sit, et eumdem G. per eosdem majorem et juratos captum extitisse, captumque detineri suo carceri mancipatum, minus juste et contra statuta concilii generalis excommunicationis sententiam promulgavit, seu promulgari mandavit, et fecit; quare ex parte ipsorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsos ab excommunicatione predicta in forma ecclesie absolvere curaremus. Nos autem officiali predicto in hac parte deferre volentes, vobis auctoritate curie remensis precipiendo mandamus, quatinus ad ipsum officialem personaliter accedentes, vocatis coram vobis qui fuerunt evocandi, eumdem diligenter moneatis, ut dictos majorem et juratos ab excommunicatione predicta in forma ecclesie absolvat, et faciat absolutos nunciari, alioquin vos eosdem auctoritate curie remensis, vice nostra, absolvatis, et absolutos denuncietis, et

denunciari faciatis ubicumque necesse fuerit, et tociens quociens super hoc fuerint (*sic*) requisiti; nisi de forma ecclesie questio referatur. Que si relata fuerit, nullatenus absolvatis eosdem, sed diem peremptoriam et competentem dictis partibus, ad voluntatem latoris presencium, dum tamen dies citationis ejusdem in se contineat spacium XII dierum ad minus, assignetis coram nobis Remis, ad procedendum super premissis, et premissa tangentibus, prout justum fuerit, cum intimatione. Inhibentes nichilominus dicto G. officiali predicto, etc. Et quid inde, etc. Itaque ad hec exequenda, etc. Istud autem mandatum, etc. Datum.

XCVI. Peticio contra suffraganeum pro absolucione habenda in forma ecclesie.

Coram vobis, domine officialis remensis, proponunt major et jurati laudunenses, contra venerabilem virum officialem laudunensem, quod idem officialis, occasione Guillelmi, ipsos excommunicavit injuste, et contra statuta concilii generalis; unde cum dictus officialis, ex parte dictorum majoris et juratorum, et de mandato nostro competenter requisitus, ipsos absolvere in forma ecclesie recusaverit, indebite de forma ecclesie referens questionem, petunt a vobis dictam excommunicationis sentenciam in forma ecclesie relaxari, cum ipsi parati sint facere circa hec que fuerint facienda. Datum.

XCVII. Supplicatio ad idem.

Supplicat vobis, domini officiales remenses, R. se absolvi in forma ecclesie per vos a sentencia excommunicationis lata in ipsum minus juste, et contra statuta concilii generalis, per officialem cathalaunensem, cum idem officialis monitus competenter in [*sic*; ut?] ipsum et eadem forma absolveret, hoc facere recusaverit, indebite de forma referens questionem, et citatus sit coram vobis secundum tenorem mandati vestri processurus coram vobis contra dictum R. super premissis, prout in mandato vestro et rescriptione eidem annexa continetur; dictusque R. paratus sit ea facere que fieri debent et consueverunt in hoc casu. Datum.

Digitized by Goo

XCVIII. Manifesta offensa proposita contra dictam peticionem, seu supplicacionem.

Contra supplicationem majoris et juratorum laudunensium, in qua supplicant se absolvi a vobis, domini officiales remenses, in forma ecclesie, a sentencia excommunicationis lata in ipsos per officialem laudunensem, proponit dictus officialis, quod dicta supplicacio ad presens admicti non debet, pro eo quod dicti major et jurati excommunicati fuerunt, et sunt, per dictum officialem pro notoria et manifesta offensa; pro eo videlicet quod, cum ipsi major et jurati G. clericum, et in possessione, vel quasi, clericatus, et de jurisdictione ipsius officialis existentem, cepissent, seu capi fecissent, et eum detinerent suc prisonie mancipatum, et hec essent notoria et manifesta, et confiterentur (*sic*) a parte quod ipsum detinebant, ipsi competenter moniti et jussi auctoritate officialis predicti, ut eumdem G. eidem officiali exhiberent, hec facere contumaciter recusarunt. Quare officialis predictus, propter predicta notoria et manifesta, excommunicavit eosdem, et excommunicatos publice nunciari mandavit, et fecit. Propter que dicit eos non debere absolvi ab excommunicatione predicta, nisi prius super eo pro quo excommunicati sunt competentem prestiterint emendam officiali predicto, pro dicta manifesta offensa; et que in facto, etc. Datum.

XCIX. Lictera de annuo redditu empto ad vitam. 10 mars 1274.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis archidiaconi meldensis, gerens vices officialis meldensis sede vacante, de consuetudine approbata, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod major, scabini, jurati, totaque communitas communie meldensis, coram nobis propter hoc constituti, recognoverunt se debere, et promiserunt se reddituros Guillemino de Remis, singulis annis, quamdiu idem G. vitam in corpore suo habebit, in quocumque statu vel habitu fuerit, sive in religione, sive extra religionem, xx libras parisienses de annuo redditu; quem reditum dictus Guillelmus de vera et propria sorte sua, titulo legitime emptionis, ad petitionem et supplicationem majoris, scabinorum, juratorum, et tocius communitatis communie meldensis,

ac pro maxima utilitate communitatis communie meldensis, ab ipsis sollempniter et legitime comparuit (*sic*), precio sepcies xx librarum parisiensium; de quo precio recognoverunt dicti major, etc., ab ipso G. peccunia numerata, tradita ac soluta, sibi esse plenarie satisfactum. Que peccunia in utilitatem communitatis communie sue meldensis totaliter est conversa, videlicet in solutionem debitorum in quibus ipsi, et cómmunitas communie eorum meldensis, pluribus creditoribus sub usuris erant obligati, quibus aliter ita commode satisfieri non poterat, prout ipsi premissa coram nobis recognoverunt. Hunc autem redditum promiserunt se reddituros eidem G., vel ejus certo nuncio, singulis annis, quamdiu idem G. vitam in corpore suo habebit, die dominica qua cantatur : *Letare Jherusalem;* primo termino solutionis incipiente ab instanti die dominica qua cantatur : *Letare Jherusalem* proximo ventura, in annum, apud Remis, vel alibi, tam remote a villa in [*sic*, et?] civitate Meldensi, quam distat Remis [*sic*, Remi?] a dicta villa et civitate Meldensi, ubi dictus G. maluerit, loco certo super quo ex parte ipsius G. fuerint requisiti tempore competenti, bona fide, in terra pacis, in salvo tamen ac tuto loco, periculo et sumptibus eorumdem majoris, etc. Si vero monetam parisiensem apud Remis, vel apud Meldas, vel per Franciam cursum suum amittere contigerit, vel progressu temporis lege aut pondere contigerit pejorari, dicti major, etc., eidem G. reddent, et promiserunt se reddituros, dictum redditum xx librarum in peccunia illius monete que tunc current (*sic*) ad valorem monete parisiensis moderno tempore cursum suum habentis. Si autem prenominato G. predictum redditum non redderent, ut dictum est, quicquid custaret ei, quocumque modo, per defectum solutionis ipsorum, eidem G. redderent, et promiserunt se reddituros, cum redditu qui superius est vocatus [*sic*, notatus?]; et hoc per sacramentum ipsius G. probandum, sine alia probatione, seu taxacione, facienda. Et propter hec omnia, et singula, firmiter tenenda, et observanda, ipsi, omnes heredes et successores suos, omnes possessiones suas, et omnia bona sua presentia et futura, erga ipsum G., et erga eos ad quos ea res pertinebit, in abandonnum, in pignus et ypothecam posuerunt; ita siquidem quod si dicti major, etc., in solutione predicti redditus, vel parti [*sic*, partis?] ejusdem deficerent, omnia bona sua ubicumque invenirentur, capere

Digitized by

possint, seu capi facere, sasire (*sic*) et arrestare, et tandiu detinere absque forefacto, et eciam tantum de dictis bonis distrahere, quousque tam de redditu predicto, quam de sumptibus, expensis, et dampnis, eidem G. fuerit plenarie satisfactum. Totam vero predictam conventionem, sicut in presenti scripto continetur, juraverunt in fide data, promiserunt dicti major, etc., bona fide, sine fraude et dolo, observandam benigniter, ac spontanei, juramento interposito, et fide data firmiter promittentes quod neque per appellationem, neque per impetrationem, vel per supplicationem, seu per dilationem aliquam indultam et indulgendam a domino papa, vel a domino rege, seu quibuscumque personis, neque per previlegium, neque per exceptionem aliquam, per se, vel per alios, querent, vel queri facient, artem, vel ingenium, causam, vel materiam, vel instrumentum, per que dictus G., sive ille, vel illi cui, vel quibus, redditum predictum assignaverit, occasione conventionis predicte, aliquatenus molesteutur. Si vero in ipsos, seu per alios, aliquid quod premissis obviet, aut solutionem dicti redditus differat quoquo modo, per quod dictus G., sive ille, vel illi cui, vel quibus, redditum predictum assignaverit, possent molestari, esset impetratum, aut forte aliquando impetraretur, illi expresse renunciaverunt, et renunciant dicti major, etc., promittentes, juramento interposito et fide data, quod illo impetrato, seu impetrando, nullo modo utentur; et in hiis omnibus, et singulis, renunciaverunt expresse beneficio in integrum restitutionis, et divisionis, exceptioni non numerate peccunie, seu non solute, auxilio epistole divi Adriani, constitutioni de duobus reis, omnique juris et legis auxilio, tam canonici, quam civilis, omni consuetudini et statuto cujuslibet civitatis, castri, ville, vel loci, omnique exceptioni, ac constitutioni, et rei que possent obici contra presens instrumentum, vel factum. Si vero in civitate meldensi contigerit non esse communiam, vel ipsam communiam existere non solvendo, dicti major, scabini, jurati, singulique cives meldenses, ac burgenses de communitate communie meldensis existentes, nichilominus personas et successores eorum, et quemlibet eorum in solidum, et pro toto, ad dictum redditum eidem G., ut dictum est, reddendum, obligaverunt ad quemcumque locum amodo se diverterint; renunciantes omnes, et singuli, quantum ad premissa

spectat, beneficio divisionis. Si autem quartam istam amitti, corrumpi, vel pejorari, contigerit aliquo, quod absit, infortunio, et dictus G. per solam suam bonam veritatem probaverit ita sibi contigisse, ipsi ei equivalentem, et adeo legitimam cartam ejusdem tenoris, sigillatam sigillo dicti officialis archidiaconi meldensis, gerentis vices officialis meldensis, ut supra dictum est, vel sigillo ipsius officialis meldensis, infra quindenam postquam super hoc essent ex parte dicti G. requisiti, ipsi, vel ejus certo nuncio, redderent, et traderent, et promiserunt se reddituros; et ad hec omnia et singula premissa tenenda, et facienda, se suosque successores obligaverunt dicti major, etc.; promittentes jurando (*sic*) interponito (*sic*) et fide data, quod contra premissa, vel aliquid premissorum, per se, vel per alium, non venient in futurum, sed ea inviolabiliter observabunt, et tenebunt. Consenserunt eciam, et voluerunt expresse, quia dominus papa contractum presentem, et conventiones premissas, confirmet, et hoc eidem pape domino supplicabunt; promittentes eidem G., quod litteras eorum supplicatorias super confirmatione dicti contractus domino pape, si ab eodem G. super hoc fuerint requisiti, tradent, et promiserunt se tradituros patentes; sed in ferendo dictas litteras ad curiam, vel alibicumque, aut in procurando dictam confirmationem, nichil de suo expendere tenebuntur, sed totum negotium dictus G. ad sumptus suos, si velit, procuret. Sciendum est eciam, quod post decessum dicti G., dicti major, etc., ab ista conventione, et redditu isto, pariter quiti erunt, et liberati; dum tamen predicta conventio bene fuerit observata, et redditus predictus integre persolutus. Insuper recognoverunt dicti major, etc., quod ipsi domino G. super contractu presenti, et redditu, litteras sigillo eorum proprio tradiderant sigillatas. Voluerunt eciam, et consenserunt, quod curia dicti archidiaconi meldensis, seu curia meldensis, ad observationem dicti contractus, si, quod absit, ipsos contingeret deficere, per sentenciam excommunicationis compellat, et ad premissa omnia et singula firmiter observanda, ipsi expresse juridictioni curie dicti archidiaconi et curie meldensis, necnon et cujuslibet justicie ecclesiastice, seu eciam secularis, se supposuerunt spontanee. Nos autem attendentes utilitatem communitatis predicte in hoc esse, sicut predicti major, etc., coram nobis asseruerunt, et super hoc fidem nobis fecerunt juramento

suo, dictas conventiones ratas et firmas habentes, ipsas, ad petitionem et supplicationem predictorum majoris, etc., auctoritate ordinaria confirmamus. In cujus rei, etc. Datum [anno m° cc°] septuagesimo tercio, sabbato post dominicam qua cantatur : *Oculi mei*, meuse marcio.

C. Peticio contra hominem de corpore deferentem tonsuram clericalem.

Coram vobis, etc. Dicit *Talis* canonicus.... tenens terram de Turribus supra Matronam sibi commissam a capitulo..... cum omnibus juribus, mancipiis, et pertinenciis dicte terre, nomine suo, et dicte ecclesie, ac terre (?) predicte, contra *Talem*, quod ipse actor est in possessione persequendi homines de corpore dicte ecclesie et terre, et eos explectandi, et quod dictus reus est homo de corpore dicte ecclesie, et quod nullus homo de corpore dicte ecclesie potest recipere clericalem tonsuram sine licencia capituli.....; et si de facto reciperit (*sic*), pro nulla habetur; et quod dictus reus de facto, et sine licencia capituli....., recepit clericalem tonsuram in prejudicium dicti canonici, necnon ecclesie et terre supradictarum, et eam deffert publice; et premissa, vel eorum aliqua, dictus reus legitime recognovit, et super hiis fuit et est publica vox et fama; unde petit pronunciari a vobis collationem dicte tonsure sibi factam non tenuisse, nec tenere, et eam fuisse et esse irritam et inanem. Petit eciam sibi sentencialiter inhiberi a vobis, ne dictam tonsuram deferat, neque uti ea, seu ejus effectibus, quomodolibet presumat.

CI. Revocacio erroris.

Coram vobis, domine officialis remensis, proponit *Talis* reus, contra *Talem* actorem, quod idem reus, in causa mota coram vobis inter ipsas partes, erravit in facto, respondendo : *Credit*, ad quasdam positiones factas ex parte dicti actoris contra ipsum reum, quarum tenor talis est : (et tunc ponatur tenor positionum et responsionum), cum ejus contrarium verum sit, et fuerit tempore dictarum positionum et responsionum, et diu ante; ut pote quia, etc. (Et tunc ponatur factum contrarium positionibus.) Unde cum dicte confessiones contrarie sint

intentioni dicti rei, et redondent in grave prejudicium ejus, nundumque sit finitum negocium inter partes, revocat dictus reus errorem predictum, dicens dictum errorem non debere sibi obesse, petens dictam revocationem per vos admitti. De premissis autem offert se fidem facturum, ut jus erit.

Ann. 1288. CII. Littera a capitulo remensis ecclesie missa per capitula remensis provincie, ut mittant ad eam [ecclesiam], et ad canonicos remenses, ut veniant ad consolandum eam in tribulationibus suis. (Littera bona.) [1]

. . . . . .

CIII. Littera de promissione annue pensionis pro consilio dando. [*Seu :*] Littera pensionis annue pro advocatis.

Universis, etc., *Tales* abbates, ceterique abbates diffinitores premonstratensis capituli generalis, salutem in salutis actore. Quoniam officii sollicitudo nos cogit ut ad ea diligencius intendamus que prefati ordinis statum transquillum respiciunt, et per que ardua ejus negocia que frequenter emergunt cum Dei auxilio felicem exitum sorciantur; idcirco nos omnes sollicita meditatione pensantes quot honores et bona [ordini nostro provenerint?] ex consilio salubri venerabilis viri domini R. legum egregii professoris, quem jamdiu est semper propicium, et paratum invenimus in majoribus negociis ordinis memorati; considerantes eciam quod ejusdem domini R. salutiferum consilium summe optimum fuit, et est, ordini nostro, utpote viri magne experiencie, et sciencie eminentis; idcirco eidem tanquam benemerito, in recompensationem premissorum, et ut in arduis ipsius ordinis negociis audacius ad ipsius consilium, cum opus fuerit, recurrere valeamus, damus et concedimus LX libras annue pensionis percipiendas et habendas in quocumque loco vel statu fuerit, annis singulis, apud Premonstratum, in nostro capitulo generali, per se, si presens fuerit, vel per suum specialem nuncium, quem ad hoc duxerit deputandum,

[1] Ce protocole est le même, mot pour mot, que celui que nous avons inséré dans nos *Archiv. administr.*, tom. I, p. 1057.

Digitized by Google

quamdiu idem R. vitam in corpore habuerit; nos, et successores nostros, ac ordinem nostrum, ad premissa omnia specialiter obligantes; et mediante hujusmodi pensione, idem R. nobis, et prefato ordini, et negociis communibus ordinis in quibus sana conscientia poterit, consilium fidele prebebit, juxta suam possibilitatem, quociens super hoc, in loco ubi moram faciet, ex parte ordinis fuerit requisitus. In cujus, etc.

CIV. Appellacio monachorum contra abbatem. Vers 1283.

Quia vos, domine S[tephane?] abbas, *Talis* [*sic*, S. Basoli?] monasterii, in administratione bonorum dicti monasterii fuistis hactenus et estis negligens et remissus, et in [hac?] parte vos habuistis et habetis, bono non utentes consilio, bona dicti monasterii dilapidando et consumendo, ita quod per culpam, negligenciam, insipienciam, prodigalitatem, et incuriam vestram, bona dicti monasterii quasi ad nichilum redacta sunt, et rediguntur, in tantum quod hec cedunt in detrimentum [non?] minimum et jacturam non modicam dicti monasterii, et bonorum ac membrorum ejusdem, et per premissa, et per factum vestrum, dictum monasterium ad inopiam vergere dignoscitur, ita quod nisi consilium super hiis apponatur celeriter, et in brevi, ac eciam salubre remedium, dictum monasterium, cum bonis et membris ejusdem, per vos, et facta vestra, ad irreparabilis desolationis opprobrium deducetur. Item quia non solummodo rerum, verum eciam fame vestre prodigus, et salutis, vitam duxistis et ducitis enormiter dissolutam, propter premissa cuncta, et singula, et alia loco et tempore proponenda, et declarauda, ego J. monachus professus dicti monasterii, premissa sciens et percipiens, licet tarde, contra vos, domine abbas predicte, pro me, et michi adherentibus in hac parte, et pro commodo evidenti [et?] utilitate dicti monasterii, ac bonorum et membrorum ejusdem, ad audiencia reverendi patris domini remensis archiepiscopi, in hiis provoco, et appello; in [*sic*, et?] hanc appellationem seu provocationem a vobis peto sigillari, ut de ipsa magis possit liquere; et si dictus reverendus pater dictam provocationem seu appellationem admittere nolit, nec super premissis justiciam exibere, ego, pro me, et michi adherentibus propter premissa omnia et singula, et alia, ut dictum est,

Digitized by Google

contra vos in hiis scripta ad sedem apostolicam provoco, et appello, et instanter apostolos michi a vobis tradi et concedi peto, etc., et hujus[modi?] appellationem seu provocationem a vobis sigillari peto, et quod deferatis eidem. Que nisi fecerit [*sic*, feceritis?], et ne aliquid contra me, et michi adherentes, hujus[modi] appellatione seu provocatione pendente, innovetis, immutetis, aut attemptetis quod sit in prejudicium nostrum ac persequtionis dicte appellationis, seu provocationis, iterato, ut prius, contra vos..... promito [*sic*, provoco?] et appello sub testimonio hic assistentium personarum, me, et michi adherentes, hac stant [*sic*, ac statum?] nostrum, sub protecione dicti reverendi patris, et sedis apostolice, supponendo.

Vers 1296. CV. Appellacio consimilis.

Quia vos, domine B[ertrande?], abbas monasterii B. Marie masem[ensis] [*sic*, mosomensis?], fuistis et estis dilapidator bonorum temporalium dicti monasterii, necnon in administratione spiritualium et temporalium ejusdem monasterii negligens et remissus, insufficiens et indignus, symmoniachus, perjurus, multipliciter excommunicatus, irregularis, incontinens, ebriosus, falsarius, abnegando proprium sigillum, et aliis quampluribus viciis et crimiuibus irretitus que sunt a Deo nota, et una quod non possunt aliqua tergiversatione celari, et super hiis fuit et est publica vox et fama, nos *Tales* monachi dicti monasterii, propter premissa omnia et singula, et alia loco et tempore, si opus fuerit, declaranda, necnon pro evidenti necessitate et utilitate dicti monasterii, contra vos pro nobis, et nobis adherere volentibus in hac parte, ad reverendum in Christo patrem dominum remensem archiepiscopum, si hujusmodi provocationem et appellationem admittere velit, et ne, etc.....; alioquin ad sedem apostolicam in his scriptis provocamus et appellamus, et instanter petimus apostolos nobis concedi et dari, et huic provocationi et appellationi deferri a vobis, et non [*sic*, ne?] hujusmodi provocatione et appellatione pendente aliquid innovetis, seu attemptetis quod sit in prejudicium nostrum, seu nobis adherentium, aut monasterii nostri, propter hec provocamus et appellamus, ut prius, nos, nobis adherentes, et statum nostrum,

Digitized by Google

quantum ad hoc, protectioni reverendi patris predicti, et sedis apostolice supponentes.

CVI. Littera compromissi facti in cardinales inter archiepiscopum et capitulum. 4 octobre 1290.

Universis, etc., R. proponitus (*sic*), etc. Noverint universi quod nos, pro bono pacis et concordie, consentimus et volumus, quod reverendi in Christo patres ac domini, domini G. Dei gracia sabinensis episcopus, et B. eadem gracia S. N[icholai] in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, super duobus articulis pro quibus dumtaxat in remensi ecclesia organa suspendimus a divinis, contra reverendum patrem dominum P. Dei gracia remensem archiepiscopum, videlicet pro effractione terre nostre, et domorum servientum nostrorum propriorum et communium, et bonis inde abstportatis per gentes et ministeriales domini archiepiscopi supradicti, sive ipsis procurantibus, ac destructione sepis vinee nostre de Porta Martis, necnon et super processibus factis et habitis inter partes predictas coram decano parisiensi, et per ipsum decanum, seu ejus mandatum, auctoritate apostolica sibi commissa, et appellationibus ex parte nostra et nobis adherentium ad sedem apostolicam interjectis; item super dissasina domus nostre site juxta Portam seu in Porta Vidule facta per gentes domini archiepiscopi supradicti; item et supra effractione terre nostre et domorum francorum servientum nostrorum de novo facta ad instanciam et procurationem scabinorum et tailliatorum remensium, et super contingentibus articulos processus et appellationes predictas, inter nos, et prefatum archiepiscopum, de plano, sine strepitu et figura judicii, vocatis partibus, vel non vocatis, presentibus, vel non presentibus, diebus feriatis, vel non feriatis, juris ordine servato, vel non servato, semel, vel pluries, alte et basse, ordinent et disponant, prout secundum Deum et justiciam viderint faciendum; promittentes bona fide, et sub pena mille librarum parisiensium, nos observaturos quicquid reverendi patres predicti super premissis, et quolibet premissorum, ubicumque in regno Francie duxerint ordinandum, arbitrandum, seu eciam statuendum. Qua pena soluta, vel non soluta, rata nichilominus maneant que ordinata seu statuta fuerint, per eosdem; presenti

compromisso usque ad instans festum B. Nicholay tantummodo duraturo, nisi de consensu parcium fuerit prorogatum; volentes et consentientes quod ipsi reverendi patres super premissis cognoscendis, terminandis, ordinandis, et exequendum (*sic*), utantur libere, tam sibi concessa a sede apostolica, quam arbitraria potante [*sic*, potestate?] In cujus rei, etc. Datum anno Domini m° cc° nonagesimo, feria quarta post festum B. Remigii in capite octobris.

CVII. Ordinatio facta per cardinalem inter archiepiscopum et capitulum remense [1].

. . . . . .

Ann. 1309. CVIII. Peticio facta contra attemptantem post provocationem ad causam; non dico : appellationem.

Coram vobis, domini officiales remenses, proponit in jure Reussota, uxor Reneri Alemani, de auctoritate et assensu ejusdem R. mariti sui, civis remensis, contra Yderonnam dictam la Cammuse, et Ondinum ejus maritum, si eam deffendere velit, quod cum dicta actrix timeret verisimiliter ne dicta rea manum apponeret, seu apponi faceret, ad bona seu personam dicte actricis, ipsa actrix contra dictam ream, ne hoc faceret, seu fieri faceret, ad remensem curiam provocavit, et appellavit, contra dictam ream, prout sibi licuit, tam de jure, quam de usu et consuetudine civitatis et curie remensium, notoriis et antiquis.....; et post, et contra hujusmodi provocationem et appellationem, dicta rea cepit, seu capi fecit de bonis dicte actricis, in domo in qua ipsa actrix morabatur et moratur, duos potos cupreos valoris vinginti (*sic*) quatuor solidorum parisiensium, et dictos potos absportavit, seu absportari fecit, dicta rea, a domo predicta, eosque detinet, seu dolo desiit detinere, injuste, et in prejudicium dicte actricis; et premissa, vel eorum aliqua, dicta rea legitime recognovit; quare petit dicta actrix, de auctoritate et assensu predicti, provocationem et appellationem predictam per vos pronunciari canonicam, ut [*sic*, et?] justam, et dictam ream sibi per vos sentencialiter condempnari ad hoc quod dictos potos..... actrici reddat, causis et rationibus antedictis,

[1] Nous avons publié cette pièce dans nos *Archiv. admin.*, tom. I, p. 1046.

Digitized by Google

maxime cum hoc fieri debeant tam de jure, quam de usu et consuetudine civitatis et curie remensium notoriis et antiquis.

CIX. [Positio in causa petitionis predicte?]

Ann. 1309.

Ponit coram vobis dicta actrix, contra dictam ream, et contra factum ex parte ipsius ree propositum in hac causa, et probationes super eo inductas, quod etsi dicti Renerus dum vivebat, et Ruessota unquam fuerunt obligati Oudino marito dicte ree in quinquaginta solidis parisiensibus debilem (*sic*) monete, seu in decem et octo solidos et quatuor denarios parisienses debilem monete, ex causa proponita (*sic*), et prout proponitur in facto proposito; tamen ante tempus provocationis, appellationis, captionis et absportationis de quibus fit mentio in petitione dicte actricis, de qua inter dictas partes agitur, coram vobis in hac causa fuerat satisfactum dicto Oudino de dicto debito, dictusque Oudinus quittaverat competenter dictos Renerum et Ruessotam, non solum de dicta summa peccunie, sed eciam de omnibus debitis, contractibus, conventionibus, et recognitionibus, in quibus, seu pro quibus, eidem Oudino fuerant obligati, ex quacumque causa; et premissa, tam dictus Oudinus, quam dicta rea, recognoverunt legitime esse vera. Quibus rationibus, et aliis de jure supplendis, petit dicta actrix sentenciam pro se ferri in causa presenti per vos, et dictam ream sibi in expensis legitimis condempnari; offerens se de premissis fidem facturam, ut viserit, potens [*sic*, petens?] se ad hec admicti.

CX. Proposita in causa petitionis predicte.

Ann. 1309.

Proponit quod ea [*sic*, dicta ex parte ree proposita?] non debent admitti, pro eo quod idem proposuit in causa presenti alias, et super eodem testes produxit, quorum attestationes sunt publicate, et partibus note. Secundo quia dicta Reussota directe contrarium proposuit in hac causa, super quo testes produxit, quorum attestationes sunt publicate et partibus note. Propter que, et alia de jure supplenda, petit dicta Reussota, per vos pronunciari dicta ex parte dicte Yderonne proposita non debere admitti, et eis non obstantibus sententiam pro se ferri, et dictam Yderonnam sibi in expensis legittime condempnari;

referens se de premissis ad jus, et ad acta, in quantum faciunt pro eadem Reussota.

Ann. 1309. CXI. Interlocutoria super propositis.

Interloquendo, proposita ex parte dicte Yderonne contra dictam Ruessotam presentibus hiis annexa, in quantum super directe contraria [propositis?] ex parte dicte Ruessote, admittimus ad probandum per omnem modum probandi, excepta probatione dumtaxat per testes.

Ann. 1309. CXII. Supplicatio quod interloqutoria feratur super hiis super quibus interlocutum est.

Cum in causa que vertitur coram vobis, domini officiales remenses, inter Ruessotam uxorem Reneri Alemanni ex parte una, et Yderonnam dictam la Camuse ex altera, vos quoddam factum ex parte dicte Yderonne propositum contra dictam Ruessotam [(]quod factum continetur in sedula que sic incipit : Die ass[ignata] Yderonne, etc., et sic finit in data : Anno Domini M° CCC° VIII°, feria quarta post festum Purificationis B. Marie virginis[)], admiseritis ad probandum per omnem modum probandi, excepta probatione testium, in quantum est directe contrarium propositis dicte Ruessote admissis (?); et in dicto facto sint aliqua proposita que non sunt directe contraria, maxime attento modo proponendi, finem ad quem proponuntur, et que sunt ad probandum eciam per testes admittenda, prout ex tenore dictorum propositorum, et per acta cause, apparet, super quibus non est a vobis, domini officiales, interloqutum; supplicat vobis dicta Yderonna, quatinus super hiis velitis interloqui, et quod justum fuerit statui et decerni, implorans super hiis dicta Yderonna officium vestrum, prout de jure fuerit implorandum; et de premissis se refert dicta Yderonna ad jus, et ad tenorem dictorum facti et interloqutorii, et ad acta cause, in quantum per se faciunt.

Ann. 1309. CXIII. Responsio dicte supplicationi.

Ad supplicationem Yderonne dicte la Camuse, editam coram vobis, domini officiales remenses, contra Reussotam uxorem Reneri Alemanni, in qua vobis supplicat quatinus velitis interloqui super qui-

busdam propositis ex parte dicte Yderonne, que asserit non esse directe contraria propositis ex parte dicte Reussote, prout in ipsa supplicatione hec et alia plenius continentur; respondet dicta Reussota, de auctoritate et assensu mariti sui, quod ipsa nescit, nec credit, aliqua contineri in propositis Yderonne predicte, que non sint directe contraria propositis ex parte dicte Reussote. Si tamen dicta Yderonna possit ostendere aliqua talia proposita super quibus non sit interlocutum, placet dicte Ruessote quod super hiis interloqutoria proferatur.

CXIV. Peticio bona in actione injuriarum. Ann. 1312.

Proponit et dicit in jure coram vobis, domine officialis laudunensis, dominus Petrus curatus de Orranivilla, contra Po[n]ssinum de Orranivilla, quod dictus Ponssinus, anno nundum elapso, animo injuriandi et infamandi, vituperium et contumeliam inferendi dicto actori, eidem, et de ipso, dixit et protulit, in presencia ipsius actoris et plurium fide dignorum, in curia laudunensi, coram officiali dicte curie sedentis pro tribunali, verba injuriosa, contumeliosa, obprobriosa, conviciosa, et inhonesta, famam et opinionem ipsius denigrancia, videlicet, quod dictus actor participaverat et participabat irreverenter, et timore Dei postposito, cum quibusdam suis parrochianis excommunicatis, et multipliciter aggravatis auctoritate curie laudunensis; videlicet, cum Rogero Tulet, Robino Balosse, et cum dicto La Henne; et quod dictos excommunicatos, quos alii parrochiani verebantur et abhorrebant ponere in operibus suis, et facere lucrari, idem curatus qui debet esse aliis hominibus exemplar boni, in domo sua receptabat et ponebat, ponit et receptat, et negocia sua agenda facit et permittit per eos explicari et expediri, faciendo fieri per ipsos opera manualia in domo sua, ponendo ipsos in grangia sua ad excuciendum granum a palea, in hiis brachium ecclesiasticum enormiter contempnendo, et se ipsum non bonum christianum ostendendo. Item dicit dictus actor contra dictum reum, quod dictus reus animo injuriandi dicto actori, et causa minuende opinionis sue, in infamiam, vituperium, et contumeliam ipsius actoris, ipsum actorem detulit et denunciavit domino officiali laudunensi suo judici ordinario, seu ejus clericis, de excessibus, dicendo et asserendo eidem officiali, seu ejus clericis predictis, quod dictus

Digitized by Google

actor corpus Elyoti dicti Chauderon, et corpus Colini dicti Gillebert, defunctorum, licet essent et fuissent excommunicati multipliciter, et aggravati auctoritate curie laudunensis tempore quo decesserunt, nulla absolutione a dictis excommunicatis optenta, seu impetrata, et ab ipso curato non visa, nec recepta, tradidit ecclesiastice sepulture, sciens illos, aut scire debens, esse et fuisse excommunicatos tempore sui obitus; in hiis sanctam matrem ecclesiam maculando. Item dicit dictus actor, quod dicte injurie dicte fuerunt et illate ipsi actori ex parte dicti rei in diocesi laudunensi, et quod dictas injurias sibi, et de se, dictas, et illatas, et per ipsum actorem ad animum revocatas, dictus actor nollet et noluisset sibi, et de se, dictas et illatas, esse et fuisse pro sexaginta libris parisiensibus, sed potius mallet, maluisset, tantumdem de suo proprio amisisse, quam dictas injurias, modo quo dictum [est?], sibi et de se dictas et illatas esse et fuisse; et premissa dictus reus scit et competenter recognovit esse vera. Quare petit dictus actor, dictum reum per vos, domine officialis, condempnari sentencialiter, et compelli, ad hec quod dicto actori, pro estimatione injuriarum predictarum, de dicta pecunie summa satisfaciat, ut jus erit; vestra tamen, domine officialis, legitima taxatione super hoc precedente; officium vestrum in premissis implorando, prout decet. Hec dicit et petit dictus actor contra dictum reum, salvo sibi in omnibus juris beneficio; non astringens se ad omnia probanda, sed sibi valeant ea que probare poterit de premissis.

Et oblatus est libellus, et traditus, reo presente.

Ann. 1312. CXV. Propositum quod non est subditus, ad finem ne respondeatur dicte petitioni.

Edita petitione coram vobis, domino officiali laudunensi, tanquam judice ordinario, et non ex delegatione apostolica, surgente ex parte domini Petri curati de Ouranivilla, contra Poncinum de Ouranivilla, civem remensem, proponit dictus Poncinus, vestram jurisdictionem in hac parte declinando, contra dictum curatum, et suam petitionem predictam in actione injuriarum formatam, nitentem trahere et tenere in judicio coram vobis dictum Poncinum super contentis in petitione predicta, quod dictus Poncinus, tempore dicte petitionis edite,

Digitized by Google

et tempore quo tractus fuit in causam coram vobis occasione contentorum in petitione predicta, et ante dictum tempus, et post, fuit semper continue, et adhuc est, civis remensis, in civitate et diocesi remensibus manens, et unicum domicilium fovens, videlicet in civitate remensi, soli ecclesiastice jurisdictioni judicum ecclesiasticorum civitatis remensis immediate subjectus, non aliqualiter existe[n]s jurisdictioni vestre ecclesiastice, qua fungi nitimini in hac parte, supponitus (*sic*) vel subjectus; adeo quod propter hec, tam de jure, quam de usu, consuetudine, et communi observancia notoriis et competentibus approbatis, vos non potestis nec debetis habere, vel exercere, in dictum Ponsinum qui se non suppo-suit, nec supponet jurisdictioni vestre predicte, nec in vos tanquam in judicem consensiit, jurisdictionem vestram predictam, ad instanciam dicti curati, occasione contentorum in dicta petitione, [nec coram vobis?] ire tenetur dictus Poncinus, cum non velit coram vobis dicto curato super contentis in dicta petitione respondere, nec ulterius procedere coram vobis. Imo debetis a vestra jurisdictione dictum Poncinum dimittere, et sibi curatum indebite trahentem, et trahere et tenere nitentem ipsum Poncinum coram vobis, eum tenere [*sic*, temere?] fatigando et vexando laboribus et expensis propter hoc, in expensis legittimis condempnare; que petit idem Poncinus omni jure, et modo quo potest vestrum officium quantum opus est implorat per se, per vos contra dictum curatum pronunciari, fieri, interloqui, et decerni, ut jus erit, maxime cum premissa, que omnia sunt vera, notoria, manifesta, et super quibus fuit et est communis vox et fama, et publica sciencia, recognoscit dictus curatus competenter. Refert se dictus Poncinus de premissis ad notorietatem eorumdem, quatenus hujusmodi facit et facere potest pro ipso; offert nichilominus, si opus sit, id quod sibi sufficiat de premissis se legittime probaturum.

CXVI. Replicatio contra proposita predicta. Ann. 1312.

Non obstantibus proponitis (*sic*) ex parte Poncini dicti de Ovrainvilla, civis remensis, contra dominum Petrum de Ovrainvilla, et ejus petitionem [()que proposita sic incipiunt: Edita petitione coram vobis, etc., et sic finiunt: Anno Domini m° ccc° xii°, feria tercia post festum B. Mathei apostoli()], est respondendum petitioni dicti curati, teneturque et

Digitized by Google

compelli debet dictus Ponssinus respondere coram vobis, domine officialis laudunensis, viso tenore dicte petitionis, cum dictus curatus agat, et exponatur contra dictum Ponssinum ratione injuriarum dictarum et illatarum ipsi curato ex parte dicti Ponssini, in dyocesi laudunensi, propter quod, quoad dictas injurias, dictus Ponssinus sortitus est forum vestrum, domine officialis, et coram vobis super dicta petitione tenetur procedere contra dictum curatum, cum ratione dictarum injuriarum citatus fuerit coram vobis responsurus dictus Poncinus dicto curato, prout hec plenius continentur in dicta petitione et citatione super hoc emissa, ad quarum tenorem se refert pars dicti curati, et ad jura, in quantum pro se faciunt. Et super hiis rationibus et aliis a vobis, domine officialis, de jure supplendo, petit et supplicat per [*sic*, pars?] dicti curati pronunciari, et per [*sic*, pro?] se interloqui, statui, et decerni quod jus erit, partemque adversam sibi in expensis suis legitime condempnari.

Vers 1304 (?)

CXVII. Littera super coadjutoris dacione.

Universis presentes litteras inspecturis, Robertus, miseratione divina remensis archiepiscopus, salutem in Domino. Notum facimus quod nos ex officii nostri debito, causa visitationis ad monasterium S. Basoli, ordinis S. Benedicti, nostre remensis dyocesis, nobis ordinario jure immediate subjectum, declinantes, cum ipsum monasterium sub fratre Stephano [1] abbate dicti monasterii inveniremus in temporalibus et spiritualibus notorie colapsum, ex quo idem abbas inmerito erat de dilapidatione suspectus, religiosos viros fratres Droconem, et Thierricum pitenciarium, monachos ipsius monasterii, viros providos et honestos, dicto abbati presenti, et volenti, ac expresse consentienti, coadjutores provideri et dari fecimus per magistros Ricardum Tullii canonicum leon[ensem], et Hugonem de Lanniaco, clericos nostros socios, ad hoc a nobis specialiter deputatos, sine quorum coadjutorum consilio et assensu, nichil eorum faceret idem abbas que administrationem pertinent temporalem, quousque, veritate comperta, duceremus aliter providendum; interim omne alienationis

[1] Ne s'agirait-il pas ici de l'abbé Milon, et non de l'abbé Étienne? Voir le *Gall. christ.*, IX, 200. Voir également ci-dessus, p. 107.

Digitized by

genus ipsi abbati interdicentibus nostris commissariis supradictis. Qui coadjutores presentes, in hoc onus hujusmodi, pro utilitate dicti monasterii, et abbate eodem consentiente, et hec dictis religiosis in pietate [*sic*, approbantibus?] in se humiliter susceperunt. In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum.....

CXVIII. Littera regis super hoc facta quod de bonis clericorum non fiant expense coronationis [1].

. . . . . .

CXIX. Peticio bona in actione injuriarum contra monachum seu canonicum regularem. [*Vel:*] Peticio mulieris dicentis se incorruptam ad finem quod inspiciatur, et quod religiosus ipsam diffamans arbitrarie puniatur. Vers 1305.

Proponit in jure coram vobis, reverendo in Christo patre domino P. Dei gracia cameracensi episcopo, Ysabella de Espehi, beghina, actrix, contra fratres Jacobum de Duaco et Jacobum de Valencia, canonicos regulares professos monasterii B. Marie de Cantiprato juxta Cameracum, reos, quod licet ipsa Ysabella fuerit ac sit virgo incorrupta, et a viro incognita, fuissetque bone fame, boni nominis, et honeste conversationis, ac pro tali communiter tenta et habita, et pro tali deberet et debeat etiam legitime reputari; nichilominus dicti rei, ad instar falsorum sacerdotum Susannam accusancium, et injuste, coram vobis reverendo patre predicto, ac coram nonnullis gravibus, bonis et honorabilibus personis secularibus et regularibus, etiam et in jure, animo injurioso ac injuriandi eidem Ysabelle, anno modum elapso, proposuerunt, dixerunt, et obicierunt, injuste tamen et minus veraciter, quod dicta Ysabella fuerat et erat amasia et concubina religiosi viri fratris Johannis, dicti de Liessies, abbatis monasterii supradicti, injurioso et injuriandi animo eidem Ysabelle similiter imponendo, quod dictus abbas ipsam Ysabellam tanquam suam amasiam et concubinam teneral ac tenebat, et carnaliter cognoverat eandem, fornicationem cum ea committendo, predictam Ysabellam, et ipsius bonum nomen et famam, apud vos reverendum patrem, ac alios plures bonos et gra-

[1] Nous avons publié cet acte dans nos *Archiv. admin.*, tom. 1, p. 1053.

Digitized by Google

ves dinquando [*sic*, diu gravando?] ac ipsam nequitionem (*sic*), diffamando, in ejusdem Ysabelle dedecus, contumeliam, confusionem, vituperium, injuriam, contemptum animarum ipsorum reorum, salutis periculum, et scandalum plurimorum; unde cum actrix predicta, revocans ad cor et animam supradictam [*sic*, supradicta?] ea voluisset [*sic*, noluisset?], sustinuisse, nec adhuc sustinere vellet pro aliqua peccuniaria estimatione, cum bona fama omnem pecuniariam estimationem excedat, sed potius maluisset et mallet toto tempore vite sue ab esu carnium abstinuisse, et abstinere, necnon penam carceris per quinquennium et amplius pati, quam premissa, eidem ut predicitur illata, sustinuisse, vel sustinere; et premissa que sunt ac fuerunt notoria ac manifesta, super quibus fuerunt et sunt vox communis et fama publica, recognoverunt competenter dicti rei vera esse, petit et supplicat humiliter actrix predicta, que [offert?] officiali se competenter ostensuram, ac probaturam per aspectum sui proprii corporis, et alias, ut volunt jura, quod eadem actrix fuit et est incorrupta, integra, et a viro incognita, quatinus eandem actricem adversus dictos reos ad ostensionem et probationem hujusmodi admittatis, ac ipsam, quantum ad hoc, per matronas et mulieres in talibus expertas, et fide dignas, de quibus expedire videritis, inspici faciatis, et cum vobis patre reverendo constiterit de premissis, per vestram sentenciam diffinitivam, contra dictos reos, pronuncietis dictam actricem fuisse ac esse incorruptam, integram, et a viro incognitam; et ad bonam famam ipsius Ysabelle pristinam, prout possibile erit, restituendam, et pro muliere bone fame, boni nominis, debere communiter et legitime reputari, quod supradictos reos, cum sint professi regularem ordinem, pro emenda et nomine emende, injurie, contumelie, confusionis, dedecoris, vituperii, et contemptus predictorum, extraordinarie ad arbitrium vestrum puniatis, corrigatis, et in corpore castigetis, ac in premissis, et circa ea, quod canonicum et justum fuerit statuatis, decernatis, ac summarie super hiis procedatis, et ex causa; maxime cum dicti rei abbatem suum super diversis criminibus coram vobis accusant, et accusationem hujusmodi prosequantur, nec vellent correctionem et obedienciam sui abbatis predicti super premissis subjatore [*sic*, subire?], vel parere. Hec supplicat et petit actrix pre-

dicta, officium vestrum, si, ubi, et prout opus fuerit, humiliter implorando, salvo sibi in omnibus juris beneficio; protestans sibi valere quod probatum de premissis; et affirmat actrix jamdicta premissa esse vera.

CXX. Plures questiones disputate Remis apud Predicatores et Minores.

Pater meus naturalis et legitimus, et papa, sunt eodem tempore in mortis periculo; non possum utrumque juvare. Queritur cui magis tenear?

Quidam intravit religionem, mansit ibi per dimidium annum. Postmodum exivit; deinde rediit. Vult habere annum integrum probationis. Queritur numquid debeat habere? Iste due questiones fuerunt idis. [*sic*, disputate?] apud fratres cam[eracenses?].

Quoddam collegium est astrictum juramento, quod non recipiat aliquem illegitimum. Quid[am] impetravit a papa dispensationem super defectu natalium, et sic legitimatus est. Queritur numquid collegium poterit ipsum recipere sine metu perjurii? Ista fuit disputata Remis apud Predicatores.

Tuto[r] pupilli patroni cujusdam parisiensis ecclesie presentavit ad ipsam episcopo loci quendam ydoneum. Postmodum, antequam reciperetur, pupillus alium presentavit ydoneyorem. Queritur quis sit potior? Ista fuit disi [*sic*, disputata?] Remis apud Minores.

Magister Guido de Calvomonte, officialis remensis, die lune post *Esto mihi*, disputavit apud fratres Minores questionem istam : Martinus insequebatur Titium clericum gladio evaginato ut eum interficeret. Iste clericus infirmitate, vel alio casu fortuito, mortuus cecidit. Martinus semper insequens, credens eum vivere, gladio percussit eum, ita quod, si vixisset, eum occidisset. Queritur utrum Martinus debeat reputari omicida, vel excommunicatus. Ad hoc possunt induci jura que dicunt quod magis debet inspici intencio quam factum; et jura que dicunt contrarium, que notantur *Extra. de sentencia excommunicationis, c. si vero aliquis.....*[1]; *ff. de juris et facti ignorancia, l. regula, §. qui ignoravit*[2]; et *ff. ad legem corneliam de falsis,*

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. xxxix, c. 4.

[2] *Digest.*, lib. xxii, tit. vi, l. 9, §. 4.

impuberem, §. 1 [1]. Ipse tenuit quod debeat reputari homicida et excommunicatus per *c. nuper, de bigamis*, et *c. fin.* [2].

Item sequenti die disputavit apud Predicatores, utrum sponsa de presenti volens intrare religionem, a suo sponso cognita violenter, possit postea, eo invito, intrare. Ipse tenuit quod sic, per multas rationes. Ad hoc possunt induci XV, *q.* 1, §. *Si quis non iratus* [3]; et *Extra. de raptoribus, c. cum causa* [4].

Ann. 1307. CXXI. Consultatio super quodam dubio inter regem et archidiaconum laudunensem. [*Vel :*] Utrum inter fructus archidiaconatus computetur jurisdictio episcopi ad archidiaconum devoluta de consuetudine post mortem episcopi.

Papa concessit regi qui nunc est, fructus redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, vel sine cura, etiam si dignitates aut personatus existant, vocanciùm (*sic*) in regno Francie et Navarre, archiepiscopalibus et existeralibus [*sic*, episcopalibus?] et quibusdam alii[s] exceptis. Postmodum vocavit (*sic*) archidiaconatus laudunensis ecclesie. In anno durante mortuus est episcopus laudunensis, per cujus obitum jurisdictio ecclesiastica quam habebat devoluta est ad archidiaconum de consuetudine. Modo dicit procurator regis, quod istud jus devolutum ad archidiaconum est de fructibus archidiaconatus primi anni, et quod ipse procurare debet ibi ponere officialem, sigilliferum, et alios ministros curie pro jurisdictione ecclesiastica exercenda, et inde percipere omnia emolumenta primi anni vacationis archidiaconatus. Archidiaconus dicit contrarium. Queritur quid juris?

Videtur mihi quod procurator regis non habet jus in predictis multis rationibus. Primo per verba privilegii ubi dicitur : Quod non extenditur ad episcopales ecclesias. Sed istud jus devolutum provenit originaliter de bonis episcopalis dignitatis, licet accidentaliter pertineat ad archidiaconum. Causa autem originalis inspicienda est, non accidentalis. Arguit *ff. de tutelis, l.* 3 [5]; et *de donationibus, l. qui id*

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. X, l. 22.
[2] *Decretal.*, lib. I, tit. XXI, c. 4 et 7.
[3] *Decret.*, par. II, caus. XV, quest. I, c. 13.
[4] *Decretal.*, lib. V, tit. XVII, c. 6.
[5] *Digest.*, lib. XXVI, tit. I.

Digitized by Google

quod [1]. Unde inspiciendo causam naturalem et originalem, rex non debet percipere de predictis.

Item in dicto privilegio continetur : Quod secundum fructus taxationem decime persolvantur, et recipiantur a collectoribus eorumdem, ut summam pro qua unumquodque beneficium consuevit in solutione decime taxari, collectores exigant et precipiant (*sic*), totalii (*sic*) residio (*sic*) optinentibus beneficia remansuro ; nisi forte, etc. Per quam clausulam evidenter apparet, quod collectores, seu procuratores regis, non possunt petere nisi calorem [*sic*, valorem ?] fructuum archidiaconatus primi anni in peccunia, secundum taxationem predictam. Et sic petit male procurator regis in jurisdictionem episcopalem dicti (*sic*) archidiacono devolutam et ejus emolumenta. Nec obstat illa clausula : *Nisi forte, etc.*, in qua datur optio collectoribus percipiendi taxationem, vel residium, etc ; nam et in illo casu, honnus cure domiar [*sic*, animarum ?], cultus divini, seu servicii ecclesiastici, et administrationis [sacra]mentorum ecclesiasticorum ad optinentes beneficia protineret (*sic*), prout dicitur in privilegio, nisi ipsi optinentes vellent integre dimittere omnes fructus pro rege ; quo casu rex tenetur ea omnia facere per ministros ydoneos experiri ; ex quibus aptet [*sic*, apparet ?] regem, seu ministros ejus, non posse se intromittere de aliquo servicio ecclesiastico virtute dicti privilegii, nisi casu (?) quo optinentes beneficia vellent regi dimittere omnes fructus. Sed certum est quod jurisdictio ecclesiastica, et ejus exercitium, cognoscere de causis ecclesiasticis, excommunicare, suspendere, interdicere, absolide [*sic*, absolvere ?] et censuram ecclesiasticam exercere, sunt de servicio ecclesiastico et divino.

Item dicit : *l. testator* (sic) dixit sic : « Medico Sempronio que unius « [*sic*, viva ?] prestabam, dari volo ; ea videntur relicta que certam forma erogationis anime [*sic*, annue] habuerunt, non in certam [libe« ralitatis voluntatem ?] [2]. » Sic est dicens [*sic*, dicendum ?] in casu nostro, quod privilegium regi concessum debebat intelligi de fructibus certis, et determinatis, non de meritis [*sic*, incertis ?]..... Hec autem de quibus queritur sunt incerta ; quia non habent certam estimationem.

[1] *Digest.*, lib. xxxv, tit. v, l. 33.

[2] *Digest.*, lib. xxxiii, tit. i, l. 10, §. 1.

Digitized by Google

Item jurisdictio ecclesiastica, et alia, de quibus dictus procurator se vult intromittere pro rege, pertinent ad potestatem clamum [*sic*, clericalem?] ecclesie, que non cadit in laicum, ut legitur xx *di. o.* [sic, *c.?*] 1 [1]; [lxxx] xvi. *di. c. cum ad verum* [2]; xvi. *q. fi. c. si quis episcopus*, et *c. si quis clericus*, etc., *per laicos* [3]; *Extra. de elec., c. massana*, et *c. sacrosancta* [4]; et *de jure patronatus, c. cura* [5]. Unde sint [*sic*, sicut?] rex non potest se de talibus intromittere, ita nec procurator suus; quia quod non possum per me, non possum per alium, sicut dicit regula juris.

Item jurisdictio devoluta ad archidiaconum per mortem episcopi, non est ejusdem conditionis cujus sunt fructus archidiaconatus; est enim magna differentia inter jus proprium et jus devolutum. Hinc est quod, si episcopus neglexerit conferre infra tempus a jure statutum aliquod beneficium ad suam collationem spectans jure proprio, potestas conferendi illud beneficium ad capitulum decicluetur [*sic*, devolvetur?]. *Extra. de concessione prebende, c nulla* [6]. Sa [*sic*, si?] vero ad episcopum pertinent [*sic*, pertineret?] collatio non jure suo, sed (?) devoluto jure; puta quod patronus, vel alius subditus episcopi, neglexit presentare, eligere, vel conferre, vel personam non ydoneam presentavit, aut elegit; secundum (?) ea que legerentur (*sic*) et vocantur (*sic*) *Extra. de jure patronatus, c.* 1 et 2, et *c. eam te*, et *c. cum autem*, et *c. cum propter;* et *de supplenda negligencia prelatorum c.* 2, §. *fin.* [7], et [si?] ipse episcopus tale beneficium devolutum ad se negligeret conferre, tunc non ad capitulum, sed a [*sic*, ad] proximo superiorem episcopi, scilicet metropolitanum, vel primatem...., alioquin ad pagam [*sic*, papam?], potestas hujusmodi devolvetur. *Extra. de elec. c. ne pro defectu* [8]. Et est ratio quia in hiis que spectant ad episcopum, jure suo proprio, major est conjunctio inter ipsum et capitulum, quam in hiis que sibi obveniunt aliunde. *Extra. de testamentis, c.* [*Req*]*uisisti*, §. *secus autem* [9]. Sic dico in

[1] *Decret.*, par. I, distin. xx, c. 1 (?).
[2] *Ibid.*, par. I, distin. xcvi, c. 6.
[3] *Ibid.*, par. II, caus. xvi, quest. vii, c. 14 24, 27. et 16.
[4] *Decretal.*, lib. I, tit. vi, c. 56 et 51.
[5] *Ibid.*, lib. III, tit. xxxviii, c. 11.
[6] *Decretal.*, lib. III, tit. viii, c. 2.
[7] *Ibid.*, lib. III, tit. xxxviii, c. 1, 2, 22.
[8] *Ibid.*, lib. I, tit. x.
[9] *Ibid.*, lib. I, tit. vi, c. 41.
[10] *Ibid.*, lib. III, tit. xxvi, c. 15.

proponito (*sic*) : privilegium regi concessum se extendit ad fructus ad archidiaconum jure proprio pertinentes, non autem que sibi proveniunt aliunde. De hac materia plene notant. *Extra. de elec. c. cum in cunctis* [1].

Item tales concessiones cum sint ambiciose, non debent lacius ampliari quam contineatur in eis; immo restringi. *Extra. de prebendis, c. quamvis, libro* VI° [2].....

Item jure novo determinatum est, quod quicquid percipitur tempore vacationis de bonis ecclesie cathedralis regularis seu collegiate vacandis [*sic*, vacantis?] debet fideliter reservari successori. *Extra. de elec. c. quia sepe, libro Sexto* [3]. Et sic apparet quod istud in [*sic*, jus?] devolutum, seu emolumentum inde proveniens, non debent reputari de fructibus archidiaconatus, cum debent futuro episcopo conservari.

Item ad idem facit nova decretalis : *Extra. de rescriptis, si propter* [4]; que dicit : « Papa concessit cuidam episcopo propter sua debita « solvenda fructus beneficiorum primi anni que vacarent in sua dio- « cesi; si isti fructus debeantur ecclesie, fabrice, vel usui altaris, seu « cuicumque singulari persone, de speciali consuetudine, privilegio, « vel statuto, episcopus non habebit eos; » quia non est intentionis pape illi cui debentur prejudicium gravare [*sic*, generare?]. Si[c] est in casu nostro.

Item, ex quo rex excluditur in privilegio a perceptione fructuum dignitatis episcopalis, non debet eos consequi per alium, videlicet per archidiaconum, etc. Arguit l. que dicit : « Pater exheredavit filium « suum, nepotes ex eo, quamdiu manent in ejus potestate, excluduntur « a bonorum possessione liberti mortui; ne filius exheredatus qui suo no- « mine submovetur a bonorum possessione liberti, consequatur eam per « filios suos existentes in sua patria potestate. » Sic est ergo in questione nostra, rex non debet assequi per archidiaconum ea que de bonis episcopatus habere non potest. Arguit *l. ff. de bonis libertorum, l. queritur* [5].

. . . . . .

CXXII. Utrum judex possit supplere de consuetudine, vel facto notorio.

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. V, c. 7.
[2] *Sext.*, lib. III, tit. IV, c. 4.
[3] *Ibid.*, lib. III, tit. IV, c. 15.
[4] *Sext.*, lib. I, tit. III, c. 10.
[5] *Digest.*, lib. XXXVIII, tit. II, l. 38.

Quero numquid judex, in causa de qua cognoscit, possit de consuetudine notoria, vel aliquo facto notorio, supplere? Videtur quod sic. *Extra. de rescriptis, ad audienciam* 1. ibi : *quoniam manifestum*, etc. [1]; *de officio vicarii, c.* 1 [2]; *de filiis presbyterorum, quoniam* [*est*] *sacris* [3]; *ut lite non contestata, c.* 2, ibi : *et manifeste pateret*, etc. [4]; *ff. de petitione hereditatis, l. f*[*ilius?*] in fine [5]; *justi locatio,* §. *conductor* [6]; *ff. de edilicio edicto, ediles,* §. *item sciendum* [7]..... Istam questionem non vidi alicubi notatam; sed illam : Quando judex possit supplere de facto? invenio bene notatam per Hostiensem *de postulatione, c. bone* 1 [8]; et *de officio vicarii, c.* 1 [9]; et melius per Durandum, *in Speculo, de disputationibus et allegationibus advocatorum,* §. *finale,* ubi recitat multa bona. Item de hoc nota xxx *q. v. judicantem* [10]; et *Extra. de concessione prebende, c. ex parte Astensis, per Hostiensem* [11]. Item quod possit supplere de hiis que sunt moris et consuetudinis, et que homines assidue faciunt, facit optime *l. ff. de edilicio edicto, quod si nolit,* §. *quia assidua* [12]; item quod possit de hiis que sunt de stilo curie, licit [*sic*, facit*?*] *Extra. de constitutionibus, ex litteris* [13], et *de crimine falsitatis, quam gravi* [14]. Item ad idem, *ff. de testibus, l.* 3 in fine [15]. ibi : « quoad testes evocandos « pertinet, diligentie judicantis est explorare, que consuetudo est in ea « provincia in qua judicatum fuerit; nam si probabitur sepe in aliam « civitatem testimonii gracia plerosque evocatos; non esse dubitan- « dum, quin evocandi sint, etc. » Item ad idem; *ff. de testibus, quesitum,* in fin. [16] ibi : « Quod in legibus est omissum, non omittetur reli- « gione judicantium, ad quorum officium pertinet, ejus quoque testi- « monii fidem, quod integre frontis homo dixerit, perpendere. » Item ea que veteres observant, et questiones moris eorum, pro jure servantur; *C.* [sic, *ff.?*] *de consti*[*tutionibus*] *p*[*rincipum.*] *l.* 2. in fine [17].

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. III, c. 11.
[2] *Ibid.*, lib. I, tit. XXVIII.
[3] *Ibid*, lib. I, tit. XVII, c. 10.
[4] *Ibid.*, lib. II, tit. VI, c. 11.
[5] *Digest.*, lib. V, tit. III, l. 58 (?).
[6] *Instit.*, lib. III, tit. XV, l. 1, §. 4.
[7] *Digest.*, lib. XXI, tit. I, l. 25, §. 8.
[8] *Decretal.*, lib. I, tit. V, c. 3.
[9] *Decretal.*, lib. I, tit. XXVIII.
[10] *Decret.*, par. II, caus. XXX, q. V, c. 2.
[11] *Decretal.*, lib. III, tit. VIII, c. 10.
[12] *Digest.*, lib. XXI, tit. I, l. 31, §. 20.
[13] *Decretal.*, lib. I, tit. II, c. 11.
[14] *Ibid.*, lib. V, tit. XX, c. 6.
[15] *Digest.*, lib. XXII, tit. V, l. 3, §. 6.
[16] *Ibid.*, l. 13.
[17] *Digest.*, lib. I, tit. IV.

Item dicit Hostiensis *de electione, se* [sic, *ca.*], *venerabilem* [1]; super verbo : *et exemplo ;* exemplum facti, antiquo jure deficiente, allegari potest, sicut et proverbium rusticorum et senium; *ff. de officio proconsulis,* §. *non autem* [sic, *vero.*], verbo *cujus epistole* [2]; et *de legatis* III. *si chorus,* §. 1 [3]; *l.* [sic, *Extra.?*] *de sentencia excommunicacionis, a vobis* II, §. *fin.* ad finem [4]; *de verborum significacione, foris* [5]...; *de Judeis, c. etsi Judeos* [6]...; *ff. de legibus, de quibus* [7]... Unde videtur quod sicut de jure scripto potest judex supplere, *C. Ut que desunt advocatis,* in rubrica et nigro [8], sic de moribus, consuetudinibus, et aliis que notorie et communiter fiunt, non dubitandum est judicem, si quid a litigatoribus, vel ab hiis qui negociis adsistunt, minus fuerit dictum, id supplere, et proferre quod sciat legibus et juri publico convenire. Glosa dicit ibi super verbo : *publico.....* Item dicunt Innocencius et Hostiensis. *Extra. de testibus, intimavit* [9], quod judex ex officio potest repellere personas testium quas notorium est esse minus ydoneas, vel indignas. Arguit *ff. de postulando, quos pretor* [10]; et ad hoc faciunt ea que notat *Extra. de exceptionibus, c. exceptionem* [11]. Item cardinalis notat. *c. pia,* in fine [12], quod judex potest supplere de jure, et de facto notorio. *C. qui et adversus quos* [13], *l.* 1 et 2, *q.* 1, quando autem notat.

CXXIII. Supplicatio ut corpus excommunicati exhumetur ab ecclesiastica sepultura.

Cum Ticius, cum vivebat, et tempore quo decessit, esset et adhuc sit excommunicatus auctoritate curie remensis, pro defectu solutionis debiti *talis* in quo tenebatur Seio, et adhuc tenetur ex certis et sufficientibus causis, sicut hec apparent per autentica et legitima documenta; cumque dicti excommunicati corpus sit in cimiterio ecclesiastico tumulatum, et sacris canonibus institutum sit ut quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis....., et si

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 34.
[2] *Digest.*, lib. I, tit. XVI, l. 6, §. 3.
[3] *Ibid.*, lib. XXXII, tit. I, l. 78.
[4] *Decretal.*, lib. V, tit. XXXIX, c. 28.
[5] *Ibid.*, lib. V, tit. XL, c. 10.
[6] *Ibid.*, lib. V, tit. VI, c. 13.
[7] *Digest.*, lib. I, tit. III, l. 32.
[8] *Cod.*, lib. II, tit. XI.
[9] *Decretal.*, lib. II, tit. XX, c. 18.
[10] *Digest.*, lib. III, tit. I, l. 7.
[11] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVII, c. 12.
[12] *Sext.*, lib. II, tit. XII, c. 1.
[13] *Cod.*, lib. II, tit. XLII.

Digitized by Google

contingat talium excommunicatorum corpora in cimiterio ecclesiastico tumulari, si ab aliis corporibus discerni poterunt, exhumari debent, et procul ab ecclesiastica sepultura jactari; supplicat vobis, domini officiales remenses, et instanter a vobis petit dictus Seyus, quatenus dicti excommunicati corpus in cimitterio ecclesiastico tumulatum in loco jurisdictionis vestre, injuste, et in prejudicium dicti Seyi, cum non sit eidem de dicto debito satisfactum, quod quidem corpus ab aliis corporibus potest discerni, faciatis et mandetis a dicto cimiterio exhumari, et procul ab ecclesiastica sepultura jactari, maxime cum ipsius Seyi intersit pecuniariter et formabiliter hoc fieri, et hec fieri debeant de jure, usu, stilo, consuetudine, et communi observancia curie remensis, non obstante absolucione pro parte dicti excommunicati de facto, non de jure, a dicta curia impetrata, cujus copia facta est dicto Seio; nam illa ex falsa causa, et falsitate suggesta, extitit impetrata. Falso enim suggessit et dedit intelligere curie remensi, seu ministris ejusdem, impetrator ipsius absolutionis, quod dictus Thicius satisfecerat Seyo de dictis debitis; quod tamen non erat verum, etc.; ex quibus apparet dictam absolutionem debere reputari pro nulla, dictumque Thicium adhuc esse excommunicatum, et dictam supplicationem debere admitti; quod petit sibi fieri, et super hiis, etc.

CXXIV. Utrum capitulum possit petere cautionem a canonico de cujus statu probabiliter dubitatur.

Papa reservavit omnia beneficia suorum officialium, ubique decedencium. Quidam capellanus pape, canonicus parisiensis et laudunensis, decessit. Prebenda parisiensis data fuit Menio, et laudunensis Seio. Postmodum papa dedit Ticio prebendam parisiensem que fuerat dicti canonici, exprimens quod eam sibi conferebat virtute reservationis predicte, et quia ille canonicus fuerat ca[pellanus] pape; et si Menius eam perdidit, et ita Seius eadem racione debet timere. Querebatur numquid capitulum laudunense possit petere a Seio cautionem de fructibus percipiendis amodo, si dicta prebenda laudunensis aufferatur sibi. Videtur quod non; per IIII res [*sic*, rationes?] inter alios (*sic*), etc. Item dicit Bernardus : Duo fratres ex eodem patre et matre contraxerunt matrimonium cum duabus sororibus ex eodem

Digitized by

patre et matre. Lata est suam [*sic*, sentencia ?] contra matrimonium inter unum et ejus uxorem, propter consanguinitatem. Queritur utrum ista sentencia prejudicet alteri fratri, et ejus uxori, qui non fuerunt in lite. Respondit Bernardus quod non. *Extrav. de prebendis, dilecto*, in fine [1]. Ad idem facit quod licet aliqua duo sint connexa, quamvis constet de uno, non tamen de alio; II. *q.* V, *interrogatum* [2]; *ad legem juliam de adulteriis, denunciasse*, §. *queritur* [3]. Et hoc notat Ber. *Extra. de adulteriis, c. significasti* [4]. Ad opponitum facit quod sentencia lata contra male ordinatum, facit contra ordinatorem, propter connexitatem, ut legitur et notatur LXXXI. *di., c. tantis Daniel* [5]. Item simile notatur III. *q.* VI. *c. hec quippe* [6], ubi sentencia pro destitutis lata nocet substitutis propter conecionem (*sic*); et eadem racione sententia lata contra electores prejudicat electo; *Extra. de electione, dudum* [7].

CXXV. Utrum decedente aliquo de cujus libertate dubitatur, curia ecclesiastica preveniens debeat facere inventorium, vel prepositus remensis domini se allegantis bona petentis.

Quedam mulier Remis decessit condito testamento, cujus arch[idiaconus ?] habuit preventionem, et cepit facere inventarium. Laicalis justicia remensis asserens eam fuisse servilis conditionis, voluit facere inventarium ad requisitionem cujusdam prioris, dicentis bona esse sua, jure manus mortue. Queritur nomquid possit? Videtur quod sic, per ea que notat *Durandus, in Speculo, de instru. edi. c. verbo*, verbo: *sed numquid judex secularis*. Nec obstat si dictura [*sic*, dicatur?] quod debuit inventarium expediri per illum qui inceperat. Arguit *ff. de quibus rebus ad eumdem eatur, l.* 1 et 2 [8]; vel debuit sorte dirimi; arguit *ff. de judiciis, sed cum ambo* [9], quia ex quo quilibet contendit se habere jus in solidum, quilibet per se potest uti jure suo; secus si dicerent jus esse commune inter eos; arguit *ff. de liberali causa, l. cognitio*, §. *si plures* [10].

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. V, c. 25.
[2] *Decret.*, par. II, caus. II, q. V, c. 24.
[3] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. V, l. 17, §. 6.
[4] *Decretal.*, lib. V, tit. XIII, c. 5.
[5] *Decret.*, part. I, dist. LXXXI, c. 3.
[6] *Decret.*, par. II, caus. III, q. VI, c. 10.
[7] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 22 et 54.
[8] *Digest.*, lib. XI, tit. II.
[9] *Ibid.*, lib. V, tit. I, l. 14.
[10] *Ibid*, lib. XL, tit. 12, l. 8, §. 1.

CXXVI. Utrum presentatus ad ecclesiam pupilli per tutorem preferatur presentatus per pupillum vel e contra.

Tutor pupilli patroni cujusdam ecclesie presentavit ad ipsam episcopo ydoneum. Postea pupillus presentavit ad eam ydoneiorem. Queritur quis debeat admitti pro presentato? A pupillo, facit *de officio custodis c.* II [1]; *de ab.* [*sic, appellationibus?*], *constitutis* [2], ubi dicitur quod melior et magis utilis ecclesie debet eligi. Item per [*sic*, pro?] hoc maxime facit Compostellanus dicens in *c. dudum.* I. *de elec.* [3] Sanitas autem eligentium non tantum in mente, vel intentione consistit, sed eciam in opere et effectu, ut per illa sanior dicatur non solum que non eligit indignum, seu que dignum eligit, sed que eligit digniorem; *Extrav. c. ecclesia vestra.* II [4]; VIII., *q.* I, *licet* [5]. Item dicit Compostellanus ibidem: Si autem neuter electus est indignus, ex una parte est numerus non multo major, ex parte vero minori eligentium auctoritas, et electi merita precellencia, tunc indubitanter pars minor est sanior, et electio partis majoris non valet, cum non sit sanior; quod requirit constitutio: *quia propter* [6] ..... et facit *Extrav. de testi., in presencia*, alias incipit: *in nostra* [7]. Ad idem faciunt ea que dicit dominus Hostiensis *de etate et qualitate, c. indecorum* [8]; videlicet quod quantum ad ecclesiastica, non requiritur patris seu tutoris vel curatoris auctoritas. Arguit *ff. ad Trebellianum, ille a quo*, §. *fin.* cum *l. se* [*quenti?*] [9]. Item dicit ibi quod compilatores canonum nullam rubricam apposuerunt de tutelis, vel curis, nec de pria po. [*sic*, patria potestate?] in libris suis; quasi innuant quod de istis materiis non est curandum in l. jure canonico, etc. Item multi sunt casus in quibus minor habetur pro majore, de quibus notat *Extra. de restitucione spoliatorum, ex parte* [10]. Ad op[positum?] facit quod tutor ..... datur ejus persone, et rebus, et potest facere quod majus est; et quod pupillus discretione caret. Item dicit decertum [*sic*, Decretum?] quod si

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. XXVII.
[2] *Ibid.*, lib. II, tit. XXVIII, c. 46.
[3] *Ibid.*, lib. I, tit. VI, c. 22.
[4] *Ibid.*, lib. I, tit. VI, c. 57.
[5] *Decret.*, par. II, caus. VIII, q. I, c. 15.
[6] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 42.
[7] *Ibid.*, lib. II, tit. XX, c. 52.
[8] *Ibid.*, lib. I, tit. XIV, c. 3.
[9] *Digest.*, lib. XXXVI, tit. I, l. 13.
[10] *Decretal.*, lib. II, tit. XIII, c. 14.

pupillus intret religionem, pater vel tutor potest eam extrahere, xx, *q.* II, *c. puella* [1]. Patet ergo quod eciam de spiritualibus et ecclesiasticis potest se intromittere tutor.

CXXVII. Apostoli refutatorii appellanti dati.

Sanctissimo patri ac domino, domino Johanni divina providencia sacrosancte romane ecclesie [et?] universalis ecclesie summo pontifici, officiales remenses ejus humiles et devoti filii, pedum oscula beatorum. Sanctitati vestre notum facimus, quod Egidius dictus Bines junior clericus, procurator promotoris curie belvacensis, necnon Jacobi dicti Heudoul, et ejus consortum in lite, nominatorum in actis, procuratorio nomine pro ei[s]dem ad sedem apostolicam apellavit, contra Johannem dictum Margicourt, clericum, a sentencia lata per nos pro eodem clerico contra partem adversam, ab audiencia reverendi in Christo patris domini episcopi belvacensis; et apostolos petiit a nobis cum instancia sibi dari. Nos autem parati, ut tenemur, facere quod jus dictat, apostolos testimoniales et refutatorios eidem concessimus, et concedimus; dantes sibi presentes litteras pro apostolis petitis. Et cum appellationibus frivolis justicia non deffërat, nec sit a judice defferendum, idcirco, pater sanctissime, communicato consilio peritorum, appellationem predictam frivolam reputantes, pro eo inter cetera quod dictus clericus quoddam factum peremptoriam coram nobis proposuit et probavit dilucide, per quod apparuit manifeste sentenciam latam contra dictum clericum per reverendum patrem predictum, a quo idem clericus ad nos appellaverat, infirmari debere, eidem appellationi manifeste frivole non duximus defferendum. Hec autem sanctitati vestre tenore presencium sub sigillo curie remensis presentibus hii[s] appenso, [etc.] Datum anno Domini, etc.

CXXVIII. [Questio.]

Quidam vovit intrare religionem. Intravit cum proponito exeundi. Queritur numquid sit liberatus a voto? Arguit quod notat XLI *di.*, *quisquis* in fine [2], ubi dicitur quod in omnibus rebus, non ex earum rerum natura quibus utimur, sed ex causa utendi, et modo appetendi,

[1] *Decret.*, part. II, caus. XX, quest. II, c. 2 [2] *Decret.*, part. I, distin. XLI, c. 2.

vel probandum est, vel improbandum, quid facimus; et notat ibi glos., quod pocius considerare debemus causam facti, quam ipsum factum. Sic XXIII, *q.* VIII, *occidit*[1]; XXIX *di.*, *sciendum*[2]; et arguit ad idem XXXII, *q.* IV, *origo*[3].

CXXIX. Utrum pactio facta ante decretalem : *Super cathedram*, eidem contraria post editionem decretalis : *Dudum*, tollatur.

Compositio facta fuit olim inter fratres Minores gand[inenses] ex una parte, et monachos S. Petri gand[inensis] ex altera, quod fratres, quorum locus situs est in patronatu monachorum, possent recipere annuatim ad ecclesiasticam sepulturam IIII^or^ corpora dumtaxat de patronatu monachorum. Postea condempnati fuerunt fratres per Bonifacium papam, ut dicitur, ad servandum hujusmodi paccionem. Postmodum facta fuit constitutio extravagans *Super cathedram*. Que inter dat [*sic*, interdicit?] fratribus liberam sepulturam, revocans omnes consuetudines, conventiones, statuta, et pacta, in quantum sunt contenta in ipsa constitutione, vel aliqui (*sic*) eorumdem contraria. Deinde facta fuit constitutio *Inter cunctas*. Ultimo facta est constitutio *Dudum, de sepultura, libro* VII[4], que revocat, *Inter cunctas*, et *Super cathedram* innovat et reponit in statu. Modo queritur numquid fratres teneantur dictam paccionem servare? Et primo videtur quod paccio non tenuit, tanquam facta contra jus divinum et humanum, et eciam publicum, necnon contra bonos mores, et ecclesiasticam libertatem; nam omni jure licitum est cuilibet eligere sepulturam quocunque voluerit, et alienam, sicut fecit Dominus noster, qui natus in Bethleem, sepultus fuit in Jherusalem, in sepulcro Joseph. *Extra., de sepul., c.* 1[5]. Cum igitur istud competat cuilibet de mundo, jus publicum est; unde videtur quod non valuit paccio, maxime in prejudicium aliorum. Immo quilibet de patronatu posset venire contra : *ff. de pactis, l. jus publicum*[6]; et forte hoc movit Bonifacium ad non bullandum sentenciam quam tulerat contra fratres; sed nec

[1] *Decret.*, part. II, caus. XXIII, q. VIII, c. 14.
[2] *Ibid.*, part. I, distin. XXIX, c. 1.
[3] *Ibid.*, part. II, distin. XXXII, q. IV, c. 5.
[4] *Clement.*, lib. III, tit. VII, c. 2.
[5] *Decretal.*, lib. III, tit. XXXVIII.
[6] *Digest.*, lib. II, tit. XIV, l. 38.

obstat *de paetis, c.* 1, *libro* VI [1], quod illa loquitur de pacto cum rectore parisiensis ecclesie facto, unde ~~servetur in suo casu~~ tantum. Non obstat eciam *c. quia ex eo, eodem titulo* [2], quod non loquitur de pacto facto super hec, sed super juribus parisiensibus, vel aliis articulis licitis et honestis, ut ibi patet expresse in textu. Sed ponamus sine prejudicio quod paccio tenuerit. Nonquid est revocata per *Super cathedram?* Dico quod sic; ibi : *Nos enim*, etc., ubi omnes conventiones, statuta, et pacta in contrarium edita revocat, immo cassat, et irrita nunciat. Preterea casum istum expresse determinat Cardinalis super dicto *c. quia ex eo,* in fine, dicens : Hodie est ista contestacio restricta quoad Predicatores et Minores, ut in extravaganti *Super cathedram*, §. *Hujusmodi quoque;* item per illam constitutionem res est reversa ad suam naturam, videlicet ad liberam se[pulturam] quam habent fratres, ut prius, non obstante pacto. Hoc autem de facile concedendum est. Arguit *ff. de pactis, l. si unus,* §. *pactus,* verbo : *quod et in specie* [3]. Non obstat *de constitutionibus, c.* 1, *libro* VI [4], ubi dicitur quod condendo constitutionem posteriorem, primam revocat, licet de ea non faciat mentionem, sed non revocat consuetudinem et statuta, cum consistant in facto, etc.; quia hoc verum est, nisi expresse caveatur in ea de consuetudine et statutis. Hic autem in constitutione *Super cathedram* facit mentionem expressam, eciam de conventionibus et pactis, et sic est pro nobis. Exempla multa similia possunt poni, ubi constitutio generalis revocat factum precedens, ut in juramento : *Extra. de jurejurando, c. uno* (sic), *libro* VI [5]. Item in consuetudine que reprobatur expresse per constitutionem sequentem generalem *de penitenciis et remissionibus, c.* 2 [6]; *de consuetudine, c.* 1 *et* 2 [7]; *de biga.* [sic, *digamis?*], *c. uno, libro* VI [8]. Item de pactis; *Extra. de hereticis, c. ut officium inquisitionis,* §. *denique* [9]. Item de statuto, et aliis predictis; *de elec., quia propter,* §. 2 [10]; *et libro* VI, *de elec., quia sepe,* et *c. cum non deceat,* in fine [11]. Sed contra;

[1] *Sext.*, lib. I, tit. XVIII.
[2] *Sext.*, lib. I, tit. IV.
[3] *Digest.*, lib. II, tit. XIV, l. 27, §. 2.
[4] *Sext.*, lib. I, tit. II.
[5] *Ibid.*, lib. II, tit. II, c. 1.
[6] *Ibid.*, lib. V, tit. X.
[7] *Sext.*, lib. I, tit. II.
[8] *Ibid.*, lib. I, tit. XII.
[9] *Ibid.*, lib V, tit. II, c. 11, §. 2.
[10] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 42.
[11] *Sext.*, lib. I, tit. VI. c. 40 et 30.

Digitized by Google

nam [*sic*, contrarium?] dicunt l[eges?] : Provisio specialis precedens vincit generalem sequentem : *ff. de alimentis legatis*, *l. alimenta*, §. *basilice* [1]; *ff. de legatis* III, *l. heres*, §. 1 [2]; et sic videtur quod conventio specialis facta inter fratres et monachos, vincat generalem provisionem *Super cathedram*. Solucio : Possum dicere quod provisio *Super cathedram* specialis est; quo casu ultima specialis vincit primam specialem. Item etsi deprieat [*sic*, secunda possit?] reputari generalis, tamen vincit primam per clausulam derogatoriam contentam in ea que cessat [*sic*, cassat?] omnia pacta, etc., sicut supra dictum est. Item non obstat quod obicitur de sentencia lata auctoritate apostolica super compositione servanda, que sententia non est revocata, etc.; quia non fuit sententia proprie loquendo; immo compositio, ut apparet ex sui tenore. Item illa sententia, talis qualis, fuit accessoria, et compositio principalis; qua sublata, sententia non potest habere vigorem per quam fratres fuerunt condempnati ad observationem compositionis, quia non invenit modo quid, vel super quo, valeat operari. Arguit *ff. de regulis juris*, *l. cum principalis* [3]; *Extra. de regulis juris*, *c. accessorium*, *libro* VI [4].

CXXX. [Questiones disputate Remis?]

Novicius in aliqua religione totaliter exempta infra tempus probationis deliquit. Queritur utrum ejus punicio ad prelatum ipsius religionis pertineat, vel ad ordinarium loci ad cujus forum prius pertinebat?

Constante matrimonio inter P. et M., nati sunt duo filii. P. in ultima voluntate istos duos, ut filios, heredes instituit, quemlibet pro dimidia. Mater post mortem P., in articulo mortis posita, dixit secundo genito, quod non erat legitimus, sed eum ex adulterio conceperat. Numquid illam partem hereditatis sana consciencia retinere potest? Ista questio disputata fuit apud fratres Minores remenses.

Ann. 1317. **CXXXI. Littera facta super licentia eligendi.**

Robertus miseratione divina remensis archiepiscopus, dilectis filiis

[1] *Digest.*, lib. xxxiv, tit. i, l. 16, §. 2.
[2] *Ibid.*, lib. xxxii, tit. i, l. 100.
[3] *Digest.*, lib. i, tit. xvii, l. 178.
[4] *Sext.*, lib. v, tit. xiii, regul. 43.

Digitized by Google

priori et conventui monasterii S. Petri de Altovillari, nobis spiritualiter et temporaliter immediate subjectis, salutem in Domino. Cum monasterium vestrum vacet ad presens et [*sic*, per?] obitum pie memorie Girardi quondam abbatis vestri, nos petitam a vobis licentiam eligendi per dominos Johannem de Sorceyo, et Johannem de Avelly, dicti monasterii monachos, procuratores vestros, ad hoc sufficienter instructos, prout in vestris litteris inde confectis plenius continetur, vobis liberaliter concedimus et benigne; vos attente rogantes, et exhortantes in Domino, quatinus talem personam in abbatem vestrum celeriter et concorditer eligere studeatis, qui monasterio vir[iliter?] in spiritualibus et temporalibus precesse valeat pariter et prodesse. Datum.

CXXXII. Supplicacio decani de Turribus supra Maternam facta abbati cluniacensi ut sibi remittatur pensio solita pro sterilitate que supervenit.

Venerabili in Christo Patri, domino N. Dei gracia abbati, monachis cluniacensibus, necnon diffinitoribus capituli generalis, prior seu decanus de Turribus supra Maternam, remensis dyocesis, ceterique fratres in eodem loco Domino famulantes, cum sui recommandatione, subjectionem et obedienciam omnimodam, tam debitam quam devotam. Quantis honoribus ab olim splenduerint ordo noster, et singula membra sua, quantisque privilegiis ab antiquis temporibus, et a quibus memoria non existit, fuerint insigniti, nemo sane mentis ignorat. Sed, proth dolor! antiquorum membrorum ipsius ordinis antiqua leticia modernis temporibus in amaritudinem est conversa, dum eorum privilegia infringuntur, jura, immunitates, et libertates antique, per vim majorem dampnabiliter enervantur. Sane licet felicis recordationis dominus Bonifacius, quondam papa VIII, in ordinatione quam fecit super quatuor milibus librarum turonensium parvorum percipiendis, ac eciam colligendis singulis annis in perpetuum, ad opus conventus, et ad exhonerationem abbatum cluniacensium, de fructibus, redditibus et proventibus aliquorum prioratuum eidem monasterio subjectorum, de quibus noster priora-

tus predictus de Turribus supra Maternam est unus, inter ceteros statuerit et ordinaverit, quod ipsi prioratus appellarentur, ex tunc in antea, decanatus, et quod hiidem decanatus, seu eorum fructus, redditus et proventus, ab omni decime et cujuslibet procurationis, impositionis et subventionis prestatione, essent exempti perpetue, et immunes penitus haberentur, prout in privilegio dicti domini Bonifacii plenius continetur, quod privilegium per sequentem mediate dominum Clementem papam, nuper defunctum, ratificatum ac eciam approbatum, nichilominus tamen per regalem potenciam excellentissimi principis domini regis Francie compulsi sumus, qua [*sic*, contra?], tenorem privilegii prelibati, C. libras parisienses annuatim de fructibus, redditibus et proventibus prioratus nostri predicti nomine decime a se[quenti] papa dicto regi concesse, quamvis ipsi fructus, redditus et proventus adeo fuerint tenues propter sterilitatem annorum preteriti et presentis, quod rex [*sic*, vix?] sufficieba[n]t ad victum nostrum dumtaxat. Cum igitur pastoralis cura debeat vos monere ut nobis lapsis succurrere debeatis, et ne labamur in posterum providere, et in cunctis necessitatibus nos fovere, more parentum; idcirco ad vestre sollicitudinis provisionem duximus recurrendum, vestre paternitati humiliter supplicantes, quatinus oportuno remedio dignemini nos juvare, ad hoc quod ea que a nobis contra dictum privilegium, sicut predicitur, sunt extorta, nobis reddantur; ut sic idem privilegium maneat illibatum. Insuper supplicamus ut intuitu pietatis nobis remittetis, saltem ad certum tempus, ratione sterilitatis predicte, et (*sic*) quam patimur, annuam pensionem in qua tenemur secundum ordinationem predictam, conventui antedicto, denco [*sic*, donec?] ubertas Domino redierit annuente.

CXXXIII. Plures versus pulcri facti super decretis [1].

. . . . . .

[1] Nous omettons ici trois cent sept vers dont chacun résume une distinction, ou une question du décret; ces vers sont différents de ceux qui se trouvent en tête des diverses éditions de cette partie du droit canon, mais comme ils ne se rapportent en rien à l'histoire de la ville de Reims, nous avons dû les supprimer.

Digitized by Google

CXXXIV. Conservacio privilegiorum cisterciensis ordinis [1]. 4 septembre 1308.

. . . . . .

CXXXV. Intimacio si quis se velit opponere contra electum seu electionem. Ann. 1318.

Robertus miseratione divina remensis archiepiscopus, dilecto filio decano christianitatis (?) remensis, salutem in Domino. Exposuerunt nobis religiosi viri fratres Galterus elemosinarius, et Adam prior de Grandiprato, monasterii S. Dyonisii remensis canonici regulares, procuratores prioris et conventus ejusdem monasterii sufficienter instructi, in presencia nostra constituti, quod vacante dicto monasterio per mortem bone memorie Reginaldi abbatis sui, prior et conventus predicti, fratrem Egidium de Hanonia preponitum (*sic*) dicti monasterii, a nobis petita et obtenta licencia eligendi, multis prehabitis tractatibus, in suum abbatem finaliter eligerunt (*sic*). Propter quod dictus G. et Adam, nomine procuratorio predicto, nobis humiliter supplicarunt, ut nos electionem prefatam, prout nostro incumbit officio, confirmare vellemus. Nos vero nolentes, ex arrupto et indeliberate, non discusso negocio, per repentinam confirmationem cito, contra doctrinam apostoli, manus imponere electo predicto, et procedere in negocio memorato, vobis mandamus quatinus ad monasterium predictum personaliter accedentes, in ipso monasterio insinuetis, intimetis, ac publicetis tam in generali, quam in speciali, si opus fuerit, publice et sollempniter, ut si qui sint qui se velint opponere contra dictam electionem, vel personam electam, aut processum super hoc habitum, et sua crediderint interesse, compareant coram nobis ad diem Martis post festum B. Andree apostoli, quam diem peremptorium terminum assignamus, tam dicto electo ad petendum confirmationem suam, quam omnibus apponere (*sic*) volentibus, opposituris et prosequturis quicquid proponere et opponere voluerint, cum intimatione quod sive veniunt (*sic*), sive non, nos ad confirmationem vel infirmationem dicte electionis, prout cano-

[1] Nous avons dû supprimer cette bulle, qui d'ailleurs ne contient rien d'intéressant, par les mêmes motifs qui nous ont fait rejeter les vers indiqués sous le numéro précédent. Voici les notes chronologiques de la bulle : Clemens.... Datum Avenioni, II non. sept., pontificatus nostri ann. IV°.

by Google

nicum fuerit, procedemus. Et quid inde feceritis, et nomina opponentium, si qui fuerint, ac alia presens mandatum tangentia, nobis rescribatis. Datum, etc.

CXXXVI. Numquid usurarius lucrum juste factum ex pecunia fenebri restituere teneatur?

Queritur numquid usurarius, lucrum quod acquisivit in mercatione justa, de peccunia usuraria, restituere teneatur? Ista questio disputata fuit apud fratres Minores, et ad eam respondit dominus J. de Monteclino; et videtur quod sic. Arguit ad hoc *Extrav. de usuris, cum tu, in fine* [1]; ibi dicitur: possessiones empte de tali peccunia debent vendi, et earum precia reddi hiis a quibus usure sunt extorte. Item notant ibi doc[tores?] quod speciale est in peccunia fenebri, quod res epata [*sic*, empta?] de ipsa, afficiatur, ita quod sit illius qui dedit peccuniam; sicut est in peccunia militis; *C. de rei vendicacione, si ut proponis* [2]; et pupilli, *C. arbitrio tutele, l.* 3 [3], et ecclesie, scilicet *de peculio clericorum, inquirendum* [4]. Ibi de hoc. Regulariter [*sic*, Allegatur?] contra *C. de rei vendicatione, si ex ea peccunia* [5]. Item difficile est ut habeant bonum exitum que malo incoata sunt initio, 1, *q.* 1, *principatus* [6]. Item ubi Christus non est fondamentum, non valet edificium, 1, *q.* 1, *cum Paulus* [7]. Item, si servus subjectus, heres institutus sit, dominus servi potest agere accione furti ad servum, et ad precium hereditatis; *ff. de furtis, si quis uxori, §. si servus* [8]. Ad opponitum facit in lege predicta *si quis, §.* « Si Ticius « alienam rem vendidit, et ab emptore nummos accepit, nummi non « sunt furtivi [9]. » Item, *l. qui vas, in fine* [10]. « Fur vendidit rem « furtivam, precium recepit, dominus sibi abstulit; tenetur furti, et « vi bonorum raptorum, quia quod redigitur ex re furtiva, non est « furtivum. » Item pro prima parte facit *ff. de petitione hereditatis, l. si et rem et precium* [11].

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. xix, c. 5.
[2] *Cod.*, lib. iii, tit. xxxii, l. 8.
[3] *Ibid.*, lib. v, tit. xi, l. 3.
[4] *Decretal.*, lib. iii, tit. xxv, l. 4.
[5] *Cod.*, lib. iii, tit. xxxii, l. 6.
[6] *Decret.*, part. ii, caus. i, quest. i, c. 25.
[7] *Decret.*, par. ii, caus. i, quest. i, c. 26.
[8] *Digest.*, lib. xlvii, tit. ii, l. 52, §. 9.
[9] *Ibid.*, §. 17.
[10] *Ibid.*, l. 48.
[11] *Ibid.*, lib. v, tit. iii, l. 23.

Digitized by Google

CXXXVII. Peticio in causa defloracionis.

Coram vobis, domine judex, proponit et dicit Maria contra Johannem, quod reus, actricem, boni nominis, honeste conversationis et fame, virginem existentem, stupro decepit, et eam virginitatis privilegio privavit, et defloravit, et partum in ventre ipsius adhuc existentem precavit [*sic*, procreavit?]; qui reus est homo dives ad valorem mille librarum, et premissa, vel eorum aliqua, legitime recognovit, et super hiis fuit et est publica vox et fama; quare petit actrix reum sibi per vos sentencialiter condempnari ad hoc quod ipsam accipiat in uxorem, et eam maritali affectione pertractet, vel eidem det pecuniam nomine dotis juxta conditionem actricis, ac statum et divicias rei, et maxime juxta modum dotis quam hujusmodi virgines accipere consueverunt.

CXXXVIII. Questio dubitabilis; utrum archiepiscopus possit admortizare feudum ab ipso tentum sine auctoritate pape.

Abbas S. Nichaisii, et quidam armiger, habent quoddam molendinum commune pro indiviso, apud Vrilli. Armiger partem suam tenet in feudum ab archiepiscopo. Qui armiger partem suam negligens, nichil vult apponere in refectione, sed oportet quod abbas solus totum faciat; et est armiger inhabilis ad conveniendum. Propter ista abbas vult emere partem armigeri, et petit consensum et admortisationem archiepiscopi, et capituli sui. Queritur numquid hoc possit fieri sine licencia pape? Videtur quod non, per ea que notat Hostiensis *de hiis que fiunt a prelato c. pastoralis* [1]; et *de rebus ecclesie non alienandis, c. ut super* [2]. Ad oppositum [etiam?] facit nota Hostiensis *de prebendis, extirpande*, §. *cum igitur* [3], super verbo : *conspectum quolibet*, [sic, *consuetudine qualibet?*] ubi dicit : « Qui ergo si episcopus semper tenuit ad manum suam decimam universam, et incuratus egeat, numquid potest incurato sine violacione juramenti assignare congruam portionem. Non videtur, quia non debet alienari; *Extrav. de rebus ecclesiasticis non alienandis, c. ut super*, §. *penult.* » Sed dic

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. X, c. 9.
[2] *Ibid.*, lib. III, tit. XIII, c. 8.
[3] *Decretal.*, lib. III, tit. V, c. 30.

quod ibi prohibetur alienacio voluntaria; hec autem est necessario facienda, ut patet ex premissis, et in hiis que notantur t[itulo] e[odem?] *exposuisti* super verbo *congrua* [1]. Sed nec alienare [dicitur?] is qui non transfert in extraneos, sed in suo, *ff. de legatis* II, *unum ex familia*, §. 2 [2]..... Ad idem faciunt plura exempla et jura inducta per Hostiensem *de hiis que fiunt a prelatis, cum apostolica,* super verbo *alienare* [3]; VII, *q.* 1, *Novacianus* [4]; et calumpna (*sic*) de loco ad locum in civitate translata, non videtur esse translata : *C. de edificiis privatis, si quis post hanc* [5]. Nec obstat si dicatur : non est necessitas; et sicut nichil faciunt ad propositum jura predicta, quia quantum ad hoc necessitas et utilitas equiparantur, ut dicto *c. exposuisti* [6], et 1, *q.* VII, *tali* [7], et ea que notantur *de rebus ecclesiasticis non alienandis, non* [sic, *nulli?*] *liceat* [8], scilicet causa necessitatis, utilitatis, pietatis, equitatis, incommoditatis, et dampni vitationis. Item juramentum generale non extenditur ad ea que sunt contra libertatem ecclesiasticam; *de jurejurando c.* 1, *l.* VI [9]. Item in quolibet juramento multa subintelliguntur, *de jurejurando, quemadmodum* [10]. Item non videtur dejerare qui ex causa legitima deserit juramentum. *ff. Qui satisdare cogantur, l. fin.* [11] Item dicunt [*sic*, dicit?] Innocencius *dicto c., ut super* [12], quod juramentum prelati de non alienandis rebus ecclesiasticis, intelligitur de hiis qui (*sic*) sunt in mensa sua; et dicit ibidem quod res data in feudum a prelato, non est de mensa ipsius, licet ad ipsum possit reverti.

CXXXIX. Citacio facta contra suffraganeum non obedientem capitulo remensi prout ex consuetudine debet.

Officialis remensis, omnibus presbiteris, etc. Ex parte decani et capituli remensis ecclesie nobis est conquerendo monstratum, quod licet de usu, consuetudine, et communi observancia ejusdem ecclesie, notoriis et antiquis, et a tempore a quo non est memoria observatis,

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. V, c. 33.
[2] *Digest.*, lib. XXXI, tit. I, l. 67.
[3] *Decretal.*, lib. III, tit. X, c. 7.
[4] *Ibid.*, part. II, caus. VII, quest. I, c. 6.
[5] *Cod.*, lib. VIII, tit. X, l. 6.
[6] *Decretal.*, lib. III, tit. V, c. 33.
[7] *Decret.*, part. II, caus. I, quest. VII, c. 17.
[8] *Decretal.*, lib. III, tit. XIII, c. 5.
[9] *Sext.*, lib. II, tit. II.
[10] *Decretal.*, lib. II, tit. XXIV, c. 25.
[11] *Digest.*, lib. II, tit. VIII, l. 16.
[12] *Ibid.*, lib. III, tit. XIII, c. 8.

Digitized by Google

omnes et singuli episcopi suffraganei remensis provincie, quando per ellectionem capituli cathedralis ecclesie, et confirmationem remensis archiepiscopi, ad episcopalem dignitatem sunt promoti, ante sui consecrationem, teneantur processum electionis sue, et confirmationis subsequte, remensi capitulo presentare, et per ipsum capitulum, examinato processu, approbationem et confirmationem ipsius ecclesie requirere humiliter et devote; eaque operata a dicto capitulo, ipsi electi, et confirmati, et per dictum capitulum approbati, et confirmati, postmodum per dictum archiepiscopum in episcopos consecrati, teneantur, consueverint, et debeant in remensi ecclesia professionem et obedientiam eidem ecclesie sue superiori metropolite et matrici, et capitulo ejusdem, facere et prestare, et propria manu subscribere, et in signum reverentie et honoris unam capam de serico carialem (*sic*) decenter ornatam eidem ecclesie cum devotione offerre, antequam ad suas cathedrales ecclesias valeant licite accidere (*sic*) et eas intrare. Quando vero ex provisione sedis apostolice, per summum pontificem, ad episcopalem dignitatem promoti sunt, et per eumdem pontificem, seu per alium de ipsius mandato, consecrati, teneantur, consueverint et debeant de consuetudine laudabili remensis ecclesie, antequam suam intrare valeant ecclesiam, ad superiorem metropolitam et matrem ecclesiam remensem prius accedere, et de sua promotione remensi capitulo fidem facere competentem, processusque suos omnes et singulos in capitulo legere, et, congrua fide facta de premissis, professionem et obedientiam debitam facere remensi ecclesie, et capitulo ejusdem; et in signum obedientie et honoris unam capam de serico corialem decenter ornatam eidem ecclesie cum devotione offerre. Et si aliquando ipsi, seu eorum aliquì, per remensem archiepiscopum confirmati, vel ex provisione sedis apostolice promoti, et per summum pontificem consecrati, seu per alium de ejus mandato, premissa facere omiserint, et, eis omissis, ad suam ecclesiam ad quam fuerint promoti prius accesserint, consueverunt et debent de hoc transgressu, inobediencia,.,.... una cum satisfactione premissorum, sue superiori remensi ecclesie, et ejus capitulo, cumdignam emendam facere, et prestare; et licet sic fuerit et sic a dictis temporibus observatum, dictique capitulum et eorum ecclesia sint et fuerint ab eisdem temporibus in possessione,

vel quasi, juris premissi, et habendi eadem, et remensi ecclesie a dictis suffraganeis omnibus et singulis exhibendi et prestandi, nichilominus *talis* episcopus ex provisionis (*sic*) sedis apostolice ad pastoralem dignitatem..... promotus, et per summum pontificem consecratus, capam hujusmodi ecclesie remensi tradere et offerre injuste et sine causa rationabili contradixit, et neglexit, in injuriam, dampnum, prejudicium, et gravamen ecclesie et capituli predictorum, et pro premissis eidem condignam prestare emendam; que non possunt dicti capitulum et ecclesia conniventibus oculis pertransire. Quapropter vobis omnibus et singulis, sub pena suspensionis precipiendo mandamus, quatinus citetis peremptorie coram nobis Remis, ad *talem* diem, dictum episcopum, omni reverencia que debetur, cum dicto venerabili viro super premissis et ea tangentibus responsurum, etc. [(] Super isto facto possunt petitiones plures formari secundum varietatem et diversitatem factorum (?) [)].

LIBER PRACTICUS

DE CONSUETUDINE REMENSI.

[PARS SECUNDA.]

CXL. De modo reprobandi testes, tam ratione persone, quam ratione dicti; et quod est in scriptis pronuntiandum ubi proceditur auctoritate ordinaria, secus ubi auctoritate delegata; et quod sentencia excedere non debet terminos peticionis.

Tercio fuit propositum contra Richardum quod interfuerat homicidio perpetrato de Henrico Buticulario, et ei opem et auxilium prebuerat. Pro parte Petri fuerunt quatuor satis concordes. Ad reprobacionem illorum fuerunt testes inducti a Richardo, quorum duo deponebant efficaciter quod tempore homicidii perpetrati, Richardus fuerat in camera quadam per matrem suam inclusus, et quod ibi eum continue viderant illa hora. Alii vero non ita efficaciter, quia licet dicerent, quod in inicio dum irent ad aggrediendum predictum Buticularium, vidissent illum inclusum in dicta camera, non tamen deponerent de visione continua; et icirco (*sic*) quia factum videbatur quasi excogitatum, prout erat propositum, et eciam testes a Richardo producti viles et subornati verisimiliter credebantur; item quia ad reprobacionem aliorum testium requiritur numerus major et eciam auctoritas, *Extra. de probacionibus, c. tercio*[1]; quia eciam in aliis pars Richardi multum suspecte se habuerat, ut supradictum est, et apparet ex tergiversacione quam fecit procurator ipsius in curia romana, prout ex actis apparet; propter hoc, et alia, de quibus supradictum est, reos absolvi ab impeticione actoris. Verum videbatur quibusdam quod ego debuissem dixisse

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XXX, c. 3.

in sentencia : « Dicto Richardo silencium imponentes. » Sed istud non fuerat ex parte reorum petitum, unde steti in finibus sue conclusionis, seu peticionis. In scriptis sentenciam tali, quia non nitebatur jurisdictione ordinaria. Item ut possem pronunciare, volui quod fieret michi commissio simpliciter, et in commune; et ad majorem cautelam, fuit scriptum, quia cognicioni ac diffinicioni talis cause, *etc.* Idcirco, *etc.*

CXLI. Utrum expediat testes producere, una cum confessione adversarii, propter revocationem erroris que alicociens fieri solet.

Licet actor probaverit intencionem suam per confessionem adversarii, tamen expedit quod eam probet per testes, ne forte errore revocato, remaneret intentio non probata; sed certe revocato errore, deberet actori restitui probatio ex clausula generali : Si qua, etc., nisi dilationes sufficientes habuisset ad probandum; et licet probaverit directe contrarium sue confessionis facte etiam super principali, et ad istum finem admittatur etiam post attestaciones publicatas, ad revocacionem erroris solum proderit, non autem ad attestaciones testium impugnandas.

CXLII. Utrum sit differentia ubi aliquis conqueritur de injusta excommunicatione per viam querele, vel per viam appellationis [1].

Reffert an procedatur per viam simplicis querimonie conquerendo de injusta, quo casu solum inspiciendum est an processus prioris judicii fuerit legitimus, et tunc licet fuerint aliqua omissa que debuissent proponi, non tamen retractabitur quod est factum; et hoc puto verum esse si diceretur injusta sententia ex ordine, secus si ex causa, vel ex animo; quia quanquam judex monuisset legittime de aliquo agendo, si non erat agendum, retractabitur sentencia : an procedatur per viam appellacionis, quo casu cum non propositum liceat proponere, non probatum probare, licet processus prioris judicii fuerit legitimus, tamen propter

[1] En marge, ces mots : *Nota quod sequitur*, ont été tracés par une main étrangère.

Digitized by

proposita et probata de novo in causa appellationis, poterit quod actum est in priori judicio retractari.

CXLIII. Si aliquis appellans probet allegasse se impedimentum, et non fuisse admissum, et tamen non probet se fuisse reputatum contumacem tunc, utrum sufficiat ad pronunciandum appellationem canonicam.

Appellavit quidam procurator, pro eo quod, cum pro parte sua impedimentum sufficiens allegasset, et obtulisset se probaturum, judex eum admittere recusavit, et partem suam contumacem, cum non esset, reputavit. Probavit quod allegaverat impedimentum. Item quod non fuerat admissus; sed non probavit quod pars sua fuisset contumax reputata. Tamen pronunciavi canonice appellatum, quia hoc ipso erat gravatus, et via contumacia [*sic*, contumacie?] aperta.

CXLIV. Utrum promissa idempnitate, quod est factum, possit concludi ad certam pecunie summam.

Promittere idempnitatem est promittere factum, et ideo non bene concludit petitio si petat decem; immo debet petere quod indempnis conservetur ut est promissum, licet stipulator decem solverit alteri cui se obligavit ad instanciam promissoris idempnitatis.

CXLV. Utrum aliquis procurans clericum adjornari, capi, et loco persone poni pignora, teneatur ad restitutionem, vel ad hoc quod curet clericum restitui ad bona loco corporis substituta; et utrum si clericus pro laico publice teneatur, faciens eum capi excusetur saltem ab expensis.

In causa Johannis Testart civis seu opidani duacensis, et Roberti clerici, cum dictus clericus proposuisset quod dictus Johannes clamum fecisset de eo coram laicali justicia, et occasione hujus clami retentus fuisset, et necesse habuisset ponere in pignus penes dictam justiciam quatuor cifos valoris certi, et quamdam summam pecunie, petebat idem clericus dictum Johannem condempnari ut dictus Johannes eidem cle-

rico predicto, cifos et pecuniam restitui faceret et procuraret, et quod adjournacionem revocari faceret sine custu et dampno ipsius clerici, et in expensis condempnari reum; actor probavit se clericum. Reus ad sui deffensionem proposuit et probavit quod idem Robertus mere laicus, et pro mere laico se gerebat et communiter habebatur. Judex condempnavit reum ad restitucionem, et in expensis, et in ceteris absolvit.

Nos vero quoad primum articulum sentenciam emendantes, et quantum ad prolacionem retractantes, condempnavimus reum actori, ut predicta pignora dicto clerico restitui faceret et procuraret. Longe reffert an aliquis teneatur restituere, an teneatur curare ut restituatur; *ff. si certum petetur, l. fin.*[1] Quantum ad articulum de condempnacione expensis, sentenciam retractavimus propter justam ipsius rei ignorancia, que apparere potest et presumi ex eo quod ille actor pro laico publice se gerebat. Quoad articulum de adjornacione, confirmavimus sentenciam; et cave quod ad confirmacionem me movit quia petebatur revocari adjornacio sine custu et dampno; quia cum reus non peccasset faciendo eum adjournari coram justicia laicali, propter justam ignorancia, ut est dictum, non tenebatur custum revocacionis subire.

CXLVI. Utrum arbiter, vel arbitrator, super discordia fundi mota super fundo, possit alteri partium fundum totum, et alteri pecuniam loco fundi, adjudicare.

Mota est discordia inter duos de quodam fundo quem quilibet illorum ad se pertinere asserit. Super ista discordia compromissum factum est in quemdam arbitrum. Arbiter pronunciat quod alter litigantium habeat fundum, et alii det decem. Queritur numquid hoc possit in vero arbitrio? Dicunt quidam quod non, quia arbitria stricta, unde cum sit compromissum de juribus cujusque in fundo, non de prestacione aliqua personali, de ea pronunciare non potest; *ff. de arbitr., non distinguemus,* §. *nec de officio*[2], nisi in accessoriis et contiguis; ut notat Innocentius in canone, *Extrav. de arbitriis, c. ex parte*[3]. Sed videretur

[1] *Digest.*, lib. xii, tit. i, l. 42.
[2] *Ibid.*, lib. iv, tit. viii, l. 32, §. 15.
[3] *Decretal.*, lib. i, tit. xliii, cap. 10.

Digitized by Google

contrarium quia dacio peccunie ut estimacionis rei non videtur aliud ab ipsa re, seu prestacione, sicut in fidejussoribus dicimus; *ff. de fidejussoribus, l. si fidejussores* [sic, *si ita fidejussorem?*] '....,.

CXLVII. Utrum consuetudo....., quod pro installationibus detur aliquid honorabile archidiacono installanti, extendatur ad monasteria in quibus fuisse non probatur, ex quo in vicinis probatur fuisse.

Archidyaconus laudunensis pro installationibus abbatum [et?] abbatissarum in diocesi laudunensi unum palefredum ricepere (*sic*) consueyit; accidit quod quedam abbatissa in quodam monasterio tempore tanto vixerat quod de institutione sua vix poterat haberi memoriam; ea mortua, subrogatam abbatissam idem archidyaconus installavit, et petit palefredum ab illa. Illa se defendit, et dicit : « Non debetur palefredus de jure scripto, nec de consuetudine, quia consuetudo per usum inducitur, et vos, domine archidyacone, non in nostro monasterio recepistis aliquid pro installatione; quare, etc.; » et suppono quod usus illius consuetudinis in illo monasterio non possit probari. E contrario dicit archidyaconus : « Ista est consuetudo prescripta in locis circumvicinis, et similis condicionis; quare et in isto monasterio idem debet esse. » Certe videtur mihi quod cum ista consuetudo nitatur et ratione, et honestate, scilicet ut ei qui laborat detur aliquid honoris et remunerationis gracia, sicut est in advocato qui etiam salarium habebat antiquitus de publico, in milite inhabitantis (?) militie et armate, ut *ff. de rei vendicatione, l. item si verberatum*[2]; *Extra. de vita et honestate clericorum, cu. s apln.*[3]; et *Cod. de postulando, quisquis*[4]. Satis videtur quod debeat fieri extensio ad loca similis condicionis, et pro hoc *glossa Innocentii, Extra. de officio archidiaconi, c. si*[*gnificasti*][5]. Item hoc non est consuetudinem protrahere, nec aliquid in illo monasterio de novo inducere, sed magis taxationem remunerationis que per consuetudinem inducitur ad alium

[1] *Digest.*, lib. XLVI, tit. I, l. 42
[2] *Ibid.*, lib. VI, tit. I, l. 15.
[3] *Decretal.*, lib. III, tit. I, *forte* can. 10 : *Cum* ab omni *specie* mali *apostolus*.
[4] *Cod.*, lib. II, tit. VI, l. 6.
[5] *Decretal.*, lib. I, tit. XXIII, c. 8.

locum extendere; quod fit facilius, sicut dicimus in illa questione : Statutum est in civitate ista quod quicumque alium cum cultro percusserit solvat decem; quidam advena transiens in civitate ista aliquem percutit cum cultro, numquid tenebitur ad decem? Dico quod sic; nec hoc est statutum ad extraneos trahere, sed magis penam delicti taxare. Et hoc notat ratio (?); *Cod. de summa Trinitate et fide catholica, l.* 1[1].

CXLVIII. Utrum officiales remenses possint compellere baillivum capituli remensis ut exequatur eorum sententiam, vel missionem in possessione bonorum sitorum in eorum jurisditione.

Cum decrevissem actricem quandam, propter contumaciam adversarii, mittendam esse in possessionem rei de qua agebatur, et cum res illa esset in terra capituli remensis, monui ballivum capituli ut actricem in possessionem mitteret. Dicebatur quod non tenebatur parere, quia in temporalitate nobis officialibus non subest. Dicebam contra; nam secundum jura unus judex alterius sententiam debet et tenetur exequi; *Cod., de judiciis, properandum,* §. *sin autem reus*[2], et notat *ff. de bonis auctoritate judicis possidendis, l. cum unus,* §. *is qui*[3]. Cave non segniter tenetur exequi, ergo potest ad hoc per me compelli, immo per superiorem suum compelletur; sed certe cum nos officiales illius baillivi superiores simus, et idem baillivus in non parendo delinquat, poterimus contra eum procedere et eum compellere, et hoc indubitanter videtur; immo et in quocumque alio judice temporali hoc idem videtur quod per episcopum cogi possit, ut ipsius episcopi sententias exequatur : *ff. de re judicata, a divo pio,* circa principium, ubi dicit : *jussi presides*[4]; et melius *Extra. de clericis maledicis, c. fi*[*nal*][5]. Et breviter, etiamsi juris deficeremus, hoc necdum in remensi dyocesi, sed et in tota provintia, optinemus, de longissima consuetudine et prescripta.

[1] *Cod.*, lib. I, tit. I, l. 1.
[2] *Ibid.*, lib. III, tit. I, l. 13, §. 3.
[3] *Ibid.*, lib. XLII, tit. V, l. 12, §. 1.
[4] *Digest.*, lib. XLII, tit. I, l. 15, §. 1.
[5] *Decretal.*, lib. V, tit. XXVI, c. 2.

Digitized by Google

CXLIX. Utrum in sponsalibus et in matrimonio inspiciatur probatum, lieet non propositum; et utrum peccatum in legem sponsalium cum consanguinea alterius, aliquid, et quid, operetur; et qualiter mulier, permittendo se cognosci, videtur renunciare exceptioni de peccato in legem sponsalium.

Quidam petebat quandam sibi adjudicari in sponsam, nitens ex solis sponsalibus, et petebat eam compelli ut cum ea matrimonium contraheret et contractum sollempnizaret; mulier excepit quod peccaverat in legem sponsalium cognoscendo post sponsali[a] quandam consanguineam illius mulieris; hoc probavit et fuit absoluta, Appellatum fuit. In causa appellationis proposuit vir appellans, quod ante tempus illud de quo testes videbantur deponere, quod cognovisset consanguineam illius quam petebat in sponsam, ipsam ream post sponsalia cognoverat carnaliter, et sic cum esset matrimonium presumptum, non potuit di[s]solvi per hoc quod ejus consanguineam postea cognovisset. Dicebatur e contrario: Sit ita quod prius cognovisset sponsam, tamen postea cognoscendo consanguineam peccavit in legem matrimonii, quod sufficit ad di[s]solvenda sponsalia, nec actenditur quod sit matrimonium presumptum, ut dictum est, quia de hoc non est actum, sed solum de sponsalibus. Sed adverte si diceretur solum peccasse in legem sponsalium cognoscendo quandam extraneam, cum ipso facto non sint dissoluta sponsalia, sed di[s]solvenda per exceptionem. Si opponatur istam exceptionem se permittendo cognosci, sive antea, sive postea, remisisset (*sic*); sed plus dicit, scilicet quod cognovit consanguineam, quo casu sine dubio non est rea compellenda contrahere cum illo, immo etiam si cum extranea se immiscuisset post matrimonium verum vel presumptum, non esset compellenda ad sollempnisationem matrimonii, nisi eum postea sibi reconciliasset. Cave tamen quod nichilominus esset facienda adjudicatio, sive extraneam sive consanguineam diceretur carnaliter cognovisse, ut saltem, veritate cognita per sententiam, non possent latenter ad illicita connubia convolare.

CL. Utrum officialibus remensibus subdelegatis auctoritate apostolica, quilibet eorum in solidum subdelegatus videatur,

ut procedere possit sicut potest solus auctoritate officii officialatus.

Quidam delegatus a papa vices suas commisit officialibus remensibus, non expressis propriis nominibus, isto modo : « Viris discretis officialibus remensibus, etc. » Videbatur quod unus solus posset procedere, quia videbatur eis facta commissio ratione officii, cum non sint expressa propria nomina; et de ratione officii sui est, cum sit unum et individuum, quod unus solus potest procedere; puto contra[rium?], cum sub plurali numero facta fuerit commissio, et jam non procedant auctoritate ordinaria, sed delegata.

CLI. Utrum exceptio excommunicationis obstet illi qui dicit se agere ad finem, quod illud quod consequtus fuerit cedat in solutum debiti pro quo excommunicatus est; et utrum spoliato agenti ad restitutionem, obstet; et utrum agenti, ut absolvatur, obstet.

Quacumque actione quis agat, etsi conqueratur aliquis se bonis omnibus spoliatum, sive dicat se agere ad illum finem ut quod fuerit consequtus, ad sui liberationem et absolutionem proficiat, semper tamen obstat excommunicationis exceptio, nisi directo agat ad absolutionem.

CLII. Si judex fert excommunicationis sententiam in inobedientes, et mandatum tamen est illicitum, quid facere habeat presbiter a quo petitur quod exequatur.

Curatis parrochialibus cum ad eos aliqua deveniunt mandata illicita, et judex fert in eos sententiam excommunicationis si fuerint negligentes, damus in consilium quod ipsi appellent, et illa mandata quatenus sunt illicita non exequantur. Certe, licet precedat appellatio sententiam excommunicationis, seu ipsam excommunicationem, si non prosequatur appellationi tenebit excommunicatio, quia fingentur non appellasse, ut hoc notat Innocentius, *Extra. de appellationibus*,

c. sepe[1]; sed Ber.[2] notat ibi contrarium, et sic periculosum est eis si non prosequantur. Vide..... *de sentencia excommun., c. licet, lib.* VI°[3].

CLIII. Qualiter maliciose obmittens excipere in expensis condempnatur, et qualiter quantum ad expensas inspicitur improbitas litigii, et non aliter, extra judicium perpetrata; et qualiter expensas quas aliquis non consequi potest per sententiam, aliquociens peti possunt per actionem de dolo.

Quidam petebat quandam mulierem sibi adjudicari in uxorem, allegans consensum mutuum de presenti, quem probavit; et optinuit, reservata questione expensarum. Rea condempnata appellavit, et proposuit quod ante conventiones de quibus actum fuerat in priori judicio, cognita fuerat a consanguineo actoris in gradu prohibito, et probavit; et propter hoc fuit sententia prioris judicii reformata. Hoc queritur de expensis utriusque judicii: Quantum ad expensas prioris judicii est condempnanda ratione victorie actori, quia victus victori, etc.? Quantum ad expensas secundi judicii videtur condempnanda propter probabilem causam et ignorantiam actoris appellati, et propter reatum appellantis, et quia maliciose videtur distulisse proponere istud factum? Unde antiquitus differens proponere sententiam excommunicationis, condempnabatur in expensis. *Extra. de exceptionibus, c. exceptionem*[4]: hodie non ita, ut in *c. pia, lib.* VI°[5]. Dico contra, quia licet improbe egerit contrahendo post carnalem copulam cum consanguineo, non tamen improbe littigavit, immo bene fecit proponendo, et improbitas litigii in expensis condempnat, non alia, licet propter aliam improbitatem posset condempnari ad dampna et expensas actione de dolo; nec actor etiam condempnabitur ad hujusmodi expensas, tum quia appellatus qui non solet in expensis condempnari, tum quia justam ignorantiam habuit. Sed si reus obmitteret proponere exceptionem donec actor intentionem probasset, dum tamen esset talis exceptio quod

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVIII, c. 44.
[2] Sans doute Bernard de Compostelle, auteur de la *Compilation romaine*.
[3] *Sext.*, lib. V, tit. XI, c. 14.
[4] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVI, c. 12.
[5] *Sext.*, lib. II, tit. XII, c. 1.

actor presumeretur habere noticiam sicut reus, sicut in exceptione pacti de non petendo, quod actor reo fecisset, dicerem, reo propter ipsam exceptionem absoluto, actorem in expensis tocius cause esse condempnandum; sed si ipsi reo soli esset tantum cognita seu nota exceptio, sicut in casu nostro, dum tantum rea scisset consanguineitatem, quia commiscionem sui carnalem non poterat probabiliter ignorare, dicerem quod quatenus rea pars maliciose retardasset eam proponere, ipsam condempnari debere in expensis, licet in principali absoluta fuisset.

CLIV. Utrum citatus visurus taxationem expensarum, non veniens, possit contumax reputari; et utrum venditor citatus visurus denunciationem emptoris, non veniens, contumax reputetur.

Item nota quod ubi quis citatur ad certam diem visurus taxationem expensarum, si non venerit, non debet contumax reputari, nec littere contumacie contra eum recipi debent, quia et sine eo potest taxari, nec ipse tenetur venire, et magis est denunciatio quam citatio, sicut ubi citaretur venditor ut videret litem que moveretur emptori de re empta; sed ubi teneretur venire, licet eo non veniente posset procedi sicut in actore vel reo contumace, si non veniret, posset contumax reputari.

CLV. Utrum dicens se appellasse propter gravamina infra adnotata, et in modum qui sequitur, et postea scribens appellationem de verbo ad verbum sufficientia gravamina continentem, aptum libellum faciat; et utrum referat annon admittatur procurator, an raciones rejiciantur.

Quidam formavit libellum in causa appellationis a gravamine isto modo : « Dicit talis contra talem quod ipse, propter causas et gravamina inferius annotata, et in modum qui sequitur, appellavit; » et postea subiecit appellationem de verbo ad verbum, et continebat gravamina sufficientia; videbatur quod libellus non procederet, quia non dicebat illa gravamina sibi esse illata, sed tantum subiciebat modum

Digitized by Google

appellandi. Sed certe libellum admisi, quia subjecta appellatio et gravamina et modum appellationis continebat, ... ac si dixisset : « Appellavi propter gravamina talia, scilicet quod judex me legitime instructum, offerentem me ad deffensionem *talis*, non admisit, » vel quid simile, « et appellavi in modum qui sequitur, » ita ut fieret relatio ad causam appellationis, et ad modos. Et multum refert utrum judex non admiserit procuratorem legitime instructum ad deffensionem, quo casu nichil aliud probare oportet; sed hoc solum sufficit an admiserit ad defensionem, sed rationes propositas non admiserit, quo casu debet constare de rationibus non admissis, et quod essent valide et efficaces.

CLVI. Utrum in instrumentis sigillatis sigillo auctentico, sint necessarii dies et consul; et utrum de consuetudine sufficiat apponi mensem confecti instrumenti, licet incertum, utpote aprili, cum sint menses duo apriles.

In causa de Felines, reputavimus instrumentum de renuntiatione validum esse, licet non continerentur in eo dies, et consules, et alia de quibus cavetur *in Auten. ut preponatur nomen imperatoris per totum* [1], quia illam intelligimus de instrumentis que sui completionem et auctoritatem totaliter sumebant ab ipso tabellione, et ex sui forma; secus in illis que ex appositione sigilli. Item et de consuetudine non requiruntur predicta. Sufficit enim quod tale instrumentum mensem contineat, et valeret instrumentum licet mensis esset incertus, ut cum duo menses apriles esse contingeret in eodem anno, quia non esset rationabile simplicitatem scriptorum non distinguentis de quo mense vitiare instrumentum; et per hoc apparet quod ad reprobationem instrumenti, oporteret probare quod dicta domina Maria contra quam producebatur instrumentum fuisset absens utroque mense aprili, ex quo non apparebat de quo mense loqueretur instrumentum.....

CLVII. Utrum hec verba : Non dimitterem te pro pejore vel meliore, nec habebo alium donec te habuero, faciant sponsalia.

[1] *Auth.*, coll. v, tit. II, novel. 47.

Hec verba : « Non dimitterem te pro pejore vel meliore, nec habebo alium donec te habuero, » etiam e contrario altero idem promittente, non generant sponsalia, seu matrimonium, nec alter potest contra alterum agere, nisi cum alter se obligare vult fortiori vinculo cum tercio; et tunc agit ut conventiones servet, sed potest modo ad interesse; et tenent sponsalia cum alio contracta, per que sponsalia rumpuntur conventiones prime.

CLVIII. In causa matrimoniali proceditur tempore feriato, sed contra testes non impetratur contumacia, sed diligentiam debet facere producens; et utrum post quartam dilationem debet dari alia dilatio in causa que estimationem recipit, et ubi testes sunt solvendo.

In causa matrimoniali in qua proceditur tempore franco [*sic*, feriato?] propter messes, si citentur testes ad probandum, et incidat dies tempore franco, et non veniant testes, non proceditur contra eos, et habet probare diligentiam volens aliam dilationem; sed si non faciat diligentiam probare volens de producendo et citando testes suos, non habet aliam dilationem. Item post quartam dilationem, solempnitate feriata testibus vocatis et non venientibus, si agatur de re que estimationem non recipit, possunt peti quinta et alie plures arbitrio boni viri; si autem agatur ad rem que estimationem recipit, non credo dandas alias dilationes post quartam; sed agere potest probator ad interesse contra testes qui vocati non venissent, si sunt solvendo; alias restituitur (?) ex clausula : Si qua mihi justa causa videbitur.

CLIX. Utrum reus proponens multa, et aliqua probans, et aliqua non, victoriam tamen obtinens, vel nichil probans et victus, debeat, et quando, in expensis condempnari.

Si reus ad sui deffensionem aliqua proponat et non probet, non statim ad expensas condempnatur, quia super eis non pronunciatur, sed super principali; et tunc in expensis condempnabitur ratione victorie; sed si plura proponat, et aliqua probet et obtineat, et aliqua non probet, quantum ad expensas habebitur ratio non probatorum.

CLX. Utrum die feriata possint examinari testes et utrum possit subdelegari, etc.

Examinare testes secundum aliquos non est nudum ministerium, et ideo die feriata fieri non potest; nec potest delegari ab eo qui su[b]delegare non (*sic*) potest; alii e contrario, et verius.

CLXI. Utrum a monitione appelletur, et utrum die feriata fieri possit, et utrum a copia die feriata denegata appellari possit.

De monitione, cum non haberet sententiam annexam, seu comminationem sententie annexam, dicebatur quod non refert, quia in peremptorio edicto comminatio non est de esse (*sic*) : *ff. de re judicata, l. contumacia* [1]; contrarium videtur *ff. de judiciis, l. in peremptorio* [2]. Item licet a comminato gravamine, vel a gravamine verisimiliter suspicato, possit appellari, non tamen videtur rationabile quod aliquis appellationem prosequatur, donec gravamen fuerit subsequtum : et sic non fuit in casu nostro [3]. Verumptamen quia monitio saltem habet vim precepti, si injuriosa sit, potest appellari; quia aliter si non pareretur monitioni, paratum est gravamen. Dicebatur quod, ex quo monitio processerat die feriato, et per consequens eodem die peti poterat copia; et imputetur ei qui provocavit; *ff. si quadrupes pauperiem fecisse, l.* 1, §. *cum arietes* [4]. Sed certe istud esset probabile dicere in rebus ejusdem generis; sed hic secus : quia alterum non mecanicum, ut monere verbo tenus, sicut hoc fuit; alterum mecanicum, sicut in scripturam redigere et scriptum dare. Et ideo quoniam inveni quod monitio legitime processerat, tamen quia generaliter facta ne major et jurati procederent contra personas commorantes in loco de Trinitate, quem locum apparet manifeste ex depositionibus testium officialis, ad ipsius officialis et capituli jurisdictionem pertinere, ratione delictorum ibidem perpetratorum; idcirco quantum ad

[1] *Digest.*, lib. XLII, tit. I, l. 55.
[2] *Ibid.*, lib. V, tit. I, l. 71.
[3] Le cas dont il s'agit n'est indiqué qu'à la fin de la question.
[4] *Digest.*, lib. IX, tit. II, l. 1, §. 11.

illum articulum prioris judicii, sententiam confirmavi [*sic*, infirmavi?]; quantum ad alium articulum de copia denegata confirmavi; causam principalem, si que sit in curia, retinentes idcirco dubitative, quia forte non apparet ex actis quod ille persone commorarentur in loco de Trinitate, et quod commisissent illud delictum quod commiserant, seu commisisse dicebantur, in loco de Trinitate; unde, licet fuerit justa monitio ex sui conceptione, non est forte justa, inspecta veritate.

CLXII. Utrum probata traditione rei, presumatur quod cum causa, et non donatio; et quod modica presumptio de certa causa, una cum juramento, sufficiat ad probationem certe cause.

Ubi aliquis tradit simpliciter rem, presumitur quod cum causa, incerta tamen, nec presumitur donatio; et modice presumptiones super aliqua causa certa, una cum juramento delato, sufficerent; pro hoc glosa *ff. si certum petetur, l.* 2, circa principium [1]. Ubi aliquis repetit rem suam, si probetur quod de voluntate sua reus eam habuerit, absolvitur reus.

CLXIII. Utrum appellatione beneficii contineatur dignitas, et in quibus casibus.

. . . . . .

CLXIV. Utrum fama inquisitionem precedere, vel cum ea esse, debeat; et utrum testes singulares probent usurarium, vel jurisdiccionem et famam.

In negocio inquisitionis, debet fama precedere inquisitionem; nec sufficit famam esse tempore quo inquiritur. Testes singulares non probant usurarium, licet jurisdictionem et famam probent, ut notat Innocencius, *Extrav., de accusationibus, c. qualiter et quando* [2]. Sed illa glosa Innocencii non haberet locum ubi ageretur de aliquo puniendo, notat Innoc. *Extrav., de presumpcionibus, c. finale* [3].

[1] *Digest.*, lib. XII, tit. I.
[2] *Decretal.*, lib. V, tit. I, c. 17.
[3] *Decretal.*, lib. II, tit. XXIII, c. 16.

Digitized by

CLXV. Utrum apothecarius probans traditionem, non venditionem, agens ex vendito pro re in qua est vulgari acceptione precium certum, optinere debeat; et utrum, et quid, operentur verba peticionum in quibus dicitur : non astringens.

Quidam apothecarius formavit libellum : « Teneris mihi in tanta summa pecunie pro speciebus tibi venditis, traditis, et deliberatis. » Probat traditionem et deliberationem ; non probat conventionem expressam de certo precio. Queritur numquid probavit intencionem? Videtur quibusdam quod non, quia venditio certum precium requirit. Credo quod, ex quo ille consuetus est vendere merces suas, quod eciam debet probari, nec apparet de alio contractu, debet presumi venditio, ubi in mercibus esset certum precium exstimacione communi, sicut videmus quod communiter scitur quanti valet libra piperis, gigimbri, et aliarum specierum ; quia de isto precio tacite inter eos convenisse videtur, potissime attenta consuetudine patrisfamilias argumento *ff. si certum petetur, l. cum quid* [1]; *de usu et habitacione, l. plenum*, §. *aquisii* [2]. In illis vero mercibus in quibus non est vulgali (*sic*) acceptione certum precium constitutum, sicut in sirupis, lignis, et similibus, videretur agendum prescriptis verbis, quia non possimus fingere certum precium ubi non est : *ff. de prescriptis, l. si tibi polliendа* [3]... Sed qualiter excusabitur libellus ubi dicit : venditis? Responde quod in fine dicitur : Non astringens, etc. ; et sufficeret probare traditionem et deliberationem. Istud tamen dubium reputo.

CLXVI. Qualiter est pronunciandum quando probata est a reo exceptio.

Petis a me decem ex causa mutui. Lite non contestata, excipio de pacto de non petendo, et probo lite contestata; super proposita exceptione, silentium imponetur actori, et pronunciabitur pactum esse probatum.

CLXVII. Utrum sit defferendum appellationi a diffinitiva

[1] *Digest.*, lib. XII, tit. I, l. 3.
[2] *Ibid.*, lib. VII, tit. VIII, l. 12, §. 4.
[3] *Digest.*, lib. XIX, tit. V, l. 22.

Digitized by Google

nisi super notorio crimine, et ubi est deffectus irreparabilis; et utrum in appellacionibus ab interloqutoriis.

Cum appellatur a diffinitiva, deferendum est appellationi, quia quantumcumque quis fuerit juste condempnatus secundum acta prioris judicii, tamen per aliquam exceptionem quam omiserit in priori judicio, poterit in causa appellacionis relevari; et hoc nisi pro manifesto crimine esset quis condempnatus; *Extrav. de appellacionibus, c. cum sit romana,* ad finem [1]. Et idem crede[re]m ubi esset defectus evidens et inreparabilis, ut si libellus non procederet per evidentem defectum. Sed quando ab interloqutoriis appellatur, potissime que juris est, si videatur appellatio frivola, non est deferendum.

CLXVIII. Utrum arrestatus per prepositum remensem ad instanciam alicujus, contra eum agi (*sic*) possit actione injuriarium; et utrum probata per actorem una causa aresti, admitti debeat reus ad probationem alterius cause.

Quidam agebat injuriorum (*sic,* actione); quia dicebat quod reus fecerat eum arrestari per prepositum remensem, suggerens ei, et falso, quod dominus Guido hoc sibi mandabat. Publice actum. Reus ad sui deffensionem proposuit, quod ex justa causa eum arrestari fecerat, scilicet alia causa ab illa que videbatur probata. Videbatur simpliciter admittendus, quia sufficit si probetur una causa justa arrestationis, licet certe magis nocent et aggravant plures quam una. Unde admisi eum quatenus faciebat ad diminutionem injurie.

CLXIX. Utrum idem proponens ad diversas conclusiones, debeat diversificare modum proponendi, secundum diversitatem conclusionum.

Pro separatione articulorum contentorum in libello domini remensis archiepiscopi, inducebam *ff. de jurejurando, l. duobus,* §. *colonus* [2] specialius; quia si proponat aliquis se filium ad diversos fines, ut scilicet sibi preberentur alimenta, et ut in hereditate patris succedat; licet

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. XXVIII, c. 5.

[2] *Digest.*, lib. XII, tit. II, l. 28, §. 6.

ex eodem facto nitatur, tamen propter diversam naturam conclusionum, aliter et aliter proceditur; in alia summarie, in alia ordine judiciario observato.....

CLXX. Utrum actore plene intentionem, et reo semiplene exceptionem probantibus, sit reo juramentum deferendum, suppositis aliis concurrentibus ad delationem juramenti.

Agens ypothecam probavit plene; reus suam exceptionem, scilicet prescriptionis, semiplene probavit. Numquid, concurrentibus que alias sufficiunt ad delationem juramenti, sit juramentum reo deferendum? Videtur quod non, quia a certo, propter incertum, non est recedendum; et ubi probationes concurrunt, plenior est preferenda. Dico contra, immo deferendum est. Nec ostat (*sic*) quod actor plene probavit, quia super alio, scilicet intentione sua; reus autem super alio, scilicet exceptione sua, scilicet quia prescripsit, quod factum primum supposuit. Et converte casum; quod iste qui prescripsit, agat ut hoc rei veniat contra creditorem rem ypothecatam possidentem: certe si actor semiplene probaret intentionem suam, aliis concurrentibus que sufficerent ad delationem juramenti, deferretur juramentum actori. Ergo multo fortius ipsi excipienti, quia magis favetur reo quam actori.

CLXXI.

Richardus Marchans ad certos judices super certa prebenda virdunensis ecclesie contra Petrum de Cafeolo, et Petrus contra eum Ricardum ad eosdem judices, super eadem prebenda, litteras impetravit. Pendente causa quam Petrus moverat, lata fuit sententia absolutoria pro Petro contra Richardum, a qua fuit appellatum. Inhibebant judices appellationis quod nos, vel alii loco nostri, non procederemus in causa quam Petrus moverat. Videbatur non esse parendum, quia finis cause Richardi non imponebat finem cause Petri, et ita non erat eadem causa; et hoc est verum quod non sunt eadem causa, sed sunt diverse coherentes: nam si in illis causis una sententia ferretur pro Petro, alia pro Richardo, non possent suos effectus habere. Et ideo videbatur supersedendum; sed non video quare..... illi magis possint istis inhibere, quam isti illis.

CLXXII. Utrum judex del[eg]atus potest punire verbaliter [*sic*, verberantem?] portitorem suarum litterarum, et ipsum e[x]communicatum denuntiare.

Si aliquis pulsaverit portitorem litterarum alicujus judicis delegati, vel alterius, etc., ipso facto sententiam excommunicationis incurrit, auctoritate bituricensis concilii. Licet a quibusdam dicatur contrarium, credo quod judex delegatus poterit ipsum denuntiare, si factum sit notorium, citatione tamen premissa; nam illum injuriatorem potest excommunicare, et multare; ergo multo fortius denuntiare, cum ex eodem facto utrumque procedat. Item pro hoc induco *de sententia excommun.*, *c. nuper* cum glossa Innoc. [1], quia comunicans alii in crimine dampnato per sententiam, ligatur eadem sententia, auctoritate canonica; et propter vituperium factum judici, reservatur ei absolutio. Item quia juris exequtio non habet injuriam, et peccata nocentium expedit esse nota.

CLXXIII. Que requirantur in decreto electionis; utrum super quolibet actu est instrumentum publicum faciendum.

In decreto sancti Nichasii fuit omissa publicatio. Item multa continebantur in eo que non erant probata; unde sciendum est quod super quolibet actu substantiali (?) electionis, debet fieri instrumentum quod loquatur de actu in presenti : non enim sufficeret dicere : « Nos dedimus potestatem *Tali;* » immo debent dicere : « Damus; » vel quod tercius diceret : « In nostri presentia dederunt. » Pro hoc Innoc. *Extrav. de fide instrumentorum, c.* 1 [2]..... ubi : *iterum continare.* Item cum unus de pluribus commissariis dicit : « Ego de consensu et voluntate collegarum meorum; » credo quod oportet constare de consensu et voluntate. Item debet dicere : « Provideo, » non : « Eligo; » sed non est vis. Item in procuratorio debet esse speciale mandatum ad petendum confirmationem, ut videtur, quia causa status, etc.

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. xxxix, c. 29.

[2] *Decretal.*, lib. II, tit. xxII, c. 1.

CLXXIV. De placito banali utrum vendi possit [1].

In questione cathalaunensi, de placito bannali vendito, dico quod est symonia, quia illud non solum est modus jurisdictionis, immo pars vel actus jurisdictionis. Vide Innoc. *Extrav. de capellis monachorum* [2], *c.* 2..... Pro ista materia induxi plura jura : *ff. de servitutibus, l. quociens* [3]; *quemadmodum servitutes amittantur, l. is cui* [4]; *de aqua cotidiana, estiva et l.* 1 [5]; *de rei vendicatione, l. que religiosis* [6]; *C. de religiosis, l. si sepulcrum,* §. *profana* [7].

CLXXV. Utrum confirmatus possit administrare non obstante appellatione; et utrum ille qui juraverit se non oppositurum, tenetur servare juramentum; et de multis aliis episcoporum electiones tangentibus.

In questione de electione leodicensi, respondi quod dominus Guido qui electus fuerat a majori parte et saniori, et fuerat confirmatus per quendem (*sic*) de electoribus suis cui metropolicus commiserat potestatem confirmandi, poterat administrare, non ostante appellatione prepositi, que non fuerat sibi notificata; quia antequam notificetur, non artat, ut notatur *in c. cupientes* [8]; et cum notificatione requiritur quod sit facta, secundum constitutionem : Ut circiter (?). Videbatur ostare quia ille qui eum confirmavit non servaverat per omnia que caventur *in c. nichil, Extra. de electione* [9]; et sub forma que ibi traditur, videbatur sibi commissum. Arguit *de rescriptis, c. dilecta* [sic, *Cum dilecta?*] [10]. Sed respondi : Quod potest metropolicus, potest et suus vicarius metropolicus; posset eciam sine inquisitione; ut notat Innocentius *in c. suo, statuimus, de electione* [11]. Preterea iste vicarius non pretermisit aliquam formam certam, et expressam, sibi datam. Preterea presumitur omnia solempniter egisse. Si vero post confirmationem fieret, vel notificaretur, appellacio, recto modo, negotium ad sedem

[1] Voyez plus haut, n° XLVI, p. 64.
[2] *Decretal.*, lib. III, tit. XXXVII.
[3] *Digest.*, lib. VIII, tit. I, l. 15.
[4] *Ibid.*, lib. VIII, tit. VI, l. 11.
[5] *Ibid.*, lib. XLIII, tit. XX.
[6] *Ibid.*, lib. VI, tit. I, l. 43.
[7] *Cod.*, lib. III, tit. XLIV, l. 4; voir aussi *ff.*, lib. XLVII, tit. XII, l. 2.
[8] *Sext.*, lib. I, tit. VI, c. 16.
[9] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 44.
[10] *Ibid.*, lib. I, tit. III, c. 22.
[11] *Sext.*, lib. I, tit. VI, c. 1.

Digitized by Google

apostolicam transmitteret; sed confirmationem non impediret, nec ejus effectum; sed solum consecrationem differret. *Extra. de accusationibus, c. super hiis* [1], et notatur *in c. cupientes*[2]. Et teneretur appellatus ire ad curiam romanam, nisi justa causa eum excusaret; et tunc procuratorem sufficienter instructum mitteret, qui munitus instrumentis et actis, illam causam infra tempus proponeret debitum, et probaret : quia multa oportet servari ne quis jus suum amitat; et illa notantur in quadam nota *in c. cupientes*[3]. Adversarius vero qui juravit se non oppositurum crimina, repelletur a prosequtione eorumdem *Extra. de accusacionibus, c. veniens*[4].

CLXXVI. Utrum proponens contra agentem de matrimonio de presenti, admittatur allegans se contraxisse matrimonium post tempus de quo queritur.

Agebat quedam mulier de matrimonio consummato contra quemdam virum. Viro per diffinitivam sententiam absoluto, appellatum fuit ex parte mulieris. Vir in causa appellationis proposuit quod cum quadam alia muliere postea contraxerat, et matrimonium sollempnizaverat in facie ecclesie. Certe istud factum non est peremptorium intentionis principalis; tamen quantum facere potest ad instructionem nostram, in dubio, probationem admisi : quia primum matrimonium forte non probaretur liquido; et constat de secundo; et non recederetur a certo propter incertum.

CLXXVII. De interdicto : Uti possessione; et utrum dicere se esse in possessione pacifica, et se turbari, sit allegare contraria; et utrum petens pentionem domus, turbare videatur; et utrum post conventionem habitam inter partes, quod pentiones domus sequestrentur, habeat locus interdictum : Uti possessione.

Quidam in interdicto *uti possessione* formavit sic libellum : « Dicit *Talis* contra *Talem* quod cum sit in possessione pacifica *talis* rei, et

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. 1.
Sext., lib. 1, tit. vi, c. 16.
[2] *Sext.*, lib. 1, tit. vj, c. 16.
[3] *Decretal.*, lib. v, tit. 1.

fuerit a longo tempore, *Talis* turbat eum in possessione predicta, sic et sic; quare, etc. » Videtur quod libellus non procedat, quia narratio facti contrariatur conclusioni : dum dicit quod est in possessione pacifica, et petit quod reus a turbatione desistat. Item contrariatur narratio facti sibi ipsi; dum dicit quod est in possessione pacifica, et quod turbatur per reum. Sed ut res magis valeat, intelligo quod actor quidem est in possessione pacifica, nisi quatenus turbatur per reum; de qua turbatione statim subicit argumentum. *ff. de legatis tercio, l. uxorem*, §. *felicissimo* [1]; *C. familie Erciscunde, l. quotiens* [2]; *de solutionibus, inquisitio veritatis* [3]; *ff. de acquirenda possessione, l. si is qui animo* [4]. Item actor probavit quod reus eum turbaverat intrando possessionem illius rei. Sed postea, per conventionem parcium, inde recesserat, eo acto quod possessiones (*sic*, pensiones?) domus ponerentur in manu sequestra; et ita, quia istud actum fuerat de partium voluntate et consensu, quia volenti dolus nec injuria inferuntur, *C. de transactionibus, l. cum donacionis* [5], videbatur quod sublatum esset interdictum, quantum ad illam conclusionem ut desistatur a turbatione, licet adhuc duraret quantum ad petendum interesse, si propter primam turbationem interfuisset actori. Sed certe cum a priori turbatione recedere nollet, nisi pensiones domus sequestrarentur, et ita non liberet, adhuc turbare videtur, et quia non permittit actorem percipere fructum domus, scilicet pensiones; *ff. de actionibus empti, l. qui pendentem* [6]; *de vi et vi armata, l. vim facit* [7]; et quia a prima turbatione non videtur recessisse, cum pro eo aliud successerit; *ff. de eviccionibus, l. si servus venditus* [8]; *de legatis primo, l. hujusmodi*, §. *qui servum* [9].

CLXXVIII. Utrum actio coram uno judice, et exceptio coram alio judicibus (*sic*) possint ab eodem, contra eumdem, de eadem re, intentari eodem tempore; et utrum contra agentem possit

[1] *Digest.*, lib. xxxii, tit. i, l. 41.
[2] *Cod.*, lib. iii, tit. xxxvi, l. 10.
[3] *Ibid.*, lib. viii, tit. xliii, l. 18.
[4] *Digest.*, lib. xli, tit. ii, l. 27.
[5] *Cod.*, lib. ii, tit. iv, l. 34.
[6] *Digest.*, lib. xix, tit. i, l. 25.
[7] *Ibid.*, lib. xliii, tit. xvi, l. 11.
[8] *Ibid.*, lib. xxi, tit. ii, l. 21.
[9] *Ibid.*, lib. xxx, tit. i, l. 84, §. 5.

Digitized by Google

exipi (*sic*) de causa alia pendente, in qua actor nunc est exceptor.

Quidam petebat legatum coram nobis. Declinatorie; excipiebatur, quod pro eodem erat tractus reus coram alio judice, et lis contestata. Probatum fuit quod reus, idemque heres, petierat mitti se per laicalem justiciam loci in possessionem rerum hereditariarum; et actor, idemque legatarius, dixerat eum non esse inducendum, propter legatum sibi relictum, cum omnia bona sua pro ipso legato testator specialiter obligasset. Replicabat heres quod illud legatum erat de nascenti ipsius testatoris, in quo non potuerat, saltem in dimidia, suos heredes gravare; et ita super legato, utrum reclm [*sic*, relictum?] esset vel non, non erat lis contestata. Certe pronunciavi respondendum fore libello, non obstantibus propositis, et quia de eodem potest excipi coram uno judice, et agi coram alio.

CLXXIX. Utrum conductor tele faciende habet probare amissionem; et amissi ratione probata, utrum culpa dolus amittentis, vel casus fortuitus, presumantur.

Quedam mulier conduxerat telam faciendam pro certa mercede, et debuit eam reddere contextam, et orditam. Sed ad sui deffensionem proponebat, quod telam amiserat, sine dolo et culpa; et quod latrones eam subripuerant. Amissionem probavit per confessionem actricis. Casum fortuitum non probavit; nec actrix culpam, vel dolum. Et propter sententiam domini Ja. R. [Jacobi Ravennatensis?] dubitavi quod esset pronunciandum. Verumptamen, nisi fuisset compositum, ego delato juramento, et prestito ab ipsa rea, ipsam absolvissem : quia culpa vel dolus probati non erant, et de casu constabat per famam; et quia rea non erat persona diffamata.

CLXXX. Utrum juramentum faciat validum contractum qui aliter nullus, et utrum opinio lata de rane (*sic*, ratione?) *in Aut*[*hen.*], *sacramenta puberum*[1], sit vera de jure canonico.

[1] *Cod.*, lib. II, tit. XXVIII, l. 1.

Digitized by Google

Monitus fuit quidam minor filiusfamilias, ut solveret quod se soluturum promiserat, et per fidem. Ra. [*sic*, Ratio?] notat in *Aut. sacramenta*, quod neque puberem curatorem habentem, nec filiumfamilias juramentum astringit. Tamen credo quod juramentum astringit de jure canonico, cum possit servari sine detrimento salutis eterne, etiam ubi contractus esset nullus, et a jure reprobatus. *Extra. de jure jurando, c. cum contingat* [1].

CLXXXI. Dies simpliciter sumpta intelligitur de die artificiali.

Item cum instrumentum conficitur sub certa die, intelligendum est de die artificiali; et dicunt quod sic interpretatur consuetudo.

CLXXXII. Utrum notarii curie archiepiscopi remensis possint consentire in archiepiscopum, sine consensu archidiaconi, seu ejus officialis.

De fratre Bocardi, dicebant quod non potuerat consentire in dominum meum, scilicet archiepiscopum, sine consensu archidiaconi, *per c.* (*sic*) *de foro competenti, c. significasti* [2]. Sed hic videtur secus; quia ab initio omnes clerici civitatis et diocesis remensium fuerunt de jurisdictione domini archiepiscopi, sed per quoddam previlegium sive compositionem specialem, notarii curiarum facti sunt appropriate de jurisdictione curiarum in quibus sunt notarii. Ab isto previlegio facilius receditur, quam a jure communi; quia res de facili ad suam naturam rediit; *ff. de pactis*, *l. si unus*, §. *quod in specie* [3]; in *Aut. de non alienandis*, *c. sinimus* [4].

CLXXXIII. Utrum judex se nolens intromittere de causa gravat ut appellari possit.

Judex dicens si (*sic*, se?) non intromissurum de causa, justiciam recusat, et sufficit ad appellationem canonicam.

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XXIV, c. 28.
[2] *Ibid.*, lib. II, tit. II, c. 18.
[3] *Digest.*, lib. II, tit. XIV, l. 27.
[4] *Auth.*, coll. II, tit. I, novel. 7, c. 2, § 1.

CLXXXIV. Testes deponentes de factis non propositis; item examinati forma commissionis non servata; item referentes se ad depositiones aliorum, non valent.

Testes deponentes de factis post proposita non valent; idem de examinatis non servata forma commissionis; idem de referentibus se ad depositiones alias per eosdem testes factas : quia non sunt depositiones, sed testimonia.

CLXXXV. Item testis reprobatus nichil facit eciam ad presumpcionem. Item optinens in priori judicio per testes reprobatos, in secundo appellacionis judicio succumbit, et in expensis condempnatur.

Item testis reprobatus in totis tollitur, nec facit ad presumptionem. Item obtinens in priori judicio per testes reprobatos in secundo judicio, in eodem judicio secundo subcumbit, et in expensis condempnatur.

CLXXXVI. Captus occasione eorum de quibus compromissum pendet, potest agere ad penam, sed non potest agere ut liberetur.

Captus occasione eorum de quibus compromissum pendet sub pena ad instanciam sui adversarii, potest agere ad penam, quia contra compromissum factum est, sed non potest agere ut liberetur.

CLXXXVII. Obligatus per fidem debet implere, non obstante inhibicione judicis temporalis.

Obligatus per fidem non excusatur a non solutione per inhibitionem judicis temporalis; *Extra. de sententia excom., c. significavit* [1].

CLXXXVIII. Mulier affinis agens pro sponsalibus, affinitate probata, in expensis condempnatur; et licet eque peccaverit reus, non tamen eque peccavit litigando.

Mulier affinis sponso, probata affinitate, cadit, agens ratione spon-

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. xxxix, c. 18.

Digitized by Google

salium, et in expensis condempnatur reo ratione victorie rei; nec obstat quod impedimentum ignoravit, quia scire debuit. Et in expensis ratione victorie, excipiuntur duntaxat justa ignorantia et contumacia. Et iste casus non est de illis : licet enim reus fatue contraxerit sciens impedimentum, juste tamen litigavit; et mulier fatue egit; et exceptioni resistit.

CLXXXIX. Si duo proponantur, alterum materialiter, et alterum formaliter, et appellatur; intelligitur appellatum ab eo quod formaliter, secus si utrumque formaliter.

Si duo proponantur, alterum materialiter, et alterum formaliter, et ab hoc fuerit appellatum, intelligitur appellatum ab eo quod formaliter; secus si utrumque formaliter, quia tunc ab utroque. *ff. de novationibus, l. si ita* [*fuero*] *stipulatus, et l. sequenti* [1]; *ff. de judiciis, si quis intentione* [2].

CXC. Utrum excepcio ista : ..... « dico quod *Talis* est infamis quia est de furto condempnatus, » nec dicitur quod per judicem competentem, et suo nomine, sit apte proposita.

Interloqutum fuit exceptionem sic propositam : « Dico quod *Talis* ..... est infamis, quia condempnatus de furto, » esse admittendam, non obstante quod non fuerit dictum : « per judicem competentem, » et suo nomine; quia secundum r[ationem ?] ista ad exceptionem seu replicationem illius contra quem proponitur pertinent, licet aliis videatur quod ista sint necessaria ad hoc quod factum admittatur.

CXCI. In quo casu heres agens, vel se defendens, ab expensis excusetur.

Si heres condempnetur ex contractu defuncti, relevatur ab expensis. Sed si agat et succumbat, aut succumbit quia non probat, et tunc condampnatur in expensis. Et si paratam habet probationem, sed succumbit quia a reo probatur solutio, vel alia exceptio, tunc relevatur ab expensis, si hec facta fuerint cum defuncto; secus si cum herede.

[1] *Digest.*, lib. XLVI, tit. II, l. 6 et 7.

[2] *Digest.*, lib. V, tit. I, l. 66.

Digitized by Google

CXCII. Qualiter effectum habeant verba in instrumentis apponi solita; videlicet quod credatur alicui suo simplici verbo.

Item ubi aliquis petit dampna de quibus dicit, debere sibi credi simplici verbo, seu simplici juramento; quantumcumque hoc cantet instrumentum, vel alia probatio, non tamen ei creditur, nisi fidem aliquam faciat; et tunc judex taxat, et postea juramentum defert....

CXCIII. Utrum majori alicujus loci soli credatur.

Die martis post *Oculi mei*, Helotam de Air, Evrardo notario curie remensis condempnavi in causa retractationis (?), quia factum ad sui defensionem propositum non probavit, nisi per majorem loci; et uni testi non creditur.

CXCIV.

Queritur utrum instrumento sigillato sigillo autentico, ad relationem tabellionis quem constat fuisse excommunicatum tempore relationis, sit credendum? Videtur quod non, quia ipsi tabellioni non crederetur, ergo nec actis suis etiam cum sigillo. Optime facit *Extra. de testibus et attest., c. licet*, 3 [1].

Item sigillum quod apponitur sine cause cognitione non videtur confirmare, seu robur dare; *Extrav. de confirmatione utili, c.* 1 [2]. Sed credo contra, quia instrumentum habet auctoritatem a sigillo, non a signo tabellionis, et tabellio nudum prestat ministerium : et facit *ff. de legatis* IIo, *l. peto*, §. *mater* [3]. Et quandoque confirmatur, et sine cause cognitione, quod de se non tenet; *ff. de confirmando tutore, l.* 1.

CXCV. Numquid facto proposito ad deffentionem rei, et negato, liceat postmodum addere.

Propositum fuerat a reo ad sui defensionem, quod actionem sibi

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XX.
[2] *Ibid.*, lib. II, tit. XXX.
[3] *Digest.*, lib. XXXI, tit. I, l. 69, §. 2.

Digitized by Google

competenter contra Ticium actorem cessam, cuidam cetero facto negato volebat addere, ad factum de confessione. Videbatur quod poterat, quia licet in actionibus non liceat sic cumulare, per legem *ff. de jure jurando, l. nam postea* [sic, *postquam*], §. *si dampnetur* [1], secus dicunt jura (?) in excepcionibus, quia favorabilior, etc.; et quia diversis, etiam contrariis exempcionibus, uti potest reus: *ff. de regulis juris, l. nemo* [2]. Dixi quod non erat cumulatio que locum habet ubi unum auxilium per se sufficiens, sive sit actio, sive exceptio, alteri per se sufficienti addatur: sed nec erat nova exceptio, sed quedam emendatio exceptionis, et per modum emendationis; et quia lis erat contestata super facto, non admisi, sicut est in actionibus, ut notat *Cod. de edendo, l. edita* [3]; secus si per modum nove exceptionis, *in Aut. de testibus*, §. *licet* [sic, *et licet?*] [4].

CXCVI. Utrum mulier, soluto matrimonio, petens debitum a debitoribus mariti, virtute specialis consuetudinis, consuetudine licet non probata, notoria tamen, succumbere debeat.

Cum quedam Margareta Piedargent niteretur ex quadam consuetudine speciali que optinet apud Attrebatum, per quam, marito mortuo, petebat debita integra; et non probasset consuetudinem, sed tantummodo debitum; officialis attrebatensis delato juramento actrici, condempnavit reum. Ego vero quia consuetudo non videbatur probata, et potissime quia non erat probatum factum super quo fundabatur illa consuetudo, sed [*sic*, scilicet?] successio mulieris ipsi marito, nec mutua investitura ipsorum constante matrimonio, quantum ad illum modum agendi, sententiam prioris judicii infirmavi, licet enim per alium modum agendi, idem actrix consequi potuisset; quia tamen modum agendi quem elegit, probare non potuit, succumbere debuit.

CXCVII. Utrum cessa actione, si ille cui ceditur agat, numquid cedens videatur vexari illum contra quem actionem cessit:

[1] *Digest.*, lib. XII, tit. II, l. 9, §. 2.
[2] *Ibid.*, lib. L, tit. XVII.
[3] *Cod.*, lib. II, tit. I, l. 3.
[4] *Auth.*, coll. VII, tit. II, novel. 90, c. 2.

et numquid ad hoc quod excusetur cedens, oporteat ipsum probare quod jus habuerit cum cedebat.

Hermandus de Guillelmo dicebat, quod eumdem vexabat per interpositam personam, scilicet per Colessonnum; et vehementes presumptiones ad hec induxit, non tamen evidenter probavit. Guillelmus postea proposuit et probavit per instrumenta quod idem Colessonnus suo nomine, et ratione juris sibi cessi, eundem Hermandum vexabat, et ideo Guillelmum absolvi. Quidam dicebant quod debebat Guillelmus probare fore debitum de quo Colessonno cesserat actionem, quia alii cedendo actionem que sibi nón competeret, videbatur procurare vexationem illius contra quem cedebat. Sed non oportet ad sui absolutionem in isto judicio, licet necessarium esset ad hoc quod Colessonnus agens jure cesso optineret in causa.

CXCVIII. Citatus cum auctoritate officialis coram arbitro, non comparens, non excommunicatur; quia judicem non contempnit. Sed arbiter auctoritate judicis monitus ut procedat, nisi processerit, excommunicatur racione quod partes non possunt punire arbitrum non procedentem, sed arbiter partes sic.

Quidam fuerat citatus per officialem, ut procederet coram arbitro. Non processit. Numquid debuit excommunicari? Videbatur quod sic, quia contempsit officialem. Sed dico contra, quia non fuit citatus ut procederet coram officiali, sed coram arbitro; unde non fuit officialis contentus (*sic,* contemptus?), sed arbiter; et sufficit quod ejus contumacia plectatur pena in compromisso adjecta; et hoc est verum, nisi compromissum esset fide, vel juramento, vallatum. Secus crederem in arbitro qui monitus per officialem ut procederet, non processit; quia ille non potest puniri per partes, puniatur igitur per superiorem, si ad ejus mandatum non procedit.

CXCIX. Utrum perjurium simpliciter proponens contra testem, admitti debeat sine alia specificatione; et utrum probans promissum per fidem, de quo solutio non probatur, perjurus reputetur.

Digitized by Google

Contra testem opponitur quod est perjurus. Dicunt quidam quod sufficit; alii quod opus est declaratione, si petatur scilicet in quo casu sit perjurus. Sed istud non approbo, quia jura contenta sunt, si specificentur crimina; ut in decretali Innocen. [*sic*, Gregorii?] *presentium* [1], et satis est specificatum crimen tacendo [*sic*, dicendo?] quod est perjurus. Sed quia non omne perjurium facit infamem, ut *ff. de hiis qui notantur infamia, l. Lucius* [2] notatur, videretur ob hanc causam debere specificari genus perjurii. Nec sufficit probare promissum per juramentum, licet non constet solutum, et licet constaret excommunicatum propter non solutionem; quia potuit debitum fuisse remissum, vel dilatio data fuisse; et sic ex suspictionibus non est aliquis condempnandus. Premissa tamen sufficiunt ad repellendum testem, cum testimonium sine suspictione debeat esse: *Extrav. de exceptionibus, c.* 1 [3].

CC. Curia remensis potest prescribere quod in exequtionibus sententiarum suarum, subditi suffraganeorum subjecti sint.

CCI. Utrum mulieri stanti pro matrimonio, alleganti partum conceptum post sponsalia, sit credendum; vel potius reo alleganti quod ex adulterio conceptus est.

Mulieri agenti in causa matrimonii opposita fornicatione, et partu suscepto post sponsalia, si replicet partum natum ex sponso contra quem agit, videtur in dubio presumendum pro sponso; quia ex quo non probat quod a sponso, videtur quod ab alio. Item cohitus sponsi non est licitus, sicut nec alius. Vide contra argumentum *ff. de hiis qui sunt, l. filium* [4]; sed ibi constat de matrimonio. Item honestius est quod ex sponso, ergo presumendum, *ff. de ritu nuptiarum, l. semper* [5], etiam liceat peccent sponsus et sponsa.

CCII. Utrum probatio traditionis sufficiat, sine venditionis probatione; et utrum confessio pupilli, vel ejus patris, noceat curatori.

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XX, c. 31; ou plutôt, *Sext.*, lib. II, tit. X, c. 2.
[2] *Digest.*, lib. III, tit. II, l. 21.
[3] *Decretal.*, lib. II, tit. XXV.
[4] *Digest.*, lib. I, tit. VI, l. 6.
[5] *Ibid.*, lib. XXIII, tit. II, l. 42.

Digitized by Google

Johannes Limois petebat x lib. parisienses a curatoribus cujusdam Gringaudi nomine, ex venditione pisorum et fabarum sub precio predicto; et allegavit in libello confessionem ipsius super hoc. Deliberationem fabarum ac pisorum probavit. Item confessionem rei, seu patris adulti, de venditione et emptione. Sed non probavit venditionem factam fuisse pro predicto precio. Et ideo absolvi curatores ab impetitione actorum; secundum quod actum fuerat juris, etc.

CCIII. Utrum judex possit indicere penam pecuniariam contra subditum quam vult; et utrum aliquo tempore judex ex officio procedens, appellatus debeat in expensis appellanti condempnari.

Officialis actrebatensis condempnaverat maritum ad hoc quod ejus uxorem tractaret non severiter, sed affectione maritali; et ut caveret de non male tractando, elapsis quindecim diebus a tempore sententie, officialis suam sententiam seu cautionem, de qua in sua sententia dixerat, declarans dixit : Quod ille maritus se obligaret de quingentis libris parisiensibus quociens male suam uxorem tractaret, media parte curie solvenda, et alia dimidia uxori. Ab ista declaratione fuit appellatum, et persuadebatur quod juste. Primo quia ex intervallo non licebat declarare, vel supplere; sed ad hoc respondebam quod hoc non est verum in eis que dependent ex ipsa sententia judicis et que aliter non possent per judicem expediri. Sed cum ad judicem pertineat conjuges concordare si fuerint discordes, et omni tempore, non videbatur querendum utrum incontinenti, seu ex intervallo. Secundo persuadebatur juste appellatum, quia quod occasione predicta aliquid detur episcopo, penitus extraneum et impertinens videbatur. Sed potest respondi quoniam contumaciam subjecti, in eis quibus parere tenetur, potest plectere judex quicumque, etiam diviniter (?). Sed iterum videbatur inmoderata pena, et ad commictendum facilis et prompta; et ob ista, et quia talia solent et debent comminari, non autem obligatio super hiis indici, idcirco pronunciatum fuit, canonice appellatum quantum ad declarationem predictam; reservata tamen moderatione ejusdem, ubi et quando visum fuerit expedire. Et quoniam judex, in hoc officio

suo, procedere videbatur malo zelo, utpote avaricia et cupiditate ductus; idcirco in expensis debuit condempnari : *Cod., de decurionibus, l.* II [1]; *de recuperatione sumptuum, l. unica, libro decimo* [2]; secus si bono zelo, ut quia ad correctionem aliquam processum fecisset, quia totum etsi tunc non optinuisset, tamen esset ei in expensis parcendum; *Cod., de delatoribus, l. ex varia, libro* X° [3].

CCIV. Utrum debitori alleganti solutionem factam procuratori creditoris, cujus procuratorii transcriptum duntaxat ostendit, sit credendum.

Quidam debitor impetitus a suo creditore pro debito, allegans solutionem, transcriptum cujusdam procuratorii pretendit, in quo continebatur, quod idem erat procurator constitutus ad petenda et recipienda debita, et litteram solutionis facte illi, saltem procuratori presumpto. Videbatur non sufficere, quoniam transcripto non creditur. Sed opponitur quia transcripto in judiciis communiter creditur. Item et iste procurator constitutus ad omnia debita illius creditoris petenda et recipienda, non poterat unicuique suum originale dimittere. Dico quia non debuit credi, nisi fuisset transcriptum sollempniter; quod sapit Innocentius, *Extrav. de testibus, c. Albericus* [4], *in versiculo.* Simili modo et notat Ber. *Extrav. de officio et potestate judicis delegati, c. cum in jure peritus* [sic, *petiturus?*] [5].

CCV. Utrum actore allegante debitum, et reo confitente promissionem fuisse conditionalem, et probante quandam promissionem se fecisse conditionaliter, presumatur quod illa ex qua actor nititur, fuit conditionalis, cum nulla alia nisi sola probetur; et utrum sit differentia, utrum aliquid dicatur in causa per modum responsionis, vel per modum propositi.

Jacobus a Filipo petebat viginti sex libras parisienses quas eundem Philipum dicebat constituisse se soluturum pro quodam tercio. Lite

[1] *Cod.*, lib. x, tit. XXXI, l. 2.
[2] *Ibid.*, lib. x, tit. LXVII.
[3] *Ibid.*, lib. x, tit. II, l. 4.
[4] *Decretal.*, lib. II, tit. XX, c. 43.
[5] *Ibid.*, lib. I, tit. XXIX, c. 31.

Digitized by Google

contestata, ad petitionem sibi factam super premissis, respondit Philipus, quod confitetur se constituisse dictam summam, isto modo, quod vel solveret, vel debitorem principalem in priorem statum reponeret. Quam conditionem, seu modum, negavit actor. Demum probavit reus conditionem. Quia tamen testes se non referebant ad tempore determinitatum [*sic*, tempus determinatum?] quo facta fuisset dicta constitutio, et quia proposita fuerat dicta conditio non per modum propositionis, sed per modum responsionis ad positionem, videbatur non debere proficere reo. Sed hiis non obstantibus tamen, quia Innocentius videtur dicere quod non refert, *C.* [sic, *Extra.?*] *de litis contestacione, c.* 1 [1], tamen quia non pretendebant plures constitutiones, sententiam latam pro actore in priori judicio infirmavi. Et illud multum, scilicet quod probata conditio referri debeat ad constitutionem probatam ex parte actoris, immuit [*sic*, innuit?] Innocentius, *Extrav. de fide instrumentorum, c. cum Johannes,* ad finem [2]; quia nisi sic referremus, non esset possibile in actis reiterabilibus probare conditionem, si tu consideres diligenter.

CCVI. Utrum sufficiat quod testis alter deponat de contractu, et alter de confessione; et quod alter de uno contractu facto certo loco et tempore, et alter de alio.

Est autem sciendum quod si aliquis petat v. ex mutuo, et annectatur in libello de confessione, quod utrumque, tractum scilicet, et confessionem, oportet probare per duos testes ad minus; nam si alter de tractu, alter de confessione, deponeret, neuter actus esset probatus. Item si super altero deponerent ambo, et singulariter, cum tamen hoc manifeste appareret ex eorum depositionibus, non prodesset; si vero non appareret singularitas, quia scilicet de tempore, vel de loco, vel similibus circonstanciis non dixissent, tunc valeret.

CCVII. Utrum exequtores monitionem impetrantes, debeant declarare qui sunt illi; et utrum verbum *circiter* sit dubium, et per consequens declarandum; et utrum pro parte pecunie summe possit et debeat suspendi, et pro alia non.

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. V.

[2] *Decretal.*, lib. II, tit. XXIII, c. 10.

Monitus erat quidam, ut satisfaceret exequtoribus *Talibus* in quadam summa pecunie, in qua dicebatur teneri ex causis contentis in litteris curie remensis. Opposita fuerunt multa contra monitionem, quod non procederet; quia non dicebatur in ea qui erant illi exequtores, et intererat moniti hoc scire, propter excusationes que possent sibi competere contra eos. Item quia non constabat de causa ex qua dicebatur deberi. Item quia tantum ad dimidium tenebatur, cum essent duo. Item quia satisfactum erat. E contra dicebatur quod secundum formam littere recognitorie erat facta monitio. Item quia executores erant certi, scripti in testamento cujus virtute, una cum littera recognitoria, monitio nitebatur; et quedam alia. Pronunciavi, exequtorum parte fundata, monitionem procedere, factis hinc inde propositis, et declarationibus petitis suo tempore reservatis. Et verte infra, folio tercio, in nota que incipit : Monitus, etc. [1]

. . . . . .

CCVIII. Numquid in causa matrimoniali appellationis licet proponere factum, cui renunciatum est in causa principali.

Est autem intelligendum quod, sicut in causa matrimoniali sententia non transit in rem judicatam, sic nec renunciatio in causa principali facta prejudicat; quoniam in causa appellationis possit proponi factum aliquod ad causam matrimonialem pertinens, licet ei renunciatum fuerit.

CCIX. Numquid sufficit citare aliquem ad domum matris in qua descendere consueyit, ex quo aliud domicilium non habet.

Item sufficienter intelligo citatum, qui licet non apprehensus, citatus fuit ad domum matris sue ad quam descendere consuevit, licet ibi domicilium non habeat; maxime cum non pretendatur alibi domicilium habere; quia si oporteret sequi ejus domicilium, cum forte non habeat, nunquam creditor ad suum perveniret, et quia sufficit

[1] Voir plus bas, n° ccvii *bis*, p. 180. Ce dernier numéro ne contient que la répétition amplifiée du n° ccvii; cependant nous avons cru devoir le reproduire, dans les termes et à la place même que lui assigne le manuscrit, pour donner une idée de la manière dont ce manuscrit a été composé.

amicis denunciare : *ff. ex quibus causis majores, l. ergo* [1]; *ff. de eo quod certo loco, l.* 1 [2]. Et est sentencia Innocencii.

CCX. Numquid a precepto appellans, debeat concludere ut a diffinitiva, vel ut a gravamine.

Cum quidam appellasset a quodam precepto tanquam ab iniquo, et peteret appellationem canonicam pronunciari, et preceptum retractari, dicebatur ex adverso : quod cum esset appellatum tantum ut a gravamine, solum peti debebat ut pronunciaretur, canonice vel non canonice appellatum. Sed cum illud preceptum aliquid dari vel fieri contineret, videbatur assimilari diffinitive sententie, ut sic posset utrumque peti, et unum propter alterum; scilicet appellationem canonicam pronunciari, ut preceptum retractaretur. Ad quod facit quod in glosa notatur : *ff. de re judicata, l. quod jussit* [3].

CCXI. Utrum in causa appellationis appellatus possit plus optinere quam optinuit, virtute appellationis adversarii.

Cum Margareta peteret a quodam sacerdote VII libras parisienses et dimidiam, et fundasset intentionem suam per unum testem, et per alias presumptiones, judex in priori judicio, delato juramento ipsi Margarete, et prestito, sacerdotem condempnavit eidem in VII libris; de aliis omictens. Ego vero intellecto quod Margareta erat persona bona et honesta, sententiam confirmavi, et in decem solidis omissis sacerdotem condempnavi, quod per jura facere debui, licet videtur super hoc non fuisse appellatum. *Cod., de appellacionibus, amplioriem*, in principio [4].

CCXII. Utrum sententia lata pro minore, ad instanciam creditoris, possit proponi contra processum, quod curator inventarium non fecit, et quod non satisdedit.

Opponebatur contra processum habitum contra impuberem cum tutore, quod processus non valebat, quia tutor non satisdederat, ut

[1] *Digest.*, lib. IV, tit. VI, l. 23.
[2] *Ibid.*, lib. XLII, tit. IV.
[3] *Digest.*, lib. XLII, tit. I, l. 14.
[4] *Cod.*, lib. VII, tit. LXII, l. 39.

Cod., de tutore qui satis non dedit, in dubium [1]. Item quod non fecerat inventarium, *Cod., arbitrium tutele, l. veteris* [2], et hec procedunt de jure. Item quia impubes non fuerat presens; sed certe nec oportet, ut *ff. de tutoribus et curatoribus datis ab his, l. illud* et *l. s*[*equen.?*] [3]; licet curatorem ad litem dari oporteat impuberi presenti et petenti, *ff. de tutelis, qui habet,* §. *si pupillus* [4]. Verumptamen quoniam lata fuerat sententia pro pupillo, non admisi predicta, *Cod., de procuratoribus, l. non eo minus* [5].

CCXIII. Utrum absolutio ad cautelam testium, extendatur ad excommunicatos a canone.

In causa Jacobi Nepotis, et Marie de Insula, scilicet primo queritur: utrum absolutio ad cautelam testibus [*sic*, testium?] proficiat in excommunicatione quam quis incurrit propter injectionem manuum in clericum. Videtur quod sic; quia ista absolutio ex quadam juris indulgentia et dispensatione procedit: ut scilicet facultas probationum amplietur; *Cod., de hereticis et manicheis, l. quoniam* [6]. Igitur observanciis aliarum subjacere non debet; *ff. de condicionibus et demonstracionibus, l. mulieri* [7]. Item propter distanciam locorum nimiam, aliquid toleratur quod aliter non toleraretur: *Cod., de judiciis, l. final.* [8]; *Extrav. de eleccione, c. nichil* [9], §. *penultim.* Item propter absenciam et defectum judicis competentis, potest aliquis in se adsumere vicem judicis: *ff. què in fraudem creditorum, l. ait pretor,* §. *si debitorem* [10]. Credo tamen de jure contra[rium?], quia non potest absolvere quod non ligat, et que sunt superiori specialiter reservata; *Extrav. de officio judicis delegati, c. prudentiam,* §. VI[a]; item in absolucione ad cautelam, de qua loquitur constitutio Inn. *solet* [11]. Idem notat Inn. in principio illius constitutionis, et quod ita non deberet extendi. Similiter notat *Extra. de testibus, c. veniens* [12].

[1] *Cod.*, lib. v, tit. xxiii, l. 3.
[2] *Ibid.*, lib. v, tit. li, l. 13.
[3] *Digest.*, lib. xxvi, tit. v, l. 5.
[4] *Ibid.*, lib. xxvi, tit. i, l. 3, §. 2.
[5] *Cod.*, lib. ii, tit. xiii, l. 14.
[6] *Cod.*, lib. i, tit. v, l. 21.
[7] *Digest.*, lib. xxxv, tit. i, l. 74.
[8] *Cod.*, lib. iii, tit. i.
[9] *Decretal.*, lib. i, tit. vi, c. 21, §. 2.
[10] *Digest.*, lib. xlii, tit. viii, l. 1.
[11] *Sext.*, lib. v, tit. xi, c. 2.
[12] *Decretal.*, lib. ii, tit. xx, c. 10 et 38.

CCXIV. De stilo et processu curie remensis, et qualiter taxe, tam ex officio, quam alie, agitantur in multis.

Episcopi provincie jurant per procuratores, specialiter si per procuratores agant, vel se defendant. Officiales eorum, ubi officiales remenses procedant contra eos per viam sinplicis querimonie, ipsi jurent (*sic*) per se, non per procuratores. Item cum inquirimus contra eos, non mittimus ad loca eorum tabelliones nostros, pro reportationibus faciendis; quia forte secus, si ad instanciam partis, ibi metu superiorum suorum testes supprimerent veritatem, vel dicerent falsitatem; sed ipsi testes suos adducent ad nos.

§. Item in monendis justiciis secularibus, nec monitio, nec processus, in scriptis debet haberi.

Crucesignatos avocamus a justiciis secularibus, licet renunciaverint privilegio crucis. Sed hoc videtur contra jura : *Cod., de pactis, l. si quis in conscribendo* [1], quatenus lex illa loquatur de milite. Sed eo advocato, et nobis reddito, si fuerit excommunicatus per annum, eum retinemus donec satisfecerit creditoribus suis. Si non fuerit excommunicatus per annum, dimittimus eum abire, licet per justiciam secularem teneretur, si crucesignatus non esset, donec satisfecisset.

§. Quisquis non redimit acta sua, et non habet ea penes se, ... non potest petere expensas ratione retardati processus. . . . . .

§. Non tenetur tabellio, etsi negocium agendum susceperit, incoare, nisi sibi saltem provideatur de expensis; licet pro eo quod sumptus excederet salarium, debeat expectare negocii complementum.

§. Ubi curia procedit ex officio, procurator curie pro ipsa curia debet examinare testes, nisi recusaretur ut suspectus.

§. Cave, ubi mandamus aliquid agendum, in causa alicujus, suffraganei offici[ali?], debet is de provincia cujus mandatur obedire sine aliqua compulsione; quia officialis contra se ipsum non tenetur compellere, sed contra alium deberet.

§. Item nota quod pro exequendis nostris sentenciis habemus jurisdictionem et compulsionem in terciam personam, licet secus sit de jure.

[1] *Cod.*, lib. II, tit. III, l. 29.

Digitized by Google

§. Item cum damus auditorem ad testes recipiendos extra curiam, una modo datur dilatio, seu productio, nisi essent aliqui testes qui illa vice produci non possent.

§. Cives remenses pro debitis suis arrestari non possunt; sed forenses possunt, nisi sint in conductu curie; et si in conductu curie existentes, arrestati, responderint coram preposito, conductui renunciasse videntur.

§. [Forenses?] de dyocesi et provincia, habent tres dies ad deliberandum; prima pro nichilo; secunda faciunt auditionem; tercia se expediunt. Nec potest procuratorem presentem in curia, altera partium constituere, pro auditione facienda; et si non fecerit auditionem, et tercia die venerit, debet tres denarios, nec plus.

§. Item die collecta ad reportandum, si una pars plene reportaverit, et parata sit procedere, altera nichil prorsus; pars que nichil reportavit tenetur ad expensas integras, nisi velit esse contenta reportatione facta per alium, et si sic tenetur, faciat ejus acta transcribi. Si vero altera pars plene, altera semiplene reportaverit, pars que semiplene reportaverit tenetur ad expensas pro dimidia, et colligitur dies ad reportandum plene, et ad disputandum.

§. Statutum est quod positionarii non recipiant responsionem prout ponitur, nec ad finem ad quem ponitur. Item coram eis non proponatur sed solum coram officiali.

Item nota quod si aliquis petat dilationem per quam judicium eludi vel differri videtur, quod vel judex potest denegare, vel multam indicere non probanti.

CCXV. Utrum litis contestatio sit necessaria ubi petitur sentencia et processus revocari, vel quando contra monicionem proponitur.

Item notandum quod si contra monitionem que nondum cucurrerat, ad impediendum cursum suum aliqua proponantur, non est necesse litem contestari. Sed ubi jam monitio cucurrerat, et erat elapsa, si petatur processus revocari, quia hoc principaliter intenditur, dico debere fieri litis contestationem. Arguit *Extrav. de officio judicis, c. judicis officium* [1].

[1] *Decretal*, lib. I, tit. XXXII, c. 2.

CCXVI. Testis deponens se fuisse presentem, et non plures, intelligatur dicere, secundum ejus opinionem. Item reprobatio testis per presumpciones non valet.

In causa appellationis pro Radulpho Baillet, clerico, contra Mariam et Johannem conjuges, in causa [1] sententiam prioris judicis confirmavi sine mora (?), quia per unum testem non reprobatum optime probabatur pro eo. Et licet requisitus de presentibus dixisset : tales, et non plures; licet plures secundum aliorum deposiciones interfuerunt, non reputo falsum, quia secundum benignam interpretacionem intelligo : et non plures, quod sciat, non quod sciat non esse plures; *Extrav. de testibus, c. cum tu* [2]. Item quia alii duo testes Johannes Espignos et ejus uxor non erant liquide reprobati, sed presumptive. Item movebat me quia consanguineus erat actor. Item error in confessione actoris de unica ordinacione fuit probatus, et revocatus; nec testes, ad hoc inducti, fuerunt reprobati objectu inimiciciarum capitalium, quia non fuerunt probate; et si probate fuissent, tamen ortum et causam habuerant a parte ipsorum reorum, quod eis non deberet prodesse ne per hoc actori sustraherent facultatem probandi; *Cod., de postulando, l. providendum* [3]; *Extrav. de testibus, c. constitutus* [4].

CCXVII.

Multum refert an mulier suo nomine contrahat, licet pro alio, dum tamen creditor hoc ignoret, quo casu mulier sive sciat, sive ignoret, non juvatur; an cum creditor alio obligacionem in ipsam transferat, quo casu creditor diligencior esse debet; et tunc sive utroque sciente, sive utroque ignorante, sive muliere ignorante creditore sciente, juvaretur mulier : licet secus a contra muliere sciente, creditore ignorante. *ff. ad Vellejanum, l. si mulier tanquam, l. vir uxori* in principio, et *l. si decipiendi* [5].

[1] Le texte porte : *in causa allegati sententiam*, mais le mot *allegati* a été effacé, non par des points, mais par une raie continue qui en traverse les lettres.

[2] *Decretal.*, lib. II, tit. XX, c. 16.
[3] *Cod.*, lib. II, tit. VI, l. 7.
[4] *Decretal.*, lib. II, tit XX, c. 30.
[5] *Digest.*, lib. XVI, tit. I, l. 11, 17 et 50.

Digitized by Google

CCXVIII. Utrum consuetudo secundum quam notarii scribunt, factum coram ipsis, esse factum coram officialibus, sit tollerabilis.

Scriptum erat instrumentum quasi factum in presencia officialis, quod factum erat coram fido notario, ad hoc deputato, quod dicebatur esse falsum. Defendebatur propter stilum et consuetudinem loci illius qui tales erant, quod factum coram notario admicteretur et scriberetur quasi factum coram officiali. Videbatur consuetudo non valere, quia erronea, et irracionabilis, et errorem inducens. Item quia persona nonquam intelligitur, nisi exprimatur; *ff. de verborumobligacionibus, l. si ita stipulatus fuero, §. Grisogonus* [1]. Item adeundo notarium pro officiali, errabatur, vel in facto si credebant eum esse officialem, vel in jure si credebant quod faceret ea que sunt officialis, cum aliud proprium habeat officium; *ff. de jurisdiccione omnium judicum, l. si per errorem* [2]. Sed credo consuetudinem admictendam, quia notarius in hoc personam officialis representat, et vicem ejus agit, et nudum ministerium prebet, non ut ipse, sed officio; *Cod., de officio ejus qui vicem alicujus gerit, l. 1 et 2* [3]; *ff. ad municipalem, l. magistratus* [4].

CCXIX. Utrum, falso procuratore diem colligente ad aliam diem, si non ratificetur collectio, sint recipiende littere de die prima, vel de die secunda, collecta.

Agit Ticius contra Sejum. Sejus quadam die defenditur per quendam falsum procuratorem; qui falsus procurator sequenti die quam acceptaverat, Sejum non defendit; nec per alium defenditur. Certe non debet Sejus simpliciter excommunicari; sed ita demum, si factum illius falsi procuratoris ratificet. Si non ratificat, condempnatur (?) falsus procurator ad penam, et Sejus processurus in causa. Sed cum Sejus non ratificet quod factum est per illum, ergo, quantum ad diem illam, idem indefensus est; ergo per consequens contumax est. Sed non est verum, quia ex quo falsus procurator se obligavit ad penam, pena succedit loco rei : unde non poterit dici ille Sejus indefensus. Et hoc

[1] *Digest.*, lib. xlv, tit. 1, l. 126, §. 2.
[2] *Ibid.*, lib. II, tit. 1, l. 15.
[3] *Cod.*, lib. I, tit. 2.
[4] *Digest.*, lib. 2, tit. 1, l. 25.

Digitized by Google

movet me, quia forte Sejus voluit defendi, sed non sic defendi; ut sic non reputetur contumax quasi indefensus prorsus, cum sufficiat interesse procuratore (?), nec utrumque potest peti, cum pena loco rei succedat, *ff. si quis cautionibus, l. si duo*, §. 1[a]; *ff. de doli excepcione, l. apud Celsum*, §. *Labeo*[b]. Verius est eum excommunicari debere, quia pro parte defensus, et pro parte indefensus videri non potest, et ita cum factum illius non approbet in totis, pro illa die indefensus est, et per consequens excommunicandus; et licet de die illa littera excommunicacionis accepta non fuerit, sed de die ulteriori, tamen subducto toto processu qui non ratificatur, intelligo ulteriorem diem et litteram de die illa impetratam loco prioris diei et persone, contumacie successisse.

CCVII *bis*. Utrum exequtores monitionem impetrantes, debeant declarare qui sunt illi; et utrum verbum *circiter* sit dubium, et per consequens declarandum; et utrum pro parte pecunie summe possit et debeat suspendi, et pro alia non.

Monitus erat quidam, ut satisfaceret exequtoribus cujusdam testamenti de viginti libris parisiensibus in quibus dicebatur teneri per litteras curie remensis. Contra monicionem fuit propositum quod non procedat tamen [*sic*, procederet?], quia non continebatur in illa qui erant illi executores, et intererat moniti scire qui erant illi, ut sic, si que legitime defensiones sibi contra aliquos competerent, illas proponeret. Item illud instrumentum cujus virtute procedebat monicio, loquebatur de duobus reis qui se obligaverant in solidum, sed non dicebat quod sine divisione; unde dicebat monitus se debere moneri solum pro dimidio. Item allegabatur satisfactum esse de septem libris, vel *circiter*, alteri executori. Dicebatur insuper quia plures erant, et quod alter executor, dum vivebat, recognoverat sibi satisfactum. Pronunciavi monicionem procedere, quoniam littere recognitionis curie remensis concordabat. Volui tamen quod in processu declararentur nomina exequtorum, et qualiter superstites, et quo jure, vice mortuorum, reum moneri fecerant, potissime cum monitio solutionem seu satisfactionem exigat, que non debet fieri, nisi illi qui jus habet recipiendi. Item quod dicebat se

[a] *Digest.*, lib. II, tit. XI, l. 5.

[b] *Digest.*, lib. XLIV, tit. IV, l. 4, §. 7.

Digitized by Google

pro parte dimidia tantum debere moneri, non admisi; quia non dicebat quod ambo rei erant presentes, et solvendo. Item volui declarari le (*sic*) *circiter;* quia licet secundum jura ad modicum refferatur, ignoratur tamen utrum ad modicum plus vel minus, et interest quod certum quid petatur, vel solutum certum proponatur. Item quia non dicebatur alteri exequtori satisfactum, sed quia proponebatur tantum quod recognoverat, non admisi, sicut dicimus quod ex confessione extra jus, eciam cum causa non agitur; sed si agitur ex tractatu, per eam probetur. Et credo quod in summa de qua non refertur questio, curret monitio, et litigabitur de alia; quia quoad certa et confessata non debet fieri aliqua suspensio; licet videatur quibusdam quod, cum una sit, et super hoc una monitio, totum suspendi debuerat, ut unum feratur preceptum, et una fiat executio; quod non credo.

CCXX. Utrum monitus non convictus possit incontinenti appellare; vel supplicare, ut monitio revocatur, debeat.

Monitus aliquis appellat, quia dicit se non convictum, non confessum, non condempnatum. Credo quod non bene appellat; quia adhuc non est gravatus. Sed debet judicem supplicare ut monitionem revocet; et si non revocat, tunc locus est appellationi. Tu dices : adhuc non est gravatus donec monitio cucurrerit? Dico quia ex quo judex ad supplicationem ipsius non revocat, verisimiliter timet de gravamine; et tunc potest appellare.

CGXXI. Utrum fama que vera non creditur valeat ad probationem; et utrum unus testis, cum fama, sufficiat in causa matrimoniali; et utrum commissio data, dilacione pendente, valeat; et utrum oporteat probare producentem vocationem partis adverse; et utrum in causa matrimoniali consensus producentis testem, sic quod non valeat ejus deposicio, nisi reductus fuerit, prejudicet; et utrum reus sentenciam ferri petens sine protestacione, condicionem appositam remisisse videtur.

In causa matrimoniali, fama cum uno teste sufficit. Quam famam probatam intelligo, si dicerit testis famam esse, licet non credat veram; quia fama procedit non ex opinione hujus, sed ex eo quod commu-

niter dicitur. Quia vero dicebatur facta commissio dilatione pendenti, non videbatur valere, nec testium receptio; sed quia dies a partibus collecta fuerat ad probandum, commissio super receptione testium non videtur aliquid extraneum continere, sed quod est proximum et congruens rei agende; ideo puto eam valere, *ff. judicatum solvi, l. jam tamen*, §. *in hac* [1]. Quia vero dicebat pars se non fuisse vocatam, bene erat attendendum, cum hoc sit de sollempnitate extrinceca, cum sub ipso verbo recepti[onis?] testium non comprehendatur; unde presumi non debet, sed contra apparet per acta. Quod autem consensit actrix, quod depositio sui testis sibi non prodesset, nisi eum reduceret, non valet in causa matrimoniali; et eciam in aliis intelligo conditionem tacitam, si hoc fuerit postulatum; item et intelligo, in eodem judicio; *ff. judicatum solvi, l. cum apud* [2]. Sed numquid reus hec remisisse videtur dum petit fieri sentenciam sine protestatione de premissis? Videtur quod sic, *ff. quibus modis pignus vel ypotheca solvitur, l. si debitor*, §. 1 [3]; argumentum contrarium, *eodem titulo, l. sicut* [4]. Non videtur potissime quod necesse habeat audire sentenciam, quia judicia redduntur in invitum, *ff. de verborum obligacionibus, l. inter stipulantem*, §. 1 [5]; et argum. *de re judicata, l. sepe*, §. *cur autem hiis* (sic) [6].

CCXXII. Qui habeat cognicionem de viduis; et utrum ex conjecturis presumatur causa propria testis; et utrum comes, racione droiture, possit convenire clericum.

Quedam vidua dicebat contra dominum et judicatores suos, quod occasione quarumdam terrarum sibi datarum, post decessum ipsius donatoris tenendarum in elemosinam et in augmentum matrimonii, fecerant ipsam adjornari, et dies assignaverant (?) contra eam, et nitebantur eam pertrahere ad emendam; quare petebat quod cessarent a predictis, cum hec ad forum ecclesiasticum pertinerent. Excipiendo declinatorium fuit propositum, quod ambe partes erant laice, et non proponebatur dominus earum negligens extitisse. Non fuit hoc admissum, et merito; quia vidua est de foro ecclesiastico, potissime ubi

[1] *Digest.*, lib. XLVI, tit. VII, l. 5, § 2.
[2] *Ibid.*, lib. XLVI, tit. VII, l. 20.
[3] *Ibid.*, lib XX, tit. VI, l. 4.
[4] *Digest.*, l. 8.
[5] *Ibid.*, lib. XLV, tit. I, l. 83.
[6] *Ibid.*, lib. XLII, tit. I, l. 63.

Digitized by

opprimitur; *Extrav. de foro competenti, c. ex parte* [1]. Item fuit propositum et admissum, quod dominus qui pro omnibus litem susceperat, erat dominus et comes, et juridictionem et cognitionem habebat in territorio illo in quo res de quibus agitur erant site, et quod racione droiture sue eam fecerat conveniri. Et hoc probavit per judicatores suos, et per quosdam alios contra quos fuit propositum, quod erant judicatores illius Petri; sed hoc non fuit admissum : sed certe si fuerant judices in ea causa, non debuerunt esse testes, *ff. de testibus, ob carmen, in glosa*[2]; *Extrav.* [sic, *Decret.?*] *ij, q. vj, c. statuendum* [sic, *statum?*][3]. Sed certe et alia ratione non debuerunt admitti, quia cum ille Petrus pro eis litem suscepisset, nec constabat quod animo (?) donandi, nec presumeretur, quia donatio nec presumitur, ergo si condempnatus fuisset, habuisset regressum contra eos; et sic causa est eorum, sicut in venditore et emptore, *ff. de appellationibus ab exequtore*, §. 1[4]. Verumptamen quia et ex confessione ipsius Beatricis, et ex deposicionibus aliorum testium qui non fuerunt reprobati, apparebat quod ille Petrus erat dominus comes, et habebat juridictionem in terris et meso (?) de quibus agitur, et quia constitit quod agebatur et adjornabatur Beatris ratione droiturarum, quoniam dominus de droituris et emendis potest cognoscere contra quoscumque, eciam clericos, *Cod. de episcopis et clericis, de hiis*[5], et quia saltem persona privilegiata privilegium suum debet allegare coram judice ad quem vocata est; ideirco eam remisimus ad justiciam laicalem, maxime cum de privilegio non constaret.

CCXXIII. Utrum generalis clausula : *renunciavit omnibus exceptionibus, etc.*, in instrumentis apponi solita, habeat effectum generale, sicut verba sonant.

Queritur numquid per generalem clausulam renunciativam, scilicet : *et omnibus aliis exceptionibus*, que plerumque in instrumentis ponitur, prejudicetur in omnibus. Dicunt communiter quod non, per *l. ff. si quis cautionibus*; §. *quesitum*[6]; sed certe nichil facit ad hoc ille §., quia loquitur in renunciatione; exceptio que posset competere pro ca-

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. II, c. 15.
[2] *Digest.*, lib. XXII, tit. V, l. XI.
[3] *Decret.*, par. II, caus. II, q VI, c 38.
[4] *Digest.*, lib. XLIX, tit. I, l. 4.
[5] *Cod.*, lib. I, tit. III, l. 3.
[6] *Digest.*, lib. II, tit. XI, l. 4, §. 4.

sibus fortuitis, in istis non prejudicatur, quia posset evenire quod nullo modo prius in mente venisset, et de quo, si previdisset renuncians, nullo modo renunciasset. Sed si per peccatum generale possit quis sibi prejudicare in omnibus que per culpam suam contingerent, quanto magis poterit quis sibi prejudicare per generalem renunciationem in hiis que jam sibi competunt, *ff. mandati l. Neracius (sic)*, et consuetudo hec admittit. . . . . .

CCXXIV. Numquid confitens sub conditione, habeat probare conditionem appositam; et utrum propter vitandum scandalum aliquid fiat quod alias non fieret; et utrum matrimonium sequens, eciam de cujus nullitate dubitatur, preponderet sponsalibus dubiis, matrimonio tamen magis claris.

Quedam Melesandis petebat quendam sibi adjudicari in sponsum, eo quod illum dicebat secum sponsalia contraxisse. Reus autem confitebatur quod sponsalia cum illa contraxerat, sub conditione tantum, si illa, ipsa die, se permitteret ab eo cognosci. Quia conditio turpis erat, et quia recognitio sponsalium pure tractatorum fuit probata, in priori judicio fuit reus actrici adjudicatus in sponsum; *Extrav. de conditionibus appositis, c.* 1 [1]. In causa appellationis fuit propositum quod ille, cum quadam Agnete consanguinea ipsius Milesaudis, matrimonium consummaverat per carnalem copulam; et quia tam consanguineitati, quam copule, fama publica consentiebat, propter vitandum scandalum ac periculum, sententiam prioris judicis retractavi; ad quod facit *Extrav. de sponsalibus, cum in tua* [2]; *de cognatione spirituali, c. super eo* [3]. Quia tamen idem reus per dolum et maliciam se priori sponse substraxit, et scilicet in causa appellationis optinuerit, eum ipsum in expensis condempnavi, quia fraus et dolus, etc.

CCXXV. Qualiter, et in quo casu, factum contrarium post publicatas attestaciones admitti debet, sive per modum revocationis erroris, sive arguendo testes de falso, sive sit contrarium per adjectionem loci et temporis.

[1] *Decretal.*, lib. IV, tit. V, c. I.
[2] *Ibid*, lib. IV, tit. I, c. 27.
[3] *Decretal.*, lib. IV, tit. X, c. 3.

Digitized

Notandum est quod si, pubicatis (*sic*) attestationibus, proponatur ab adversa parte factum directo contrarium, non debet admitti ad probandum per testes, nisi ante publicationem fuerit protestatum; quia cum tale factum potuerit previderi, modo esset timor subornationis. Sed si factum quod nunc proponitur, esset contrarium propter adjectionem loci vel temporis, tunc debet admitti, quia tale factum se reffert ad tempus vel locum de quo testes deposuerunt, et de illo pars ante publicationem previdere non potuit.

Credo tamen, quod si arguendo dicta testium de falso, proponeretur factum directo contrarium, quod esset admittendum; et sic fit una via quod alia non fieret. Sed simile repperio quod aliquid admitteretur post publicationes per modum erroris revocandi propositum, quod alio non admicteretur modo; credo contrarium cum glosa *Extrav. de testibus, c. ex tenore* [1].

CCXXVI. Utrum impetrans civitatensis, dicens se de dyocesi, careat effectu gracie.

In negocio provisionis faciende Johanni Mercerio suessionensis dyocesis, opponebatur quod erat civitatis. Respondebatur quod per circumstancia constabat de corpore; unde error nominis non debet nocere. Actende Ber.... *Extrav. de rescriptis, c. significante* [2], *etc.* Radulphus videtur sanccire quod etsi constet de corpore, non tamen debet valere, quia in talem personam papa non intendit dare juridictionem; et ad hoc facit, *ff. de legatis* 1, *l. si quis in fundi vocabulo* [3]; quia nomina locorum sunt appellativa, et quasi communiter nota, sicut nomina rerum; et si hoc in reo, multo forcius in impetrante de quo non est verisimile quod ignoret cujus dyocesis, vel civitatis, existat. Sed videretur facienda interpretatio pro actore secundum (?) hoc in re de qua agitur. Sed certe si constat de corpore per circumstancia, talis error non nocet, secundum Innocentium *in c. significante;* quod probo, potissime in rescriptis beneficialibus que favorabilia sunt, et latissime interpretanda.

[1] *Decretal*, lib. II, tit. XX, c. 35.
[2] *Ibid.*, lib. I, tit. III, c. 34.
[3] *Digest.*, lib. XXX, tit. I, l. 4.

CCXXVII. Utrum vicinus per quadriennium, et consanguineus, possit allegare ignoranciam clericatus sui vicini consanguinei; et utrum sit injuria tractare captos auctoritate judiciaria alio modo quam fieri debeat.

Conqueritur Lambertus de Adam consanguineo suo, quod eum clericum, et pro clerico publice habitum, fecit capi et imprisionari per justiciam laicalem. Ad sui defensionem proponebat Adam, quod ignorabat eum clericum, et quia inductus (*sic*) erat vestibus partitis; et eciam constitucionem factam super hoc ab episcopo tornacensi, quod tales non gauderent privilegio clericali. Sed certe cum ille Lambertus publice quadriennio continuo in eadem villa manens, cum eodem Adam coronam detulisset, non poterat idem Adam ignoranciam causare, *ff. de institoria actione, sed et si pupillus*, §. *proscribere*[1]; maxime quia cum sit consanguineus ipsius..... Item ille Lambertus clericatum allegabat, et fidem incontinenti facere potuisset, unde debuisset audiri ex racione, *l. ff. de judiciis, si quis ex aliena*[2]; *ad exhibendum, l.* 3, §. *ibidem*[3]. Item quia juxta causam captionis, que erat ob debitum pecuniarium, et condicionem persone que erat dives et honesta, debuit custodire, *ff. de custodia reorum, l.* 1[4]; et quia aliter factum fuit, licet alias captio fuisset licita, nunc tamen fuit injuriosa, quia ex proposito fuit positus ubi fures et latrones poni consueverunt; arguit..... quod notat *Extrav. de sentencia excommun., c. cum voluntate*[5]. Item non fuerat Lambertus nominatim monitus, juxta tenorem constitutionis.

CCXXVIII. Utrum aliquis dicens se excommunicatum injuste ad instanciam alicujus rei contra quem propter hoc agit actionem injuriarum, si probet se ad instanciam rei excommunicatum, non tamen probat quod injuste, satis probare videtur; et numquid, et in quo casu, sentencia judicis justa presumitur;

[1] *Digest.*, lib. XIV, tit. III, l. 11, §. 3.
[2] *Ibid.*, lib. V, tit. I, l. 5.
[3] *Ibid.*, lib. X, tit. IV, l. 3, §. 13.
[4] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. III.
[5] *Decretal*, lib. V, tit. XXXIX, c. 54.

et numquid predictus habeat saltem probare se excommunicatum ad rei instanciam.

. . . . . .

CCXXIX. Utrum arbitri arbitratores possunt procedere die feriata, sicut laici judices procedunt; et utrum dicto arbitri sit credendum tanquam testi, ubi ageretur coram judice ad penam propter inobedienciam alterius partis.

Cum ageretur ad penam ex compromisso, a parte per quam non steterat quominus pronunciatum fuisset, contra partem adversam per quam dicebatur stetisse; videbatur reus adsolvendus, quia illa dies qua arbitri pronunciare volebant, erat franca. Sed certe, sicut inter personas laicales, et de temporali, judicatur in curia laicali die franca, sic potest tolerari quod et arbitri inter laicos, et de similibus rebus, possunt pronunciare die franca. De amicabilibus compositoribus videretur hoc indistincte admictendum; arguit *Cod., de feriis, l. dies festos*, ubi dicit : *pacta ineant* (sic), *transactiones loquantur* [1]. Sed certe plus obstabat quod solum probabatur per unum ex arbitris quod dies fuisset partibus assignata; cui non videtur credendum, sicut nec judici delegato, si diceret se citasse per *c. quoniam contra falsam* [2]; et eciam in testimonio illius cause non erat admictendus, *ff. de testibus, ob carmen*, §. 1 [3]; II, *q.* VI, *c. statuendum* [4].

CCXXX. Utrum laicus judex possit cognoscere inter religiosos de re sita in ejus juridicione, in interdicto *uti possidetis;* et utrum consuetudo notoria indigeat propositione, et possessio, domanium, vel aliud jus superveniens post litem contestatam, prosit illi cui supervenit; et qualiter incompetens efficitur competens judex propter non oposicionem ante litem contestatam.

Curator quarumdam mulierum, nomine curatorio, coram majore et scabinis Sancti Sepulcri cameracensis, traxerat magistrum et fratres Sancti Lazari, super quadam pecia terre, quam dicebat curator ad

[1] *Cod.*, lib. III, tit. XII, l. 11.
[2] *Decretal.*, lib. II, tit. XIX, c. 11.
[3] *Digest.*, lib. XXII, tit. V, l. 21.
[4] *Decret.*, par. II, caus. II, q. VI, c. 38.

mulieres pertinere jure domanii, et quam detinebant dicti magister et fratres. Et cum magister et fratres non venissent, nec pro se misissent ad diem sibi assignatam, missus fuit curator in possessione terre petite. Postea predicti magister et fratres coram officiali cameracensi, in interdicto *uti possidetis* [1], ex causa predicta, formaverunt libellum contra curatorem predictum, quia eos possidentes turbabat reclamando rem coram judice non competenti. Lite contestata, probaverunt magister et fratres quod possidebant, sed non probaverunt quod illi essent judices non competentes. Certe curator potuit declinatorie proponere ante litem contestatam, quod remitteretur ad majorem et scabinos predictos; et quia hoc omisit, et super principali fuit litis contestatio, postea non potest illud proponere. Item qui erat ante litem contestatam judex competens, modo factus est incompetens; et officialis, qui erat incompetens si declinaretur, modo factus est competens; et ita videtur fratrum probata intentio. Sed contra, quia saltem, tempore dati libelli in interdicto *uti possidetis*, erant major et scabini judices competentes, et ita habito respectu ad illud tempus videretur fratrum intentio non probata. Sed certe si tempore dati libelli eos possessores fuisse appareat, etsi tunc curator idemque reus non turbabat, cum eo tempore essent judices competentes, quia tamen postea facti sunt non competentes, saltem modo turbat et turbaret, si coram eis curator possessionem de qua agitur reclamaret; et hoc videretur sufficere in interdicto *uti possidetis*, ad instar rei vendicationis, in qua sufficit quod illud assit quandocumque ante sententiam quod ex parte rei exigitur; sed non sic esset in domanio quod quis nactus esset post litem contestatam, quia jus ex quo nititur actor magis actenditur, quia ex persona actoris jus metimur : *ff. si pars hereditatis petatur, l.* 1, in principio [2]; *ff. de rei vendicatione. Sin autem* [3], §. 1. . . . . Dicebatur quod notorium erat in partibus illis, quod justicia laicalis non posset cognoscere de rebus elemosinatis; scilicet ista est hujusmodi. Sed contra, quia hoc non est dictum quod sit elemosinata. Respondetur quod immo hoc colligitur ex conditione agencium personarum. Sed certe non sequitur, quia multa habent et habere possunt non

[1] Voyez *ff.*, lib. XLIII, tit. XVII; et *Cod.*, lib. VIII, tit. VI.

[2] *Digest.*, lib. V, tit. IV, l. I.

[3] *Ibid.*, lib. VI, tit. I, l. 27.

Digitized by Google

elemosinata, potissime in proposito ubi agentes nituntur ex possessione que de facili acquiritur vel amictitur..... Preterea non est allegata hujusmodi consuetudo. Sed contra quia non debet allegari sed supponi, cum sit notoria, sicut et jus scriptum. Contrarium puto quia jus non potest negari; hec autem consuetudo, quantumcunque notoria, potest negari, et per consequens oportet eam probari, ut notat Innocentius *Extrav. de cohabitatione clericorum et mulierum, l.* (sic) *vestra* [1], *et C. de accusationibus et inscriptionibus, l. ea quidem,* in fine glo.[2]. Et ita per consequens debet allegari, quia aliter actor subticendo eam, se relevaret a difficultate probationum. Unde, consideratis omnibus, sentenciam prioris judicis infirmassem, nec fuisset petita in integrum restitutio ad allegandum consuetudinem.

CCXXXI. Utrum alimentorum causa pendente, debeat ali ille de cujus alimentis queritur, et a quo.

Nota. Dum causa alimentorum agitur, debent interim alimenta prestari ab eo a quo petuntur, potissime inopia alterius patente, et presumptione pro ea aliqua faciente; *ff. de liberis agnoscendis, si vel* [*parens?*] *neget* [3].

CCXXXII. Utrum citatus ad duo, et expeditus de uno, et de altero non, debeat habere expensas in quartum majores duntaxat, et non plus.

Si aliquis citatus est ad duo facienda, et super uno procedatur, super alio non, defectu proveniente ex parte illius ad cujus instanciam facta fuit citatio, tenetur ille ad expensas in quartum majores, et non in plus.

CCXXXIII. Utrum si aliquis agat ypotecaria, sit differencia quantum ad ordinem et modum agendi, utrum agat contra debitorem, vel contra tercium possessorem, et inter tacitam et expressam ypothecam; et utrum ille contra quem agitur, lite contestata, vendere possit de consensu actoris; vel quando inciditur in vicium litigiosi, et quando non.

. . . . . .

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. II, c. 7.
[2] *Cod.*, lib. IX, tit. II, l. 7.
[3] *Digest.*, lib. XXV, tit. III, l. 5, §. 8.

CCXXXIV. Utrum si, post compromissum, partes sponte coram judice de eo de quo compromissum est litigent, videntur tacite renunciare compromisso; et utrum, si altera pars alteram invitam coram judice trahat, incidit in penam compromissi; et si sit vallatum juramento, utrum pars trahens compellatur cessare a lite, et servare juramentum.

Quando excipitur de compromisso, communiter dicitur *ultima dilatione pendente;* et hoc idcirco, quia si partes postea sponte litigassent, a compromisso recessissent; et habet hoc locum, quando factum est compromissum per fidem, seu juramentum, quia tunc ad illud servandum sunt precise compellendi; si enim compromissum esset pena vallatum, posset alterutra parcium reddire ad judicium, pena contra eam commissa; *ff. de* [*receptis*] *arbitris, si* [*quis*] *rem* [1].

CCXXXV. Utrum exequtores defuncti possunt vendere cum decreto officialis, et utrum heres defuncti teneatur servare factum exequtorum in quantum probatur fuisse conversum in utilitatem anime defuncti; et utrum heres habens aliam causam quam a defuncto in re vendita, eam allegare valeat et prosequi, non obstante quod heres est; et numquid alter exequtor possit emere ab altero coexequtore palam.

Colinus Patez, et uxor sua, dum vivebant acquisierunt quasdam terras. Predecessit uxor; postea decessit Colinus, bonis suis omnibus positis in manu ecclesie, et exequtoribus constitutis, volens ut per ipsos exequtores debita solverentur, et forefacta restituerentur. Deinde quidam deputatus exequtor ab officiali archidiaconi, et venditor, venditionem fecit terrarum predictarum alteri ex exequtoribus cum decreto officialis predicti. Heredes Colini heredes emptoris expulerunt a possessione illarum terrarum. Deinde super petitorio et possessorio, de consensu parcium, mota questione coram scabinis, dicunt heredes Colini quod non tenuit venditio supradicta, quia facta ab eo qui non erat exequtor, et quia executori cui non licet emere. Dixerunt con-

[1] *Digest.*, lib. IV, tit. VIII, l. 30.

Digitized by Google

trarium, quia ille venditor deputatus fuerat ad hoc ab eo qui poterat; nam superior potest exequtorem adjungere, si sibi videtur expedire; et si facta fuit venditio exequtori, hoc licuit palam et bona fide : *ff. de administratione tutele, non existimo*[1] : unde pro parte Colini tenuit indubitanter venditio. Sed quod eciam heredes Colini in parte matris non possunt aliquid reclamare videbatur, quia pro anima Colini liberanda facta fuerat venditio per exequtorem judicis competentis, et de jussu ipsius. Ergo si evinceretur, teneretur Colinus si viveret de evictione, et per consequens heredes sui. Ergo non possunt de evictione agere : *ff. de evictionibus, vendicantem, et l. si plus*, §. 1[2]. Sed certe Colinus non teneretur proprie de evictione, sed tantum de precio, quod conversum fuisset in sui liberacionem, ut in *l. si plus*, §. 1[3]; et licet heredes ipsius Colini tenentur de precio in quantum ubi esset in liberatione Colini, tamen rem suam ex parte matris sue possent evincere : *ff. de pigneratitia actione, [si] rem alienam*, §. 1[4]. Verum non constitit precium illud conversum esse in liberatione Colini, et ideo scabini, de consilio bonorum, partem eos contingentem ex parte matris heredibus Colini adjudicaverunt, salvo heredibus emptoris regressu contra bona illius exequtionis que emptori fuerant obligata; in alia parte que Colinum contingebat, emptoris heredes fuerunt absoluti.

CCXXXVI. Utrum lata interlocutoria super emergenti, si non appellatur, poterit gravamen reparari per appellationem a diffinitiva; et utrum idem si super peremptoriis.

Si super emergenti feratur interloqutoria in priori judicio, et non appelletur, transit in rem judicatam, et non poterit proponi in causa appellationis. Si vero factum peremptorium fuerit in priori judicio propositum, et per interloqutorem non admissum, etsi non appelletur, non transit in rem judicatem (*sic*); et in causa appellationis poterit iterato proponi, quia quicquid tangit principale potest reformari in causa appellationis.....

[1] *Digest.*, lib. XXVII, tit. VII, l. 54.
[2] *Ibid.*, lib. XXXI, tit. II, l. 17 et 74.
[3] *Digest.*, lib. XXXI, tit. II, l. 74.
[4] *Ibid.*, lib. XIII, tit. VII, l. 9.

Digitized by Google

CCXXXVII. Utrum in obligationibus annuis possit sentencia ferri pro futuro, et nichilominus pro arreragiis; et utrum possit agi ad penam promissam, si non solventur.

Abbatem et conventum Belle Vallis condempnavi in arreragiis, et condempnavi ad solvendum in futurum, quia erat obligatio annua; sed questionem pene reservavi, quia licet de jure peti posset, et de jure civili, eciam si non intersit, ut in *Institut., de v. ob.* [sic, *de verborum obligationibus?*], §. *alteri*[1], et de jure canonico, prout sentit Innocentius *Extra. de penis, c. suam*[2], licet videatur innuere contrarium, *Extrav. de arbitris, c. dilecti*[3], tamen non debemus esse proclivi ad istam condempnacionem ferendam, ne usurarii occulti in istas penas, in contractibus suis ponendas, et exigendas, facile prosilirent.

CCXXXVIII. Utrum pars vocari debeat ad videndum fieri exhibitionem instrumentorum.

Exhibere instrumenta est de processu, et ideo in exhibitione instrumentorum in modum probationis debet pars vocari, nisi dies ad hoc fuerit assignata.

CCXXXIX. Utrum conversa possit agere ad hoc quod restituatur ad sororiatum et communia bona hospitalis, et utrum episcopus agens, seu procuratorem constituens pro hospitali, admittatur; et utrum converse agenti interim ministrentur necessaria.

Agebat quedam conversa contra ministrum et fratres cujusdam hospitalis, dicens se spoli[atam] sororiatu, seu fraternitate, et communibus ipsius hospitalis; et post aliquem processum cum eis habitum, superior magister ipsius hospitalis in ea causa constituit procuratorem quem non admisi virtute procuratorii (?), cum non constaret michi dictum magistrum administrationi predicti hospitalis immediate preesse; sicut nec dominus remensis in causa abbatis et conventus sancti Nicasil

[1] Le §. *alteri* des *Institutes* appartient au liv. III, tit. XX, et le titre *De verb. oblig.* forme le XVIe titre du même livre. Il doit y avoir ici erreur dans la citation.

[2] *Decret.*, lib. V, tit. XXXVII, c. 9.

[3] *Decretal.*, lib. I, tit. XXIII, c. 4.

posset procuratorem constituere. Item videretur quod converse prestari debeant alimenta et sumptus litis. *C. de ordine cognitionum, l. final.* [1]

CCXL. Utrum impubes teneatur servare ante (?) sacramenta puberum.

Impubes proximus pubertati immensam donationem rei sue fecit...., et per juramentum..... Dixi donationem non tenere..... Arguit *ff. de minoribus, l.* 3, §. *minorem* [2]; *ff. de muneribus et honoribus, ad rempublicam* [3]; *ff. de liberis et postumis, l. cum quidam* [4].

CCXLI. Utrum appellans spoliatus, petens, restituatur ante omnia.

Reus in priori judicio condempnatus appellavit. Pendente appellatione, spoliatus fuit. Ante omnia debet restitui quam in causa appellationis procedere teneatur. Licet videtur contrarium per hoc quod ipse qui appellavit deberet insistere prosequtioni appellationis sue. Primum probo, *Extrav. de officio judicis delegati, c. cum causa* [5]; *Extrav. de jurejurando, c. venientes* [6].

CCXLII. De gracia facta episcopo ut suorum clericorum beneficia conferre possit, *non obstante, etc.;* utrum expectans preferatur illi cui episcopus contulit; et utrum ordo expectanciun per hoc inmutetur.

Cum quidam Gerardus Johannem in impetratione et receptione prebende rosetensis precederet, diximus quod interventus Petri ex collatione sibi facta per episcopum sabinensem ordinem predictum non inmutavit; quia in gracia facta sabinensi episcopo, quod suorum clericorum beneficia posset conferre, non erat appositum : *Nulli alii de jure debita,* per quam clausulam jus expectancium solet conservari imminutum. Item quia certarum personarum, et certorum beneficiorum, facit gracia mentionem. Item quia si aliter interpretemur, in

[1] *Cod.*, lib. VII, tit. XIX.
[2] *Digest.*, lib. IV, tit. IV, l. 3, §. 3.
[3] *Ibid.*, lib. L, tit. IV, l. 8.
[4] *Digest.*, lib. XXVIII, tit. II, l. 19.
[5] *Decretal.*, lib. I, tit. XXIX, c. 22.
[6] *Ibid.*, lib. II, tit. XXIV, c. 19.

singulis ecclesiis, singulis expectantibus, non haberet effectum gracia facta sabinensi episcopo. Et ex hoc dico, quod collatio hujus[modi] beneficiorum, nec ordini aliarum graciarum subjacet, nec obstat clausula : *non ostante, si sint aliqui qui ut recipiantur insistant, quibus volumus* (sic) *prejudicium generari,* quia non paratur eis prejudicium, nisi in expectatione modici temporis; quod in hoc prejudicium non censetur. *Argumentum C. de precibus imperatori offerendis, l. quociens* [1]; et ad hoc facit *C. de hiis qui in priorem* [*creditorum*] *locum succedunt, l.* 2 *et* 3 [2], qualiter nova potest intervenire persona, ordine non mutato.

CCXLIII. Utrum pro salario advocatorum, procuratorum, tabellionum, et notariorum, in scriptis litigandum sit; et utrum appellatus teneatur ad expensas si non venerit; et utrum pars inventa in curia cum litteris, custu sibi reddito litterarum, in causa procedere teneatur; et utrum conclusum intelligatur notula (?) collecta ad audiendum jus simpliciter; et utrum judex potest assignare terminum parti ad proponendum omnes peremptorias.

Item nota quod pro salario procuratorum, tabellionum, seu notariorum, non tenetur quis littigare in scriptis. Item nota quod appellatus ad curiam remensem non tenetur ad expensas, si non venerit, nisi demum cum per curiam ad procedendum fuerit evocatus. Item si adversarius qui impetravit litteras inveniatur in curia, sufficit ad revocationem litterarum quod is contra quem sunt impetrate reddat ei custum suum, et procedatur in causa litteris revocatis. Item nota quod, licet de jure nonquam intelligatur conclusum, nisi expresse concludatur renunciando allegationibus, ut dicitur in *Auth., jubemus, C. de judiciis* [3], tamen de consuetudine curie remensis intelligitur esse conclusum, si dies fuit collecta a partibus ad audiendum jus, nec adjectum fuerit : *si commode fieri possit;* quo casu adhuc posset novum factum proponi. Judex tamen, si videret partem aliquam ter-

[1] *Cod.*, lib. I, tit. XIX, l. 2.
[2] *Ibid.*, lib. VIII, tit. XIX.
[3] *Cod.*, lib. III, tit. I, l. 9.

Digitized by Google

giversantem, et successive multa facta proponentem ut lis retardaretur, posset illi diem prefingere (*sic*) ad omnia facta sua peremptoria proponenda.....

CCXLIV. Utrum clericus appellans ab audiencia suffraganei, pendente causa appellationis captus ab officiali suffraganei, presumatur captus occasione cause.

Officialis cathalaunensis monitus fuit ut quendam clericum quem, post appellationem ad nos interpositam, dicebatur cepisse, et in nostre juridictionis contemptum, deliberaret, et emendaret, probata ex parte nostra appellatione, et eciam captione. Dicebamus quod presumi debebat quod captus fuisset in prejudicium nostre juridictionis; arguit *Extrav. de accusationibus, olim, cum glosa sua* [1]. Item quod ex continencia factorum aliquid ex malo proposito presumitur factum, *Extrav. de electione, officii* [2]; et licet ipse clericus esset de juridictione ordinaria illius officialis cathalaunensis in ceteris casibus a quibus appellatum non erat, *Extrav. de appellationibus, proposuit* [3], et per hoc videtur quod pro suo excessu, qui probatus erat, posset capi et puniri, et presumi deberet quod hoc faceret utendo jure suo, *ff. pro socio, merito* [4], et *nemini facit injuriam qui utitur, etc.;* tamen quia super illo excessu procedebatur inquirendo, et nondum esset finitum judicium inquisitionis, male fecit ipsum clericum capiendo et exequtionem ipsi sentencie preferendo, *C. de exequtione rei judicate, l.* 1 [5], et quia falsa allegabat, dicendo quod eum ceperat volens parcere imminenti periculo, cum non esset iminens periculum, sed longo tempore antea dicebatur commissum; arguit *Extrav. ut ecclesiastica beneficia, cap. uno* [6]; et ita ex istis presumitur violenter quod istam captionem fecerit officialis in contemptum juridictionis nostre, et occasione appellationis; quod licet alias esset licitum, tamen eo proposito illicitum debet dici, ut arguit, *ff. de aqua et aq. pluvie, l.* 1, §. *denique* [7]; nec obstat quod ex suspitionibus non debet quis in criminibus condempnari, quia ex vephementibus presumptionibus bene quis con-

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. x, c. 26.
[2] *Ibid.*, lib. i, tit. vi, c. 38.
[3] *Ibid.*, lib. ii, tit. xxviii, c. 24.
[4] *Digest*, lib. xvii, tit. ii, l. 51.
[5] *Cod.*, lib. viii, tit. xliii, l. i.
[6] *Decretal.*, lib. iii, tit. xii.
[7] *Digest.*, lib. xxxix, tit. iii, l. i, §. 12 et 23.

Digitized by Google

dempnatur; *C. de adulteriis, si qui* [1]; *ff. de re militari, non omnes* §. *a barbaris* [2]. Verumptamen quia de hoc liquide non constabat,..... indiximus ei purgationem cum tercia manu.

CCXLV. Utrum si testator ordinavit quod uxor habeat residuum, primo solutis legatis et debitis, et uxor promisit hoc adimplere, videantur voluisse quod uxor, antequam solvat, habeat bona, presertim immobilia, ut potius notetur ordo in effectu, quam in exequtione.

Quidam, cum multa deberet, et quedam legasset, inter cetera voluit quod, debitis et legatis primo solutis, uxor sua haberet residuum; et de voluntate testatoris, ipsa promisit se soluturam omnia debita et legata. Certe per hoc videbatur sensisse testator, quod mulier posset actingere bona hereditagia, eciam non solutis debitis vel legatis, cum non sit verisimile quod promisit se soluturam de suo; ut sic pocius notetur ordo in effectu, quam in executione voluntatis. Arguit *ff., de condicionibus institutionum, mulier,* §. *si* [*quis hereditarium*] *servum* [3].

CCXLVI. Utrum qui semel possedit adhuc possideat, et qui semel fuit dominus, presumatur esse dominus.

Item qui emit fructus certe vinee ad certos annos, et vineam recipit in assignamentum, non potest agere ypothecarie pro assignamento, elapso tempore, nisi dicat aliquid natum fuisse in vinea; nam sicut principalis obligatio deficit, nisi nascatur aliquid, sic accessoria rei de qua agitur; arguit *C. de usufructu, corruptionem* [4]. Item quia adversarius tenuit, et coluit ut suam, in novissimis vindemiis, et aliis temporibus novissimis, dum vinea indigebat cultura, et aliis anterioribus temporibus, presumi debet quod adhuc possideat tempore mote litis, cum non appareat opinionis contrarie conjectura. Si dicas : Jam non erit differencia inter possessionem et domanium, quia pro hoc, sicut *qui semel fuit dominus, etc.*, sic *qui semel fuit possessor, etc.* Sed respondeo, quod licet in domanio haberetur presumptio a quocumque tempore, in possessione tamen habebitur presumpcio a novissimo

[1] *Cod.*, lib. IX, tit. IX, l. 34.
[2] *Digest.*, lib. XLIX, tit. XVI, l. 5, §. 6.
[3] *Digest.*, lib. XXVIII, tit. VII, l. 20, §. 1.
[4] *Cod.*, lib. III, tit. XXXIII, l. 16.

Digitized by Google

tempore quo cultura indiguit dumtaxat. Hoc videtur verum et equum, quia aliter non posset probari possessio. Si tamen diceres contrarium, istam duriciam vitares, quia jura hoc consideraucia videntur adhibuisse remedium, quia fiant interrogaciones, an possideat, vel non; si dixerit quod sic, probata est possessio; si responderit se non possidere, mictetur actor in possessionem rei petite, *ff. quibus ex causis in possess., l. Fulcinius*, §. *Celsus* [1].

CCXLVII. Utrum obligatus per litteras, soluto debito, possit petere litteras sibi reddi, reddito custu litterarum, vel non reddito.

Quidam, cum diceret se fuisse obligatum per litteras recognitorias curie ad certum quid, et solvisse, petebat litteras recognitorias sibi reddi sine custu et dampno. Male agebat, quia cum creditor propria pecunia solverit litteram recognitoriam, non debet eam reddere nisi custu littere prius sibi reddito, maxime secundum consuetudinem civitatis remensis.

CCXLVIII. Utrum thesauraria S. Thimotei sit dignitas in ecclesia S. Thimotei; et utrum, si thesaurarius judex impetretur cum aliis, cum clausula *quod si non omnes*, necessarium sit quod constet de nolle vel non posse thesaurarii, antequam alii sine ipso procedant; et ibi pulcra jura ad hoc allegata.

Decanus remensis impetravit rescriptum a sede apostolica, contra capitulum sancte Nutricis, ad priores sanctorum Mauricii et Dyonisii remensium, et ad thesaurarium sancti Thimothei remensis, cum illa clausula : *Quod si non omnes*. Deinde decanus fecit capitulum citari coram dictis prioribus, omisso thesaurario, pro eo quod thesaurarius non erat canonicus in ecclesia cathedrali, nec habebat personatum nec dignitatem, et per consequens non poterat esse judex per novam constitucionem domini Bonifacii pape. Contra citationem proponebatur ex parte capituli coram dictis prioribus, quod thesaurarius poterat et volebat interesse cognicioni cause, nec constitit de ejus excusacione, etc., per *c. prudenciam* [2]. Contra hoc dicebam, quod non erat opus excusacione illius thesaurarii, et ad hoc inducebam *de rescriptis c. siscitatus* [3], ubi illa clausula *dummodo* que est in fine,

[1] *Digest.*, lib. XXII, tit. IV, l. 7, §. 17.
[2] *Decretal.*, lib. I, tit. XXIX, l. 21.
[3] *Decretal.*, lib. I, tit. III, c. 15.

refertur ad immediate dictum de impotencia facti, et non ad primo dictum de impotencia juris. Item inducebam quod quisque id quod, si velit habere, non potest, id repudiare non potest. Cum ergo dictus thesaurarius, si vellet, non posset habere jurisdiccionem in casu predicto, non est opus sua excussione seu repudiacione; argait *ff. de diversis regulis juri., l. qui potest*, §. *quod quisque* (*sic*) [1]. Item si minor vocetur ad tutelam, et curam, non est opus sua excussione, quia etsi vellet, non admitteretur; *Inst. de excusationibus tutorum*, §. *minores* [2]. Item inducebam, *ff. ad senatusconsultum velleianum, aliquando*, in fine [3]. Item quando condicio refertur ad presens vel preteritum, non differt obligacionem, sed statim valet, vel non valet; quia talia apud rerum naturam sunt certa, licet apud nos sint incerta, ut *Inst. de verborum obligationibus*, §. *conditiones* [4]; *ff. si certum petetur, l. cum ad presens* [5]. Cum igitur ista condicio : *Quod si non omnes*, jam esset impleta tempore impetrati rescripti et citacionis emisse, quia thesaurarius non poterat interesse propter juris impotenciam, alii duo poterunt procedere ipso instrumento; et sic fuit pronunciatum de consilio peritorum. Et quod dicta thesauraria non sit dignitas, apparet per multa que confessus fuit procurator capituli, quod thesauraria consuevit transferri de persona in personam singulis annis. Item tenetur thesaurarius singulis annis reddere compotum. Item vacat reddito compoto. Item non habet redditus sibi perpetuo deputatos. Item thesaurarius potest habere simul thesaurariam, et parrochialem ecclesiam. Item vacat per revocacionem capituli. Item per renunciacionem thesaurarie. Et sic non est dignitas, per ea que notantur *de prebendis, c. de multa*, per Innocentium et Hostiensem.

CCXLIX. Utrum decano et capitulo remensi agentibus contra reum, ad instanciam rei decanus personaliter jurare teneatur, sicut abbas teneretur per decretum : *presencium, de testibus.*

In causa que vertitur in curia remensi, inter decanum et capitulum remensis ecclesie ex una parte, et quendam clericum ex altera, die assignata ad jurandum, clericus petebat quod decanus personaliter

[1] *Digest.*, lib. L, tit. XVII, l. 174, §. 1.
[2] *Instit.* lib. I, tit. XXV, §. 13.
[3] *Digest.*, lib. XVI, tit. I, l. 13.
[4] *Instit.*, lib. III, tit. XVI, §. 6.
[5] *Digest.*, lib. XII, tit. I, l. 37.

Digitized

juraret; et allegabat pro se novam constitucionem Innocencii [*sic*, Gregorii?] *de testibus, ad hec*, aliter incipit : *presencium* [1]; ubi abbas et prior de quibus ibi fit mencio tenentur jurare. Respondebatur ex adverso, quod causa erat collegii, et decanus erat de collegio, nec conventus erat nisi tanquam unus de collegio; unde debebat admicti per curiam (?) una cum capitulo. Nec fecit ad propositum illa constitucio, quia abbas et prior habent administracionem temporalium pro suis conventibus seu collegiis, non sic est de decano, quia non habet administracionem temporalium capituli. Et inducebantur ea que notant Innocentius et Hostiensis *in dicto c.*, et *de rescriptis, edoceri* [2]; et sic fuit interloqutum.

CCL. Utrum leprosarie videantur ab antiquo institute pro natis in locis in quibus sunt leprosarie; et utrum consuetudo civitatis habeat locum in tota dyocesi, ex quo consuetudo contraria non probatur; et de multis facientibus ad consuetudinem alterius loci ad alium locum trahendam, et impediendam prescriptionem consuetudinis.

Pro leproso de Fimis testes deponebant, quod cum parentes sui apud Fimas, fere LX annis elapsis, moram continuam traherent, viderant eum infantulum; et dicebatur communiter quod apud Fimas fuerat procreatus, et adhuc dicitur a quibusdam. Dico talem probacionem sufficere, habita racione temporis; nam vix tanto tempore, nec instrumentis integritas, etc., *in Authent. hec constitucio innovat constitutionem*, circa principium, *coll.* VIII [3]; arguit *ff. de probationibus, si arbiter* [4]; *de aqua et aq. pluvie arcende, l.* 2, §. *idem Labeo* [5]; nam in talibus, propter longitudinem temporis, sufficit vehemens opinio, etc. Item habita racione rei de qua agitur, quia in partu solent intervenire pauce persone et antique, sicut sunt obstetrices, aliud dicere, esset rem probacione destituere. In talibus ergo ad opinionem et presumpcionem recurrendum, *ff. de hiis que* [sic, *qui?*] *sunt sui vel* [*alieni juris*], *filium* [6]; *Extrav. de testibus, licet* [7]. Item probata

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XX, c. 31, ou plutôt *Sext.*, lib. II, tit. X, c. 2.
[2] *Decretal.*, lib I, tit. III, c. 21.
[3] *Auth.*, coll. VIII, tit. XII.
[4] *Digest.*, lib. XXII, tit. III, l. 28.
[5] *Ibid.*, lib. XXXIX, tit. III, l. 2, §§. 7, 8, 9.
[6] *Ibid.*, lib. I, tit. VI, l. 6.
[7] *Decretal.*, lib. II, tit. XX, c. 47 et 49.

origine, omni consuetudine circumscripta, de jure debet admitti ad leprosariam sue originis, quia pro illis scilicet originariis videtur instituta fuisse; *C. de episcopis et clericis,* [*l.*] *in ecclesiis; l. nulli liceat,* §. *sin autem* [*non?*] *designata persona;* et *l. si quis ad declinandam,* §. 1 [1]. Nec mutatur origo, nec in bonis, nec [in?] malis, propter domicilium adjectum; *ff. ad municipalem, l. ordine,* §. *fin.* [2]; *C. de municipibus et originariis, l. origine,* et *l. final* [3]; et si est ita, non oportuit consuetudinem allegari. Item allegata consuetudo videtur probata, quia si est ita in civitate remensi, ergo et ita debet esse in dyocesi; *Extrav. de consuetudine, c. cum olim,* in glossa [4]; *duodecima distinctione, c. de hiis* [5]; et hoc ubi non apparet consuetudo contraria specialis; et certe speçialis consuetudo a provisoribus leprosarie allegata, non est probata, potissime cum ipsi major et scabini dicant quod non habent potestatem instituendi. Item quia videtur contra pietatem. Item quia actus rari. Item quia ille leprosus esset omni solacio destitutus. Item quia non adfuit superior conssensus. Item quia non fuit optenta in contradictorio judicio; *ff. de conditionibus institutionum, l. filius* [6]; et que notantur *Extrav. de consuetudine, c. fin.* [7]. Hiis omnibus consideratis, pronunciavi dictum Colardum leprosum, ad leprosariam sue originis admittendum, non obstante quod Remis per maximum tempus mansionem traxisset; et adjeci in sentencia motus animi mei.

CCLI. Utrum responsio ad positionem implicitam videatur debere intelligi secundum alias responsiones, licet aliquantulum contrarias, nec videatur ita subito opinionem mutasse.

Anselmus, cum ageretur contra eum ad penam ex compromisso pena vallato, ut dicebat Laurencius presbiter adversarius suus, quod negabat Anselmus, ad posiciones simplices et distinctas respondit sustinendo suam primam responsionem quam fecerat per juramentum. Primo positum fuit quod factum fuerat compromissum; respondit : Credit, et sic de aliis. De pena negavit. Postea vero ad quasdam posi-

[1] *Cod.*, lib. I, tit. III, l. 11, 28, §§. 1 et 49, c. 1.
[2] *Digest.*, lib. L, tit. I, l. 15.
[3] *Cod.*, lib. X, tit. XXXVIII, l. 4 et 5.
[4] *Decretal.*, lib. I, tit. IV, c. 6.
[5] *Decret.*, part. I, dist. XII, c. 13.
[6] *Digest.*, lib. XXVIII, tit. VII, l. 15.
[7] *Decretal.*, lib. I, tit. IV.

ciones implicitas, in quibus videbatur implicita intencio adversarii, respondit Ancelmus : Credit. Sed ego intelligo secundum determinacionem precedentem et subsequentem. Arguit optime *C. familie herciscunde, l. quotiens* [1]; *ff. de legatis* II, *legatorum,* §. *fin.* [2]; *de conditionibus et demonstrationibus, l. non dubitamus* [3], quam induco, quia cum in eodem momento ad posiciones respondit, non videtur in tam brevi tempore voluntatem mutasse. Et quia nichil aliud contra Ancelmum fuit probatum, sentenciam latam contra eum in curia cameracensi infirmavi.

CCLH. Utrum ex pacto nudo agatur de jure canonico, vel consuetudine; et utrum promissio sine causa valeat; et utrum contractu innominato ad factum agi possit; et utrum oblatio sufficiat ad hoc ut contractus innominatus impletus dicatur; et si non dicatur impletus, utrum agi poterit ad interesse.

Quidam miles dicebat contra quendam civem, quod ille civis convenerat cum illo, quod mutuaret illi militi certam summam pecunie, ità quod ille miles daret sibi litteras suo et uxòris sue nomine, etc. Miles implevit ex parte sua convencionem. Dicebant quidam libellum non procedere, quia non erat causa expressa, *ff. de doli* [*mali*] *exceptione, l.* 2, §. *circa* [4]..... Istud impertinens reputavi, quia erat innominata convencio. Do ut facies, vel facio ut des, sècundum ordinem convencionis. Unde cum miles cujus intererat ex parte sua convencionem implevisset, civem militi condempnavi, eciam ad factum, cum ex innominata convencione ad factum possit agi; ut notat glosa, *ff. de prescriptis verbis, naturalis,* circa princip. [5]. Sed cave, quia ex quo civis non receperat sponte illa instrumenta, non erat impletus tractatus ex parte militis, ut posset agi ad factum convencionis, licet posset agi ad interesse propter sumptus; *ff. de condictione sine causa* [sic, *causa data?*], *l. si pecuniam,* in princip. [6]. Sed quia per jura canonica ex nudo precio agitur, et quia consuetudo admittit talem modum agendi, idcirco civem militi condempnavi.

[1] *Cod.*, lib. III, tit. XXXV, l. 10.
[2] *Digest.*, lib. XXXI, l. 33.
[3] *Ibid.*, lib. XXXV, tit. I, l. 20.
[4] *Digest.*, lib. XLIV, tit. IV, l. 2, §. 3.
[5] *Ibid.*, lib. XIX, tit. V, l. 5.
[6] *Ibid.*, lib. XII, tit. I, l. 5.

by Google

CCLIII. Utrum qui juravit, quod prius decies perjuraret quam actor vinceret, videatur perjurus; et utrum, acta vel non acta penitencia, ejus deposicio valeat, maxime in prejudicium ejus qui ad jurandum eum compulit.

Quidam testis per juramentum asseruerat, quod prius decies perjuraret, quin adversa pars lucraretur. Dico quod per hoc non est perjurus proprie, sed temere juravit; licet sit argumentum contra *Extrav. de jurejurando, c. tua* [1]; sed tamen quia male se habuit in jurando, malus presumitur futurus, et repellitur a testimonio. Nota Accursium *in Authent. scenicas* IIII [sic, *coll.* V?] *non solum, in glossa* [2]. Potes dicere quod acta penitencia admittetur, non autem cum sit in peccato mortali, et quia malus presumitur. Sed et non acta penitencia admittetur in ejus prejudicium qui ad sic jurandum eum compulit, vel induxit. De hoc dic ut notat Innocencius *Extrav. de testibus, c. testimonium* [3].

CCLIV. Utrum actione injuriarum teneatur qui veritatem dicit, injuriam tamen de se; et utrum sit differencia utrum in judicio, denunciando, vel accusando, vel aliter; et utrum [ira?] provocata injuriam dicens excusetur per regulam juris, *quid calore, ff.*

Item videbatur quod quia, ira provocata ab actore, contumeliosa verba dixerat actori, quod esset ei parcendum. *Arguit, ff. de regulis juris, quidquid* [*in*] *calore* [4]; *ff. de rebus eorum qui sub tutela vel cura, l. si pupillorum* [5]; sed ibi agitur de re simpliciter licita. Argumenta meliora sunt : *ff. de jure fisci, l.* 2, in princip. [6]; *de bonis libertorum, l. qui cum major,* §. *si libertus* [7]. Dico tamen quod ibi per judicem se vindicare nolebat; unde dico quod non parcetur in toto, sed in parte. Arguit glossa *Extrav. de appellationibus, c. dilecto, in glossa finali* [8]..... *ff. quod metus causa, exstat* [9]. Sed quid

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XXIV, c. 24.
[2] *Auth.*, coll. V, tit. VI.
[3] *Decretal.*, lib. II, tit. XX, c. 54.
[4] *Digest.*, lib. L, tit. XVII, l. 48.
[5] *Ibid.*, lib. XXVII, tit. IX, l. 7.
[6] *Digest.*, lib. XLIX, tit. XIV.
[7] *Ibid.*, lib. XXXVIII, tit. II, l. 14, §. 6.
[8] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVII, c. 63.
[9] *Digest.*, lib. IV, tit. II, l. 13.

Digitized by Goo

si persona que convicia dixit, probaverit illa esse vera? Glosa dicit quod non tenetur injuria, eciam si dixerit extra judicium, *ff. de injuriis, eum qui nocentem* [1]. In presens (?) Ja[cobus?] de Ra[venna?] distinguit : aut est delictum de quo quis accusatur, etc.; *C. de liberis preteritis, l. maximum* [2]. Sed videtur equum quod si dixisset via judiciaria, accusando, vel denunciando, non teneretur. Sic intelligo *l. eum qui nocentem* [3]; *Extrav., de judiciis, novit ille* [4]. Si animo conviciandi, tenetur; *C. de injuriis, si non convicii* [5]. Si vis tenere glossam, dic quod non est defectus ex parte conviciantis, quominus competeret actio; sed ex parte ipsius conviciati qui non est dignus, etc.; *C. de adulteriis, l. que adulterium* [6].

CCLV. Utrum questione mota inter commune aliquod et Titium, si aliqui cives compromittant cum Ticio, et Ticius condempnetur mi^or de civibus, utrum teneatur Ticius solvere dictis mi^or id in quo condempnatus est; et dico quod non, quod non valuit compromissum, altera parte deficiente.

Evrardus de mesterio draperiorum, super quibusdam dampnis que dicebat se intulisse communi draperiorum, compromisit in certos homines; et illi pronunciaverunt quod ille Evrardus daret xiii libras quatuor aliis. Qui quatuor fecerunt monere dictum Evrardum. Pronunciavi dictam monicionem non legitime impetratam, quia commune non fecerat partem in compromisso; et ita cum claudicaret arbitrium, non tenebat, nec fides illud validum facere videbatur, cum compromissum deficeret ex se ipso, licet alias fides faceret valida, que nulla essent propter obmissam solempnitatem; quia nec hoc sensisse videretur, nec cogitasse predictus Evrardus, tamen per hoc ipse posset condempnari et ligari, et non ipsum commune; nec liberacionem consequeretur a communi, quicquid ipsi arbitri dixissent, potissime quia illis quatuor nulla poterat accio competere, cum tantum essent ad solucionem adjecti.

CCLVI. Si alter spondens dixit quod accipiet in uxorem, et

[1] *Digest.*, lib. xlvii, tit. x, l. 18.
[2] *Cod.*, lib. vi, tit. xxviii, l. 4.
[3] *Digest.*, lib. xlvii, tit. x, l. 18.
[4] *Decretal.*, lib. ii, tit. i, c. 15.
[5] *Cod.*, lib. ix, tit. xxxv, l. 5.
[6] *Ibid.*, lib. ix, tit. xx, l. 29.

Digitized by Google

uxor dicat quod eum non dimittet pro pejore vel meliore, et postmodum sequatur carnalis copula, utrum sit matrimonium.

Quedam in causa matrimoniali dicebat quod quidam dederat sibi fidem de matrimonio seu sponsalibus eum ea contrahendis, et quod promiserat ei quod eam duceret in uxorem vel sponsam, et ipsa similiter illi viro promisit quod non dimitteret eum pro pejore vel meliore. Videbatur quod ex parte mulieris non sint verba exprimencia consensum de presenti, vel futuro. Sed certe quoniam simplices vulgariter talibus verbis utuntur, et quia ipsamet que talia verba dixerat instabat, et quia sequta fuerat carnalis copula, nec alia se super hoc opponebat; hiis omnibus concurrentibus, sentenciam latam pro matrimonio confirmavi.

CCLVII. Ubi opponitur contra litteras continuatiales, litiscontestatio est necessaria, aliter diffiniri non potest.

Quidam dicebat quod Ticius post compromissum factum inter eos, litteras impetraverat contra eum. Respondit Ticius quod compromissum erat finitum, et lapsu temporis expiraverat. Quod actor negavit. Quia super principali non reperi litem contestatam factam, non potui diffinire.

CCLVIII. Utrum possit moneri non convictus, et qualiter non; et utrum sufficiat contra monitum probare debitum, licet convictus non fuerit tempore monicionis.

Queritur, quare monicio dari non debet nisi in convictum vel confessum, etc.? Responditur, quia monicio habet secum annexam exequcionem, et contra nullum debet fieri exequcio nisi sit convictus, etc. Sed quero : Aliquis elegit agere per modum monicionis; pars monita opponit quod nec est convicta, nec, etc. Dicit pars que monicionem impetravit : Immo debet id pro quo monitus est, et est notorium. Et postea pars que monicionem impetravit probat debitum, sed non probat quod fuerit adversarius convictus, vel confessus, etc. Numquid condempnari debet? Credo quod non; quia modum agendi elegit qui non competit, nisi contra convictum, etc. Argumentum optimum *Extrav. de accusacionibus, c. inquisitioni* [1]..... ; et *de judiciis, c. exhibita* [2].

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. i, c. 21.

[2] *Decretal.*, lib. ii, tit. i, c. 19.

CCLIX. Utrum adherens appellacioni, appellante non prosequente, admittatur ad prosequtionem; et utrum adherens debeat adherere in presencia judicis, vel utrum in secreto sufficiat; et utrum interrogatus, utrum adheserit, tacens, sibi prejudicet.

Dominus Odo professus monachus lobiensis significavit remensi curie, quod quidam alii monachi ejusdem monasterii, ab audiencia officialis cameracensis, ad remensem curiam appellaverant, contra quendam qui se pro abbate gerebat; quibus adheserat idem Odo, et adhuc adherebat, ut dicebat. Deinde illi monachi, cum jam in causa plurimum processissent, nescio quo ducti spiritu, in amiciciam et concordiam cum illo devenerant, et a lite destiterant; petebatque, ut adherens, ad causam resumendam admitti. Pars adversa negabat eum esse de adherentibus. Produxit quoddam instrumentum in quo continebatur, quod coram fideli clerico ad hoc specialiter deputato, recognoverat se adherere, et de adherentibus esse. Pars adversa dicebat quod istud instrumentum non debebat proficere producenti, quia istud nunquam pervenerat ad noticiam judicis, nec partis. Item quia alias cum judex interrogasset, qui et quot erant adherentes, ipso Odone presente et audiente, tacuit. Istud secundum non multum movet, quia sola taciturnitas non privat aliquem jure suo, potissime si propter timorem et verecundiam tacuit. Argumentum *ff. soluto matrimonio, si cum dotem*, §. *eo* [*autem*] *tempore* [1]. Sed certe primum magis moveret, nam certe quod in istius Odonis voluntate esset quod esset adherens, vel non esset, cum contrarium probari non posset occultato instrumento, racionabile non videtur, et quod similiter abbas distringatur in plures ignorans. Verumptamen quia semel mota crimina indiscussa transiri non debent, *Extrav. de collusione, c.* 1, 2 et *final* [2]; et quia inconsulto judice alii monachi destiterant, propter quod res merito poterat haberi suspecta; et quia pro utilitate monasterii hoc faciebat, ubi omnes eque principaliter sunt admittendi, et eciam esset admittendus iste Odo, si nunquam adhesisset; ideiroo eumdem Odonem duximus admittendum.

CCLX. Utrum fama, cum uno teste suspecto, sufficiat in probacionem matrimonii, vel sponsalium; et utrum testis excommu-

[1] *Digest.*, lib. XXIV, tit. III, l. 22, §. 5. [2] *Decretal.*, lib. V, tit. XXII.

nicatus, maxime pluribus sentenciis, absolutus tamen ad cautelam, minoris estimacionis habeatur; et utrum excommunicatus qui non solvit quod solvere fide data promisit, perjurus reputetur.

In causa Berte de Tirelio contra Baudetum, in qua agebatur de matrimonio consummato, licet Berta probasset famam, quia tamen fideidacionem solum per unum testem multipliciter suspectum probavit, delato reo juramento, ipsum absolvi. Et est notandum quod licet testis fuerit absolutus ad cautelam, sed inveniatur fuisse excommunicatus pluribus sentenciis excommunicacionum, etsi non evincetur in totum, denigratur tamen ejus testimonium. Similiter si aliquis promisit per juramentum se daturum aliquid certa die, et ob hoc ipsum patitur se excommunicari, etsi non neccessario, probabili tamen presumpcione, de perjurio convincitur, et ejus testimonium denigratur.

CCLXI. Utrum proponente presbitero nomine capellanie se fuisse in quasi possessione recipiendi certum quid a persona singulari, reus proponens dictum actorem debere tradere litteram, et non tradidisse, nec obtulisse, licet requisitum, sit admittendus per modum facti contrarii.

Quidam sacerdos, nomine sue capellanie, dicebat se fuisse in possessione percipiendi a quadam certa persona, singulis annis, quandam summam pecunie; et quod, illa persona solvere recusante, erat sua quasi possessione spoliatus. Testibus productis, et actore presenti, reus ad sui defensionem factum tale proposuit peremptorium, scilicet quod de usu et consuetudine prescriptis, sacerdos ille, et sui predecessores, semper debebant offerre litteram sigillatam sigillo certi judicis de quictacione tante pecunie, nec aliter eis solvere tenebatur; quam quidem licteram dictus sacerdos non obtulit, licet competenter requisitus; officialis ambianensis non admisit. Ego vero admisi, quia per hoc apparet intencionem actoris deficere; scilicet quia si est ita, sacerdos ille non erat in possessione recipiendi dictam pecuniam pure et precise, sed solum sub condicione; et hoc non est esse in possessione, saltem pure. Argumentum optimum *Extrav. de restitucione spoliatorum, c. olim causam* [1].

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XIII, c. 12.

CCLXII. Utrum tres dilaciones obtinens in priori judicio, et nullos testes producens in causa appellacionis, petens alias, admitti debeat.

Quidam in causa principali ad probandum intencionem suam tres dilaciones habuerat, sed nullos testes produxerat. In causa appellacionis super eodem capitulo volebat admitti ad probandum. Videbatur admittendus per illam regulam : *Non propositum proponam, non probatum, probabo.* At ego eum non admisi, nisi ad quartam, et ex gracia, facta sollennitate, sicut hoc vult Innocencius, *Extrav. de testibus, fraternitatis.....*, et *c. cum venisset, in glossa* [1].

CCLXIII. Utrum sacerdos se non posse solvere dicens, et se habere sex libras, supplicans se admitti ad ordinacionem bonorum in forma communi, sit contrarius; et juraverat se soluturum, nisi solverit, perjurus.

Quidam sacerdos mole debitorum oppressus, et ob hoc suspensus et excommunicatus, supplicavit, cum non haberet unde posset satisfacere, ut certa sibi porcione per officialem decreta, de qua, deserviendo parrochie sue secundum quod qualitas et onus parrochie requirunt, valeat sustentari; cumque sacerdos ille confessus esset quod haberet sex libras in bonis, et equos duos, et quedam alia, opponebatur contra eum, et supplicacionem illius, quod erat sibi contrarius, cum in supplicacione dixisset : *Cum non haberet, etc.* Sed ego intelligo : *Cum non haberet, etc.*, scilicet reservata sibi competenti porcione; et forte plus estimat sibi reservari debere quam debeat, se tamen supponit taxacioni judicis. Sed opponitur quod juraverat se soluturum, et non contra venturum; unde videretur actor perjurus qui supplicacionem ipsius admitteret. Dicunt quidam : Intelliguntur in juramento generales condiciones scilicet : si Deus me adjuvet, si possum solvere, et similes; *Extrav. de rescriptis, c. ex parte conventrencis* [2]; ad id. *ff. qui satisdare cogantur, l. final.* [3]. Sed certe illa solum intelliguntur que ad impossibilitatem pertinent; que vero ad difficultatem, non intelliguntur, *ff. de verborum obligationibus, continuus, §. illud* [4].

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XX, cc. 17 et 25.
[2] *Ibid.*, lib. I, tit. III, c. 2.
[3] *Digest.*, lib. II, tit. VIII.
[4] *Ibid.*, lib. XLV, tit. I, l. 137, c. 4.

Unde dico illum perjurum, si non solvat. Verumptamen favore beneficii, non sue persone, est audiendus; ut peracta penitencia de perjurio quod ei per judicem injungendum est, possit sue ecclesie deservire.

CCLXIV. Utrum clericus, vel laicus, etsi excludi deberetur ab actione injuriarum per lapsum anni, excluderetur per hoc quin possit petere quod verberans eum denuncietur excommunicatus a canone.

Agitur (*sic*) clericus contra aliquem accione injuriarum, quia dicit se verberatum, et ita ex *l. cornelia* (?) ad estimacionem, et ut denuncietur excommunicatus a canone. Opponitur quod annus transiit a tempore injurie facte. Sine dubio quantum ad sentenciam canonicam, et ipsius exequucionem, istud non prejudicat; unde denunciabitur excommunicatus, donec leso satisfecerit competenter. Et per hoc, esto quod prescriptum esset actori quantum ad hoc quod nichil posset consequi agendo, poterit indirecte consequi; quia non denunciabitur absolutus, donec satisfecerit leso. Arguit *Codex de pactis, l. si pacto quo penam* [1]. Arguit forte contrarium, quia prescriptio vicem solucionis optinet, *ff. de administracione* [*et periculo*] *tutorum, si minoris* [2]; *rem ratam haberi, l. final.* [3]. Sed de primo [vide?] quid dicat Innocencius.

CCLXV. Utrum libellus nimis generalis, si non opponatur, valeat; et utrum sufficiat aliqua comprehensa sub generalitate sufficientia probare, et se in probatione declarare.

Quidam formaverat peticionem suam sic : Dico quod talis injuste me fecit excommunicari et aggravari per talem judicem, quare peto, etc. Lite contestata, actor fecit suum intendit, quo scilicet intendebat probare, quod post quictacionem factam a reo, idem reus eumdem actorem traxerat coram illo judice, etc. Et probavit actor suum intendit. Dicebat reus se debere absolvi, quia non probaverat actor contenta in libello, sed prorsus alia. Sed certe immo probavit ea que comprehendi poterant sub eo quod in libello positum erat : Si [*sic*, Se?] injuste [etc.?]. Et licet reus libellum tam generalem non teneretur recipere, quia tamen declaracionem non petiit (?), procedit libellus,

[1] *Cod.*, lib, II, tit. III, l. 14.
[2] *Digest.*, lib. XXVI, tit. VII, l. 25.
[3] *Digest.*, lib, XLVI, tit. VIII.

Digitized b

ut notant Doctor, et Innocencius; et facit *C. de annali exceptione, l. final.* [1]. Et in probacionibus se potuit declarare, de hiis saltem que sub generalitate poterant comprehendi; et sic fuit hic propter que reum actori condempnavi.

CCLXVI. Utrum qui prohibet inquilinum, videatur dominum prohibere; et utrum qui prohibet reficere, prohibere videtur uti latrinis; et utrum sufficiat possessio ad hoc quod aliquis possit latrinas reficere, et non ad hoc quod aliquis possit iter reficere; et utrum aliud sit deicere aliquem de possessione, et aliud aliquem possessione privare; et de interdictis duobus, scilicet de itinere et de refectione.

Quidam dicebat quod cum fuisset et esset in possessione eundi et redeundi ad quandam latrinam, et utendi ea ad deposicionem ponderis superflui, reus eum dejecerat de possessione, eum non admittendo. Quare, etc. Probavit quod inquilini sui fuerant prohibiti, seu non admissi. Item probavit quod ipse volens latrinam que corruerat reficere, non fuit admissus. Videbatur suam intencionem probasse, quia qui deicit inquilinum cujus corpore possidetur, dominum per consequens deicit et privat possessione : *ff. de vi et vi armata, l.* 1, *ad finem, cum glosa* et *in eadem lege,* §. *quod servus* [2]. Item qui non permittit reficere iter, videtur impedire ne quis eat, sive videtur prohibere usum itineris; *ff. de itinere actuque privato, l.* 3, §. *hoc interdictum,* et §. *utilitas* [3]. Sed certe aut libellus non procedit, aut non est intencio probata. Si enim tu intelligas libellum de illa possessione quam quis habet suo animo et alieno corpore, ut per colonum, vel inquilinum, certe non sequitur si dominus dejectus fuerit, quod propter hoc possessionem admiserit; quia per inquilinum non dejectum retinet, ut in lege allegata *de vi et vi armata, l.* 1, §. *fin.* [sic, *non alii?*][4]. Si vero intelligas de possessione quam quis habet animo suo et corpore, non probavit actor intencionem suam, quia si volens reficere non fuit admissus, non propter hoc fuit dejectus de possessione usus predicti; quia aliud est habere usum predictum, et reficere.

[1] *Cod.*, lib. VII, tit. XL.
[2] *Digest.*, lib. XLIII, tit. XVI, l. 1, §. 22.
[3] *Digest.*, lib. XLIII, tit. XIX, l. 5, §§. 8 et 12.
[4] *Ibid.*, lib. XLIII, tit. XVI, l. 3, §. 45.

Digitized by Google

Ad cujus racionem fuerunt duo interdicta reddita, de itinere, et de refeccione, ut in jure allegato. Verumptamen licet in reficiendo itinere oporteat de jure doceri, ut in §. *utilitas, ad finem,* secus tamen in casu nostro, ubi ad cloacam reficiendam agitur, ubi sufficit sola possessio; *ut ff. de cloacis, l.* 1[1]; et hoc debuisset actor peciisse, ut quod reus eum reficere permitteret, vel in libello dixisse quod possidebat, vel quasi, per inquilinos suos, et quod ipsi fuissent dejecti, et tunc obtinuisset. Et cave, aliud est deicere aliquem de possessione, et privare possessione; quia inquilinus seu colonus deicitur, sed dominus possessione privatur, ut l. allegata *de vi et vi armata, l.* 1, §. *fin.*[2]

CCLXVII. Utrum dissimilacione post facto, et intervallo, tollatur injuria; et utrum judex possit restringere peticionem in actione injuriarum.

Droardus clericus conquestus fuit de injuria sibi facta per Johannem majorem de Johannisvilla, et eam estimabat ad LX libras parisienses. Injuriam probavit dilucide. Reus proposuit quod actor, et ipse reus, simul biberant et comederant, et amicabiliter simul loquuti erant, et quod actor quictaverat eum de omni injuria. Primum non sufficit, quia non fuit probatum, nec propositum quod incontinenti facta injuria, predicta processissent inter eos; quod tamen requiritur *Instit. de injuriis,* §. *fin., cum glosa*[3]. Secundum nullo modo fuit probatum. Item actor probavit quod predicta facta fuerunt capcione et detencione de quibus agebatur adhuc durantibus, et metu prisionis a qua nundum erat solutus. Idcirco, summa petita ad summam triginta librarum parisiensium restricta, reum actori in triginta libris parisiensibus et expensis condempnavi; et ad emendam tenetur curie nostre. Reus vero reconvenit actorem, scilicet Droardum, de injuriis, et peciit quinquaginta libras. Intencionem suam probavit. Droardus ad sui defensionem proposuit quod si sibi imposita fecerat, hec fecerat ad sui defensionem, et cum moderamine. Item quod dictus Johannes eum quictaverat. Istum secundum probavit, et propter hoc eum absolvi; primum non probavit sufficienter.

[1] *Digest.*, lib. XLIII, tit. XXIII, l. 1.
[2] Ut supra.
[3] *Instit.*, lib. IV, tit. IV.

Digitized by

CCLXVIII. Utrum agens ypothecaria contra debitorem, possit post litem contestatam cumulare actionem personalem contra eumdem debitorem; et utrum possit peti pecunia ex contractu, et res, seu ejus possessio, per accionem ypothecariam; et utrum contra duos possit agi in solidum contra quemlibet; et utrum agens ypothecaria contra heredem teneatur probare dominium fuisse defuncti, vel solam possessionem; et utrum consuetudo, quod aliquis obligare non possit sine consensu heredum nascens suum, habeat locus (*sic*) in obligacionibus a jure introductis; et utrum minor recipiens dotem ab uxore, vel bona inferens in domum conductam, obliget eas [*sic*, res?] ad hoc quod vendi possint.

Quedam Gertrudis egit ypothecaria ad res certas contra Jacobum dictum Pison, quas dicebat Alardum, quondam ejus maritum, sibi assignasse in auxilium dotis sue, sive donacionis propter nupcias, pro ducentis et XL libris quas idem Alardus eidem Gertrudi dederat et promiserat se daturum, et quas idem Jacobus tanquam rectus heres possidebat et tenebat. Postea, lite super hoc contestata, cumulavit accionem personalem ex contractu (?). Reus vero, ad sui defensionem, quedam facta et quasdam consuetudines proposuit contra actricem. Quatuor facere videbantur. Primo quia videbatur quedam contrarietas, et quod res haberet, et peccuniam. Sed certe nulla est contrarietas, nec eciam iniquitas, nec in peticione, nec in condempnacione; sed si exigeretur utrumque, tunc surgeret quedam iniquitas; et istud non petitur, quia solummodo quis intelligitur petere quod petit, secundum quod jura volunt, sicut in pluribus reis....., *ff. de hiis qui dejecerint vel effuderint, l.* 1, §. *fin.* [1], et l. scilicet, et §. Secundo videbatur facere contra actricem, quod cum niteretur ex speciali ypotheca, non probabat domanium fuisse ipsius ypothecantis. Respondebatur quod istud non exigitur, ex quo non erat questio relata. Sed certe cum istud sit de essencialibus accionis ypothecarie, debet probari, eciam nullo referente questionem. Et propter hoc ego dico quod in

[1] *Digest.*, lib. IX, tit. III, l. 1, §. 10, et l. 5, §. 2.

Digitized by Google

casu isto, cum defunctus super hoc questionem referre non posset, nec heres ejus posset defuncti mendacium arguere, videtur esse presumpcio juris, et de jure, quod res fuerit obligantis, nec ita vero sit necesse allegare, *ut ff. de pigneratitia actione, l. rem alienam, §. fin.* [1]; *que* [*in*] *fraudem creditorum, l. omnes, §. Lucius* [2]. Item dico quod verba peticionis se extendunt ad possessorium, ubi solam possessionem sufficit probare, et illa est sufficienter probata; *ff. de salviano interdicto, l.* 1, *in principio* [3]. Item videbatur facere contra, quia reus allegaverat quandam consuetudinem, quod res tales alienari seu obligari non poterant sine consensu domini et proximioris heredis, quod hic non est. Sed respondebatur quod ista convencio non subjacebat consuetudini predicte, quia predicta obligacio introducitur a jure, eciam sine convencione; videlicet quod res mariti sint obligate pro dote et donacione propter nupcias; quia etsi minor viginti quinque annis reciperet dotem ab uxore sua, bona sua essent obligata; sed alias bona minoris, saltem immobilia, sine decreto alienari non possint. De hoc recurre, *C. de administracione tutoris, l. lex que tutores, in principio* [4]; *si major factus ratum, l. final.* [5]. Et idem si minor domum conduceret, et res suas in domum conductam inferret. Sed contra hoc opponebam quod ista mulier videbatur renunciare provisioni legis, ex quo sibi specialiter providerat; *C. de pactis conventis, l. final.* [6]. Sed certe consuetudo non erat probata, et ideo sentencias judiciorum priorum confirmavi.

CCLXIX. Utrum episcopus possit adicere penam usurario, si usuras exerceat.

Officialis ambianensis, fama publica referente, inquisivit contra quendam, super eo quod ipse, post inhibicionem sibi factam a domino ambianensi episcopo, et sub pena LX librarum parisiensium cui acquieverat, fenus exercuerat, ipse, et uxor sua; et condempnavit maritum ad illas LX libras prestandas episcopo, et conjuges ad prestandum curie C libras, et ad reddendum quod extorserant per usurariam pra-

[1] *Digest.*, lib. XIII, tit. VII, l. 41.
[2] *Ibid.*, lib. XLII, tit. VIII, l. 17.
[3] *Ibid.*, lib. XLIII, tit. XXXIII, l. 1.
[4] *Cod.*, lib. V, tit. XXXVII, l. 22.
[5] *Ibid.*, lib. II, tit. XLVI, l. 2.
[6] *Ibid.*, lib. V, tit. XIV.

Digitized by Google

vitatem. Quia vero non reperi quod aliquis pro episcopo partem fecisset, sentenciam infirmavi quantum ad illum articulum. Item quia non erat fenus probatum contra uxorem, similiter quantum ad illam sentenciam infirmavi; quantum ad virum, pro parte ipsum contingente, ipsam sentenciam confirmavi, moderacione condempnacionis penes nos reservata.

CCLXX. Utrum dicens se excommunicatum, post appellationem legitimam possit conqueri de injusta, et petere se absolvi per viam cumulationis, lite pendente super prima peticione; et quid dicatur manifesta offensa; et quando, vel in quo, contumax in non respondendo, pro convicto habeatur. Vers 1251.

Quidam sacerdos dyocesis cathalaunensis appellavit ab audiencia domini Milonis de Sinemuro, vices gerentis domini episcopi cathalaunensis, super eo quod idem Milo, sine causa racionabili, decreverat eumdem sacerdotem esse excommunicandum. Super quo lite contestata, supplicavit idem sacerdos quod absolveretur ab excommunicacione lata in eum minus juste ab eodem Milone. Dicebat pars Milonis quod cum per primam viam, scilicet si pronunciaretur decretum iniquum esse, per consequens quicquid ex eo sequutum esset revocaretur, et consequeretur quod petitur per viam secundam, debebat sacerdos alteram viam eligere. Dixi tamen hoc admittendum quod utroque modo simul procederet per modum cumulacionis, cum lis esset contestata, et racio cumulacionis racione periculi hic potissime locum sibi vindicaret. Arguit *ff. de novi operis nunciatione, l. de pupillo, §. si quis rivos* [1]. Admissa igitur supplicacione sacerdotis, pars Milonis omnia in supplicacione contenta negavit esse vera. Pars sacerdotis peciit absolvi; et ego absolvissem, nisi objectum fuisset de manifesta offensa. Fuit autem propositum quod idem sacerdos erat excommunicatus pro manifesta offensa, quia cum esset citatus ut redderet racionem exequcionis defuncti Remigii cathalaunensis episcopi, et interrogatus fuisset, monitus et jussus ut responderet an esset exequutor, noluit respondere. Videbatur sic [*sic*, factum?] propositum sufficere, quia ex quo

[1] *Digest.*, lib. XXXIX, tit. I, l. 5, §. 11.

Digitized by Google

noluit respondere, habendus est pro confesso; et sic per confessionem ipsius manifestum debet haberi quod sit exequutor, et per consequens manifestum jure (?) est quod debet reddere racionem. Dices : Non fuit jussus reddere raciouem, sed respondere, etc. Immo, ex quo jussus fuit respondere an esset exequutor ad illum finem ut redderet racionem, per consequens videbatur jussus ut redderet racionem, quia hoc principaliter intendebatur; arguit *ff. de itinere actuque privato, l.* 3, §. *utilitas* et *l. veteres* [1]. Sed cave, sine dubio, jussus respondere non respondens, solum contumax est. *Extra.* (sic) *in Dec.* XI, *q.* III, §. *certum est* [2]. Item hujus sue contumacie illam penam solummodo fert, quod habetur pro confesso; et ulterius extendi pena non debet. Postquam vero manifestum est eum esse exequutorem, adhuc opus est ad hoc quod possit excommunicari pro manifesta offensa, quod jussus reddere racionem, recuset reddere; quod hic non fuit. Propter quod, factum, prout erat propositum, non admisi. Et faciunt per (*sic*) hoc jura superius allegata, *de itinere actuque privato*.....

CCLXXI. Utrum canonicis cathalaunensibus claustro libere concesso, videatur concessa juridicio; et utrum si sint in quasi possessione exercendi juridicionem uno modo, propter hoc possint alio modo; et utrum idem, si prescripserint juridicionem in uno modo; et utrum scala posita per canonicos cathalaunenses in eorum claustro, potuit per episcopum amoveri auctoritate propria; et utrum episcopus hoc faciens, claustrum frangens, sacrilegium commiserit; et utrum canonici possint petere a rege se restitui, vel coram eo agere de injuria eis per episcopum facta.

Licet claustrum cathalaunense sit canonicis concessum liberum et immune, non propter hoc est eis aliqua jurisdictio attributa; unde non possunt in eo jurisdictionem aliquam exercere, nisi hoc sibi competat ex consuetudine prescripta; et si unum modum jurisdiccionis exercuerunt, non debet ad alium modum extendi, si solum habent

[1] *Digest.*, lib. XLIII, tit. XIX, l. 3 et 4. [2] *Decret.*, part. II, caus. X, quæst. III, c. 43.

possessionem vel quasi; secus si esset prescripta, nam durum esset dicere necessariam esse prescriptionem in omnibus modis. Verum etsi scala fuit in claustro per canonicos non jure posita, episcopo tamen non licuit eam tollere auctoritate propria, quia in eo erat posita quod ab ejus jurisdictione erat liberum et immune. Curia enim jus suum, etc. *ff. quod vi aut clam, l.* 1[1]. Sacrilegium tamen commissum non puto, quia claustrum licet sit ab injuria hominum defensum, sicut muri civitatis, non tamen proprie sanctum est vel sacrum. Vidi quedam decreta, XVII, q. 4[2], que videntur dicere contrarium; sed illa ad presens non servantur; et si dicerem sacrilegium esse commissum, dicerem hoc non sub nomine claustri, sed sub nomine atrii vel pasuum ecclesie coherencium. Item dico quod pro ista violencia et efraccione claustri canonici impune regem adire poterunt, ut locus restituatur, non autem ad estimacionem injurie; quia hoc saperet personalitatem, et tunc inciderent in penam illorum *c. placuit*, et *c. inolita*[3].

CCLXXII. Utrum archidiaconus possit visitare monasteria; et utrum compromissum factum de libertate monasterii valeat, et utrum per condicionem factam in uno monasterio tollatur effectus quod haberetur in aliis monasteriis vicinis.

In causa yprensi fuit factum tale peremptorium propositum, quod si archidiaconus flandrensis unquam visitaverat in eorum ecclesia, visitavit solum in ornamentis, libris, et aliis ad cultum divinum neccessariis; sed a visitacione habenda in capitulo, seu conventu, fuerunt religiosi liberi et immunes a tempore quo non est memoria; et si unquam archidiaconus, vel sui predecessores, ad talem visitacionem accesserunt, fuerunt non admissi, sed repulsi. Quod factum admitti debeat, persuadeo (*sic*). Certum est quod archidiaconus jurisdictionem et correctionem non habet de jure, et per hoc factum, si probatum fuerit, apparet quod non habet de consuetudine; et hoc erat notorium; ergo compromissum factum contra istam libertatem monasterii yprensis non valuit. Primum probatur, *Extrav. de officio archidiaconi, cum*

[1] *Digest.*, lib. XLIII, tit. XXIV.
[2] *Decret.*, part. II, caus. XVII, q. IV.
[3] *Decret.*, part. II, caus. XI, q. I, cc. 43 et 42.

satis, et *capit. fin.* [1]. Et hoc dicit Innocencius ibidem. Secundum probatur, *Extrav. de arbitris, cum tempore* [2]. Cave, non sequitur, ut videtur; archidiacouus semper fuit repulsus, ergo, etc.; quia cum talis consuetudo esset racionabilis, si archidiaconus prescripaisset hoc in aliis ecclesiis similis condicionis, per consequens poterit hoc exercere et in isto monasterio, ut Innocencius notat in dicto *c. de officio archidiaconi, c. fin.* [3]; sed certe immo, quia istud factum, si probaretur, induceret in isto monasterio contrariam consuetudinem, ut ibidem dicitur. Item nota quod licet secundum Innocencium, compromissum factum de libertate et statu monasterii teneat, tamen arbitrium non nocet (?) in hiis que sunt contra libertatem monasterii, sicut est in casu nostro; et hoc totum notat ibidem Innocencius. Simile est quod notatur, quod transaccio facta de re immobili minoris, per quam res non recederet a domanio minoris, bene tenet; sed si per hoc recederet, non teneret; quia non transaccio, sed alienacio sine decreto, interdicitur. Sic hic compromissum non prohibetur, sed alienacio seu amissio libertatis. Item attende, in facto nostro dicitur quod hec sunt notoria. Dicunt ipsi, immo ex libello apparet quod super hoc erat discordia, et super hoc sunt attestaciones publicate. Dico non est verum, quia libellus prioris judicii ex eo nitebatur principaliter, quod factum fuerat compromissum, et contra ventum; quod autem dicitur, quod erat discordia, etc., hoc sapit materiam seu occasionem compromissi, et ita non nictitur ex discordia, nec eam pure asserit; sed dicit, quod cum esset discordia, ut dicebant, archidiaconus, etc., factum fuit compromissum. Item cum aliquid prohibetur a jure, non prodest super eo moveri discordiam; fingerentur enim lites : *ff. de transaccionibus, l. cum hii, §. si cum lis* [4]; *ff. de rebus eorum qui sub, l. magis, §. si pupillus* [5]. Item, non obstat quod in priori judicio videtur fuisse propositum in fine factorum propositorum ex parte religiosorum, quia ibi solum sapit jus (?) hoc factum. Item quod ipsi dicunt, quod in libello prioris judicii non fit mencio de visitacione habenda in capitulo; certe dico quod immo de illa agitur, et manifeste

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. XXIII, c. 4.
[2] *Ibid.*, lib. I, tit. XLIII, c. 5.
[3] Ut supra.
[4] *Digest.*, lib. II, tit. XV, l. 8.
[5] *Ibid.*, lib. XXVII, tit. IX, l. 5.

probatur in posicionibus prioris judicii. Item cave, secundum quod patet ex actis prioris judicii, agebatur de visitacione habenda in capitulo racione archidiaconatus, et perpetuo, quod non potest in compromissum deduci, sine consensu episcopi, licet secus esse videretur in comparacione personali : *Extrav. de transaccionibus, c. de cetero* [1].

CCLXXIII. Utrum agenti ad finem quod revocetur denunciatio, obstet sentencie excommunicationis proposicio, eciam illius quare fuit facta denunciatio; et utrum agenti de injusta, obstet excommunicationis sentencia; et utrum sit differencia, utrum de eodem facto agatur et excipiatur, vel de diversis; et qualiter *l. diffamari* intelligitur ubi de eadem servitute agitur et excipitur; et utrum petens revocari denunciacionem, agere, vel defendere se videatur; et qualiter excommunicacio assimiletur servituti.

In causa laudunensi, contra supplicacionem Goberti majoris quondam civitatis et pacis laudunensium, per quam petebat quandam denunciacionem qua denunciabatur excommunicatus a canone, propter injeccionem manuum violentam in quendam Johannem Choinet quem clericum asserebat officialis, cum tamen esset laicus, ut dicebat dictus G., revocari, etc.; proposuit officialis in modum dilacionis, quod non tenebatur procedere cum eodem Goberto, quia ipse G. erat excommunicatus excommunicacione majori, auctoritate curie, pro manifesta offensa; quia jussus eumdem Johannem restituere, idem Gobertus facere recusavit. Et istam admisi, quia non excipiebatur de eodem facto de quo agebatur; pro quo facit *Extrav. de sentencia excommunicacionis, c. officii* [2]. Contra facit quia si Gobertus ageret ad absolucionem, nullius excommunicacionis objectus sibi obesset... Arguit *ff. quod metus causa, l. isti quidem*, §. 1 [3]; *Extrav. de privileg., c. quanto* [4]; *Cod. de ingenuis manumissis, l. diffamari* [5]. Sed respondeo quod ubi quis

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. XXXVI, c. 5.
[2] *Ibid.*, lib. V, tit. XXXIX, c. 42.
[3] *Digest.*, lib. IV, tit. II, l. 8.
[4] *Decretal.*, lib. V, tit. XXXIII. c. 26.
[5] *Cod.*, lib. VII, tit. XIV, l. 5.

Digitized by Google

se asserens excommunicatum, quamquam injuste, et petit absolvi, magis est ei favendum quam in casu nostro, ubi non dicit se ligatum, nec petit absolvi, sed quandam denunciacionem revocari, quia pro sentencia excommunicacionis in dubio presumitur, et ibi majus est periculum, cum persona in veritate ligata sit, non solum reputacione hominum; et ideo plenius et celerius est succurrendum, *ff. de carboniano edicto, l.* 1, §. *sed et si quis* [1]. *Ad l. diffamari* respondeo, quod ibi tantum ex una servitute teneri poterat, et propter hoc objectus illius ejusdem in modum dilatorium non admitteretur. Si enim tu pones quod diffamaretur de una alia sefvitute non vera, et exciperetur dilatorie de vera servitute, si poneres quod posset aliquis ex diversis causis vera servitute ligari, tunc certe si deponeret querimoniam quod diffamaretur super una, posset excipi de aliis. Secundo contra videbatur quod iste qui petit denunciacionem revocari, videtur se defendere, et excommunicato omnis defensio legitima permittitur. Respondeo : Verum est si se deffendat per modum defensionis, non sic si per modum aggressionis et accionis; nam si aliquis me multipliciter premeret, et ego agerem ut compelleretur ab ista opressione desistere, me agentem excommunicacionis objectus repelleret. Excepcionem excommunicacionis de Johanne Choinet non admisi, quia de eadem principaliter agebatur; pro hoc specialiter inducebam, *ff. de judiciis, l. vix certis ex causis* [2], ubi is cui libertas erat relicta in domini testamento, agebat contra eum qui tabulas testimonii supprimebat; quo casu admittitur, sed non admitteretur si posset excepcio servitutis repelli; et simile reputo de servitute et excommunicacione. Ad hoc faciunt capitula bene inducta, *Extrav. de officio et potestate delegati, c. cum contingat* [3]; *de sentencia ex., c. per tuas, §. nos vero* [sic, *igitur?*] [4]; *Cod. de ordine judiciorum, l.* 1 [5]. Excepcionem de Guillemeto admisi, quia officialis probavit eam, et licet factum a Goberto propositum non esset directe contrarium, cum non induceret, eciam probatum, presumpcionem que tolleret primam; nam si ex eo quod Guillemetus probatus est clericus, et quod pro clerico communiter

[1] *Digest.*, lib. xxxvii, tit. x, l. 1.
[2] *Ibid.*, lib. v, tit. i, l. 53.
[3] *Decretal.*, lib. i, tit. xxix, c. 56.
[4] *Decretal.*, lib. v, tit. xxxix, c. 40.
[5] *Cod.*, lib. iii, tit. viii.

Digitized by Google

habebatur, presumatur quod manus Goberti fuerint violente, cum consciencium clericatus presumatur habere, pro eo quod idem Gobertus ad clamorem populi, et ob delictum quod commiserat idem Guillemetus, eumdem cepit, non tollitur consciencia clericatus; et ita eumdem capiendo et detinendo, sentenciam excommunicacionis incurrit. Sed mutam propositum, quia testes ab eo producti multum pro ejus innocencia faciebant; et ideo eum ab illa absolvi, delato juramento.

CCLXXIV. Utrum libellum inepte formans debeat in expensis reo condempnari, non obstante quod reus fuerit in culpa libello non opponendi.

Quendam absolvi ab instancia judicii, propter ineptitudinem libelli formati ab actore. Actorem in expensis condempnavi, sequendo regulam : *Victus victori, etc.*, licet videretur imputandum reo quod libellum non rejecit; sed magis est imputandum actori qui in libello inepto insistit.

CCLXXV. Utrum absolucioni ad cautelam potest se opponere officialis excommunicans, licet appellatus se non opponat; et quid tunc pronunciabit officialis coram quo petitur ad cautelam absolucio.

Vocatus fuit quidam appellatus ad curiam remensem ad prosequucionem cause appellacionis, et officialis a cujus audiencia fuerat appellatum, si sua crederet interesse. Appellans peciit absolvi ad cautelam. Appellatus nichil opposuit. Officialis a quo fuerat appellatum excepit de manifesta offensa. Certe propter hoc non absolvi appellantem ad cautelam, quantum ad appellatum, licet hoc peteretur; sed tantum pronunciavi obstaculum non subesse quoad illum, et excepcionem officialis de manifesta offensa admisi.

CCLXXVI. Utrum idem possit proponi ad finem principalem primo, et postea ante publicatas actiones ad reprobacionem testium.

Digitized by Google

Conquerebatur comes Hanonie quod capitulum cameracense eumdem excommunicaverat, et injuste, occasione quorumdam que idem comes perceperat de ecclesia cameracensi, sede vacante, cum tamen, ut dicebat idem comes, ad eumdem comitem pertinerent; et petebat absolvi. Excipiendo proponebat capitulum, quod immo illa ad capitulum pertinebant. Et admissi fuerunt utrique ad probandum. Testibus hinc inde productis, ante publicacionem testium, proposuit comes quod testes capituli erant falsi, si dixerant illa percepta per comitem ad capitulum pertinere. Videbatur quod comes ad hoc probandum admittendus non esset, quia de eo de quo queritur principaliter, replicari non deberet; unde notatum est, quod si ago contra aliquem de spoliacione, et ille excipiat de alia spoliacione, et actor replicet de prima spoliacione, non est audiendus. Sed istud non multum facit, quia exceptio spoliacionis est previlegiata, et in cognicione, et in terminacione; unde quod de ea dicitur non est trahendum ad consequenciam. Quod autem comes esset admittendus videtur, quia de eodem ad diversos fines potest queri, ut *Extrav. de testibus, c. veniens* [1]. Dominus R. admisit replicacionem quantum ad testes, et dicta testium, impugnandos; sed quantum ad confortandum principale, non admisit. Sed certe quibusdam videbatur, quod licet esset admittendus comes ad testes capituli reprobandos ex aliis que non tangerent negocium principale, ex eo tamen quod principaliter queritur, videretur admittendus non esse. Primum credo verius.

CCLXXVII. Utrum per modum acceptati [*sic*, attemptati?] potest proponi illud de quo est questio principalis.

Laurencia et ejus liberi actores bene (?) appellaverunt ab audiencia officialis morinensis a quadam interloquutoria lata pro domina Christiana in causa actemptati. Quia michi videbatur ex actis, et confessione procuratoris partis adverse, quod proponebatur per modum actemptati id de quo erat questio principalis, pronunciavi appellacionem esse canonicam, licet ob istam causam non fuisset appellatum expresse, sed propter quasdam alias raciones inefficaces; sed cum, et ob illas ra-

[1] *Decret.*, lib. II, tit. XX, c. 10 et 38.

Digitized by Google

ciones, et ab illa interloquutoria, fuerat appellatum, et quia interloquutoria erat in se iniqua, infirmavi illam.

CCLXXVIII. Utrum conquerens de injusta, debeat specificare in quo injusta est; et utrum dicens excommunicatum pro manifesta offensa quia delictum commisit, debeat specificare quod delictum; et utrum sit secus, si dicat quod fuerit condempnatus pro delicto.

Conqueritur aliquis de injusta. Certe, adversario postulante, debet conquerens declarare et specificare in quo casu conqueritur de injusta. Quidam tamen dicunt quod conquerens non tenetur declarare, sed excipiens exprimat omnes manifestas offensas et probet, quia ab aliis absolvetur. Sed hoc videtur durum quod si excipiens aliquas obmiserit, quod propter hoc jus suum amittat. Si vero excipiatur de manifesta offensa, refert qualiter. Aut excipitur isto modo : Tu commisisti tale delictum, et hoc est notorium, et ob hoc fuisti excommunicatus. Certe quia formaliter in modum excepcionis crimen obicitur, debet specificari; arguit *Extrav. de testibus, c. presencium* [1]; *Extrav. de eleccione, c. ut circa elecciones* [2]. Si vero isto modo : Quia talia delicta commiseras, fuisti condempnatus in tanta summa pecunie, et de ea reddenda monitus, et excommunicatus. Tunc dico quod non est excipiens compellendus ut specificet delicta illa, vel excessus, quia non formaliter proponuntur, sed materialiter. Ex hoc enim excipitur, non quod excesserit, sed ex hoc quod condempnatus fuit in pecunia racione talis excessus, et de ea reddenda monitus, et excommunicatus; non de excesu emendendo. Unde sufficit si postea declaretur excessus dum de justicia condempnacionis queretur, quia causam proximam declarare sufficit : *ff. de exceptione rei judicate, l. cùm queritur* [3].

CCLXXIX. Utrum agens possessorio restitui, sufficiat quod per unicum actum quasi possessionem juris probet; et utrum in possessorio restitutionem optinens, optineat sentenciam pro jure

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XX, c. 31.
[2] *Sext.*, lib. I, tit. VI, c. 4.
[3] *Digest.*, lib. XLIV, tit. II, l. 12.

Digitized by Google

futuro, vel pro arreragiis tantum; et utrum consuetudo probata in certo casu, trahatur ad alium, vel interpretetur strictius quam potest fieri; et utrum consuetudo probata laicorum, ligat clericos; et utrum juramentum debeat deferri persone suspecte et que jam contrarium ejus quod jurare se offert, juravit.

In causa curati de Chaumisiaco, condempnavi domicellam, ut predicto curato possessionem vel quasi percipiendi quatuor sextarios consiales in grangia ipsius domicelle restitueret, quia curatus probaverat quod ipse et sui predecessores fuerant et erant in possessione tempore cessacionis. Et nota quod non oportuit probare quod ipsi fuissent in possessione predicta per decennium, licet hoc videretur, quia allegabat possessionem percipiendi singulis annis; et hoc interpretatur ad decennium, quia unicus actus, secundum doctorem, ad acquirendam possessionem, sufficit ut dejecto, velut turbato, competant interdicta. Nota Jac[obum] de Ra. *ff. de servitutibus, tit. generali, l. servitutes le.* 3 [1]. Item condempnavi domicellam in arreragiis, licet rea allegasset consuetudinem talem, quod de arreragiis debet sibi credi solo suo juramento prestito, quod offerebat prestare; et licet videretur probata consuetudo, tamen ei non adhesi; quia, ut ex deposicionibus testium apparebat, consuetudo loquitur : Ubi dominus temporalis exigit aliquam redibenciam a subjecto; non autem ubi privatus a privato. Et racio diversitatis apparet propter periculum incidendi in commissum, quod non habet locum inter privatos. Item non erat probatum quod optineret in foro ecclesiastico, sed tantum coram justicia laicali. Argumentum *de glosa Bernardi, Extrav. de testamentis, c. cum omnes* [sic, *esses?*] [2]; et quia consuetudo laicorum non ligat clericos, argumentum *in Instit. de jure naturali,* §. *plebistica* (sic) [3]. Item me movebat quia offerebat se juraturam illud cujus contrarium videbatur jurasse, cum per juramentum suum negasset curatum fuisse in possessione percipiendi quatuor sextarios, etc., quod postea curatus dilucide probavit; unde in causa subsidiaria probacione, non videbatur michi recurren-

[1] *Digest.*, lib. VIII, tit. I, l. 4.
[2] *Decretal.*, lib. III, tit. XXVI, c. 10.
[3] *Instit.*, lib. I, tit. II, §. 4.

Digitized by Google

dum ad personam suspectam, *ff. de edendo, si quis ex argentariis*, §. 4 [1]. Item absolvi domicellam quantum ad clausulam de solvendo in futurum, quia possessorium ad hoc se non extendit, nec esset racionabile..... Tamen videbatur contrarium ne per istum modum oporteat possessorem singulis annis dè jure suo experiri; arguit *Cod. de prescriptiane* XXX *vel* XL *annorum, l. male* [2]. Sed respondeo, quod istud sic sè habet, quia ex jure nimis debili nititur qui possesorie agit.....

CCLXXX. Utrum curatus contra religiosis (*sic*) fundet intencionem de jure communi; et utrum prescriptio temporis a quo non extat memoria, habeat locus (*sic*) in servitutibus habentibus causam continuam, vel quasi, et quid debent deponere testes deponentes de tempore a quo non extat memoria; et utrum in agrestibus testibus productis sufficiat quod dicant simpliciter seriem facti; et utrum prescriptio ad liberandum, micius agitetur quam ad obligandum; et utrum licet actor habeat jus commune pro se, si tamen reus habeat exceptionem notoriam pro se, debeat actor in expensis condempnari.

In causa curati de Blazeyo (*sic*), qui a monialibus Sancti Petri, de terris ab antiquo possessis per ipsas moniales, infra fines ecclesie de Blanzeio constitutis, petebat decimam; sacerdotis intencione fundata de jure communi, et per testes, proposuerunt moniales ad sui defensionem quod terras ipsas a tempore a quo non extat memoria possederant liberas et immunes a prestacione decime; et titulum allegaverunt. Prescripcionem probaverunt, non titulum. Contra moniales certa facere videbantur, quia sive ageretur de decima fundi, tunc esset servitus habens causam continuam vel quasi; sive ageretur de decima grani, esset servitus habens causam discontinuam, sed tamen certo tempore determinatam, ut apparet de se, et notatur per Innocencium, *Extrav. de prescriptionibus, c. de quarta* [3]. In talibus non

[1] *Digest.*, lib. II, tit. XIII, l. 6.
[2] *Cod.*, lib. VII, tit. XXXIV, l. 2.
[3] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVI, c. 4.

habet locum prescripcio temporis cujus non extat memoria; et illa sola fuerat allegata, ergo, etc., *Extrav. de verborum significacione, c. quid per novale* [1], noto (?) per Innocencium. Item ibi dicit Innocencius quod in tali prescripcione oportet deponere testes quod communis super hoc est opinio; non (?) quod reperiebatur in actis. Item quia abbatissa Sancti Petri est patrona ecclesie de Blanzy, unde magis videbatur cessatum ex timore quam ex jure; et sic propter presumpcionem, videbatur incombere probacio tituli monialibus, ut hoc notat Innocencius, *Extrav. de prescriptionibus, c. si diligenti* [2]. Ad primum respondebatur, quod dicitur quod prescripcio temporis cujus non extat memoria, vendicat sibi locum in servitutibus habentibus causam discontinuam, et in quibus hoc reperitur esse permissum a jure, unde est de necessitate; sed si sufficit in aliis casibus minorem prescripcionem allegare, et probare, multo forcius et istam, maxime quia non fuerat proposita prescripcio formaliter, sed tantum materialiter. Ad secundum quod ista libertas non posset observari in agrestibus qui ad talia probanda solent adduci; in talibus sufficit substanciam rei exprimere. Item ad tercium dico quod licet abbatissa sit patrona dicte ecclesie de Blanzy, non tamen est verisimile quod possit inferre minacem fervorem, nec est hoc presumendum propter religionem ipsarum monialium, et sexum. Dico eciam quod talis prescripcio cum allegetur ad liberandum, facilius et benignius debet accipi. Nec exigit titulum talis prescripcio eciam allegari. De hoc vide *Extrav. de prescripcionibus, c. si diligenti,* secundum Innocencium [3]; *ff. de aqua plu. arcenda, l. 1, ad finem* [4]. Et ideo moniales absolvi, et sacerdotem in expensis condempnavi, quia excepcio monialium erat notoria, et de hoc potuit curatus, antequam ageret, inquirere, cum in ejus esset arbitrio quando vellet ad judicium adversarias evocare : *ff. de regulis juris, qui in alterius* [5]; *C. de dilationibus, si quando* [6].

CCLXXXI. Utrum dilatoria solucionis, sive habeat diem certam, sive incertam, possit proponi post litem contestatam ob *l. sufficit, de conditione indebiti, ff.*

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. xl, c. 21.
[2] *Ibid.*, lib. ii, tit. xxvi, c. 17.
[3] Ut supra.
[4] *Digest.*, lib. xxxix, tit. iii.
[5] *Ibid.*, lib. l, tit. xvii, l. 42.
[6] *Cod.*, lib. iii, tit. xi, l. 2.

Digitized by Google

Post litem contestatam fuit proposita dilatoria solucionis, que ante litem contestatam non fuerat protestata. Non admisi eam, quasi non propositam tempore competenti. *C. de probationibus, l. exceptionem* [1]. Et intellige quod illa dilatoria haberet diem incertam, sive condictionem annexam; videbatur censenda juris peremptorii, *ff. de condicione indebiti, l. sufficit* [2]. Sed certe illud solum teneo in casu illius legis, scilicet quoad repetendum solutum per ignoranciam.

CCLXXXII. Numquid excommunicatus qui ad instanciam cujus, et auctoritate cujus judicis scire non potest, possit absolvi per suum ordinarium; arguit *Extrav. de parrochiis, c. parrochiano.*

Maneserus de Moncornet per quasdam litteras fecerat denunciari quandam mulierem excommunicatam auctoritate cujusdam judicis qui non poterat inveniri, nec qui eum cognosceret, nec eciam poterat sciri ad cujus instanciam. Sub isto dubio, ego eam absolvi. Arguit *Extrav. de parrochiis, c. parrochiano* [3].

CCLXXXIII. Utrum mulieri petenti reassociationem sui mariti, et expensas pro causa sua, obstet exceptio recessus turpis et causa libidinis, et quod habet loculos.

Quedam mulier petebat maritum suum compelli ut ea sibi reassociaret, et petebat quod sibi ministraret de bonis communibus ad cause sue prosequucionem. Excipiebat maritus contra supplicacionem, quod non tenebatur, quia sua temeritate ab eo recesserat, et causa libidinis. Istam non admisi, nam eciam ad prosequucionem hujus exceptionis deberet ei ministrare expensas, aliter esset in potestate mariti quod non ministraret uxori expensas de bonis communibus, dum ei aliquid turpe obiceret; quod tamen tenetur. Secundo excipiebat, quod ipsa mulier tantum absportaverat, et adhuc habebat, de bonis communibus quod sibi sufficere debebat. Hanc admisi; sed unicam diem et brevem ad hoc probandum ei prefixi.

[1] *Cod.*, lib. IV, tit. XIX, l. 19.
[2] *Digest.*, lib. XII, tit. VI, l. 56.
[3] Le canon *Parochiano* (*Decretal.*, lib. III, tit. XXVIII, c. 14) précède immédiatement le titre *de parochiis*, mais n'en fait point partie.

CCLXXXIV. Utrum appellatus, ad defentionem facti prioris judicis ex quo appellans se gravatum dicit, habeat necesse proponere ea que fuerint in priori judicio proposita, et per acta prioris judicis apparent.

In causa appellacionis a gravamine, si appellans gravamen probaverit prima facie, appellatus autem coram (?) priorem judicem aliqua proposuerit, et probaverit, propter que adversarius non fuerit gravatus, non sufficit ei ita esse; sed debet illud in causa appellacionis proponere ad sui defensionem, et acta prioris judicii in modum probationis inducere; aliter deberet subcombere.

CCLXXXV. Utrum judex potest repellere testem quem videt deponere quasi in causa propria, contra quem testem nichil est oppositum a parte.

Item nota; si testis aliquis videatur deponere in causa propria, si pars adversa non objecerit hoc, tu propter hoc non habes ipsum repellere nec reprobare; quia forte competentem replicacionem habet pars adversa, quam tu divinare non potes, et quam ipse proposuisset si fuisset contra se objectum.

CCLXXXVI. Utrum iii^or^ testes cum instrumento deponentes, preferrentur satis pluribus de adverso deponentibus; et utrum deponens de convencione liberacionis ad vitam, deponere videatur de negativa, ac si adjectum fuisset hoc adverbium *tantum*.

Factum fuit instrumentum super quibusdam convencionibus cujusdam matrimonii, et in eo scriptum erat quod, mediante quadam domo quam mater dabat filie, filia quictabat matrem quoad viveret mater. Mater, anno fere elapso, dicebat quod quictata fuerat imperpetuum, et eatenus volebat supleri instrumentum. Mater intencionem suam probavit per quatuor testes, filia suam intencionem per multo plures. Videbatur judicandum pro matre, quia testes filie videntur astruere negativam. Dicit filia quod quictavit matrem quoad viveret. Certe

Digitized by Google

intencio matris non est contraria, nisi intelligas *quoad viveret*, scilicet *tantum*, ita quod non est in perpetuum. Mater vero solum affirmat, nichil negat; et plus valent duo testes astruentes affirmativam, quam viginti astruentes negativam. Tamen dico standum instrumento, et sue probacioni; primo quoniam memoria instrumenti certior quam hominis, cum memoria heminum sit labilis; preterea, ubi solum esset diversitas in solo tempore..... non posset probari. Sed hic non solum in tempore est diversitas, immo inter istas convenciones secundum speciem disparitas. Sunt enim dispares et diverse in specie iste convenciones, ad vitam, et ad perpetuitatem; et propter [hoc?] talem assercionem quod fuerit habita convencio ad vitam, reputo assertivam; sicut si aliquis deponeret aliquem esse sanum, sine dubio sequitur, ergo non egrum. Tamen ipsius deposicionem reputo assertivam, quia ista negativa non continetur sub illa affirmativa, nisi ex quadam consequencia. Secus cum dicitur : hoc pertinet ad illos tantum, vel quid simile; quia hic expresse comprehenditur negativa.

CCLXXXVII. Utrum factum contrarium perimens in parte, licet non in totum, intencionem agentis, admitti debeat; et utrum si sint plures testes pro actore ultra quam necesse sit, et reus alterum testium reprobare velit, quo nichilominus reprobato optinet actor, admittatur reus ad reprobandum dictum testem.

Item nota quod licet factum quod proponitur non prorsus perimat, sed tamen aliqua de premissis perimat, sufficit ut peremptorium propositum admittatur; verbi gracia, ut cum proponitur contra unum ex pluribus testibus, vel electoribus, quod sit excommunicatus, licet alii sufficiant ad id de quo agitur.

CCLXXXVIII. Utrum si fidejussores dederit aliquis, et agat ad restitucionem contractus contra illum qui creditorem se allegat, potest inhiberi creditori ne lite pendente ad bona fidejussorum manus apponat; et utrum ex causa, et ex qua, potest hujusmodi inhibicio revocari, vel restringi.

Inhibitum fuerat reo, ne manus poneret ad bona fidejussorum ipsius

actoris qui se obligaverant in contractu ad cujus rescisionem actor agebat. Reus inhibicione contempta, manus posuit ad bona fidejussorum. Certe judicavi eum puniendum, nec prohibicionem esse iniquam, cum actor ad primam diem forsitan potuisset probasse de facili suam intencionem. Nec obstat quod postea inhibicionem restrinxi isto scilicet modo, quod veterem contractum prosequendo, et assignamenta ipsius, non incideret in penam inhibicionis; quia qui vetus factum prosequitur, nil innovare videtur : *ff. de minoribus, l.* 3, §. *scio* [1]. *C. de* [*temporibus*] *appellacionum, per hanc* [2]. Item defenciones ipsius rei per instrumenta in promptu apparebant, cum nil pro actore appareret, et ille in possessione tuendus est, seu in possessione inducendus, qui jura habet prompciora et pociora. *C. de edicto divi Adriani tollendo, l. final.* [3]..... Item reus ex habundanti caucionem offerebat, et sic ex causa perinhibicionem restrinxi, ut supradictum est.

CCLXXXIX. Utrum commissarius ad instrumenta in modum probacionis exhibenda, recipienda tantum, videatur commissus ex quadam sequela ad recipiendum testes ad approbacionem signorum et sigillorum instrumentorum; et utrum virtute rescripti subrep[ti]tii, pendente dubio, antequam probetur surreptio, habeat judex impetratus juridicionem et cohercionem; et numquid publice excommunicatus coelector, de numero eligencium dumtaxat subducitur, vel electionem faciat nullam ipso jure; et utrum judex in causa beneficiali, et qualiter, et in quo casu, potest supplere de facto; et utrum in electionibus prebendarum forma, et que, servetur; et utrum in non spiritualibus, et multo magis spiritualibus, admissio excommunicati tanquam jus habentis, viciet totum actum; et qualiter, et quando, probatur notorium.

Richardus Marchans formavit libellum contra Petrum de Caseolo et ejus consortes, quod cum fuisset electus ad prebendam virdunensem a

[1] *Digest.*, lib. IV, tit. IV.
[2] *Cod.*, lib. VIII, tit. XXIII, l. 4.
[3] *Cod.*, lib. VI, tit. XXXIII.

Digitized by Google

majori et saniori parte capituli ad quod spectat collacio prebendarum, dicte rei minus juste se opponebant, etc. Intencionem suam per [*sic*, post?] litem contestatam per posiciones presumptive, et deposiciones testium probavit manifeste. Pars Petri proposuit excipiendo peremptorie, quod duodecim de electoribus Richardi erant excommunicati ab homine a scolastico namurnensi; et hoc fuit probatum in curia nostra per testes, et in romana curia per instrumenta quorum sigilla fuerunt approbata. Dicebatur contra, quod cum fuisset solum commissum exequntori qui erat in curia romana, quod ipse reciperet probaciones super excepcione proposita, recipiendo approbacionem sigillorum appensorum instrumentis ad hoc probandum inductis, aliud fecerat; sed non est verum, quia istud est sequela ipsius. Item proponebatur ex adverso, quod rescriptum cujus virtute dictus scolasticus excommunicaverat electores Richardi, erat impetratum tacita veritate. Sed certe, in dubio, antequam hoc fuisset propositum et probatum coram exequutore predicto, habuit jurisdiccionem et cohercionem, licet non tenuerit rescriptum quantum ad provisionem, quia virtute talis rescripti non poterat provideri impetranti. Item istud factum fuit propositum ad illum finem dumtaxat, ut vota illorum subducerentur de numero electorum. Sed certe ex quo apparebant publice excommunicati, per consequens apparebat, et colligi poterat, quod coelectores hoc sciebant et scire potuerant; et sic eleccio nulla. Et licet non fuerit a parte ad hunc finem propositum, judex tamen posset hoc supplere, ne contingat aliquem habere viciosum ingressum. *Extrav. de consuetudine, c. cum dilectus* [1]; *de exceptionibus, c. peneult.* [2]; *de eo qui mittitur in possessionem, c. eum qui* [3], et est Innocentii. Et cave, licet in istis minoribus eleccionibus non servetur forma de qua dicitur *in c. quia propter* [4], tamen si reperio in non spiritualibus actibus quod qui[s] admittit scienter non ydoneum, sive protestatum, et quasi jus habentem, totum viciatur quod agitur; ut *Extrav. de procuratoribus, c. ult.* [5]; *de re judicata, ad probandum* [6]; multo forcius in spiritualibus. Secundo fuit propositum quod electores Ricardi elege-

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. III, c. 8.
[2] *Ibid.*, lib. II, tit. XXV, c. XIII, vel potius c. XII.
[3] *Sext.*, lib. II, tit. VII.
[4] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 42.
[5] *Ibid.*, lib. I, tit. XXXVIII, c. 15.
[6] *Ibid.*, lib. II, tit. XXVII, c. 24.

rant cum Raoulino de Merci publice excommunicato et notorie truncatore pro truncacione brachii Simonis de Insula, et super hoc erat publice diffamatus. Factum fuit per duos testes probatum qui viderant ictum. Plures vero deposuerunt quod viderant Raoulinum irruentem in dictum Simonem, evaginato gladio, et nullum alium, nec alii imponitur; et statim visus est Simon cum brachio truncato. Item quod dictus Raoulinus comminabatur sic dicens : Non semper recedent immunes, quandoque amittant. Item quia medicis illius Simonis dixerat ille Raouletus, quod tedebat eum quod ita parum fecerat. Item hoc inventum fuerat per inquestam factam a communitate virdunensi, et quod erat super hoc publice diffamatus. Verum duo qui deponebant quod viderant ictum, fuerunt reprobati, sed valde suspecte, ut apparet ex actis. Quia tamen supererant alii plures non reprobati, et relinquebatur quod erat publice super hoc diffamatus, factum habui pro probato, saltem in illorum odium qui saltem non fuerant protestati, maxime cum pars Petri appellasset ne procederetur ad eleccionem cum excommunicato publice. Nec requiritur ad hoc quod aliquid sit notorium, quod omnes sciant factum, sed sufficit sciri plurium, et quod omnes scelus admissum proclament. Hoc videbis *Extrav. de eleccione, c. illa cotidiana,* per Innocentium [1]. Vide II, *q.* 1, *c. de manifesta* [2].

CCXC. Carta scabinatus rempensis [3].

. . . . . .

CCXCI. Peticio contra hominem de corpore pro forismaritagio.

Coram vobis, domine judex, proposuit in jure *Talis*, procurator *Talium* religiosorum *Talis* ecclesie, procuratorio nomine, contra *Talem* hominem de corpore dicte ecclesie reum, quod idem reus, sine licencia et assensu abbatis dicte ecclesie, duxit uxorem *Talem*, non ancillam, nec feminam de corpore dicte ecclesie; propter quod incidit in emendam dictis religiosis prestandam, et ad voluntatem eorum taxandam, quam taxarunt competenter, et taxant, contra ipsum reum,

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 39.
[2] *Decret.*, part. II, caus. II, q. I, c. 17.
[3] Ici se trouve la charte de l'Échevinage telle que nous l'avons publiée, *Archiv. admin.*, tom. I, p. 391.

Digitized b

racione dicti foriemaritagii, ad summam *talem*, in qua tenetur eisdem religiosis de usu et consuetudine ac communi observancia, quos habent dicti religiosi in dictum reum, et homines ejusdem condicionis. Que, vel eorum aliqua, dictus reus legitime recognovit; quare petit dictus procurator, nomine quo supra, dictum reum sibi per vos sentencialiter condempnari ad hoc quod dictis religiosis satisfaciat de dicta pecunie summa, taxacione seu moderacione vestra, si opus fuerit, semper salva.

CCXCII. Quid juris, ubi aliquis reus appellat ab interlocutoria, et contumax reputatur, et finaliter condempnatur, et a diffinitiva appellat, et licet non prosequtus fuerit appellacionem ab interlocutoria, sed fuerint tempora fatalia appellacionis prime elapsa, vult tamen prosequi appellacionem a diffinitiva, et petit attemptata ante omnia revocari, si opponatur contra eum quod ipse est contumax, et sic non valet ejus appellacio a diffinitiva; et ipse replicet quod appellavit; et ei duplicetur quod non fuit appellacionem prosecutus; et ipse replicet quod sibi non obstat negligencia prosequendi quantum ad hoc quod debeat contumax reputari; argumenta legum pulcrarum inducta videntur (?) [1].

In causa que vertebatur inter actorem et reum, reus appellavit a gravamine. Citatus fuit postmodum pluries peremptorie ad audiendum diffinitivam sentenciam. In causa non comparuit. Lata fuit sentencia contra ipsum, eo absente. Appellavit a sentencia. Prosequutus est appellacionem suam a diffinitiva tantum, super qua impetravit judices, coram quibus petit attemptata contra eum post et contra appellacionem suam ante omnia revocari, per ea que notat Innocencius *Extrav. de excepcionibus, c. dilecte* [2] et *de sentencia excommunicacionis, c. solet* [3]. Petit eciam sentenciam infirmari. Opponitur ei quod ipse fuit contumax tempore sentencie, et hoc tacuit in impetracione

[1] En marge se trouvent ces mots : *Bona questio.*

[2] *Decretal*, lib. II, tit. XXV, c. 10.

[3] *Sext.*, lib. V, tit. XI, c. 2.

rescripti. Ideo, etc. Replicat quod non fuit contumax, quia appellaverat competenter ab iniqua interloquutoria contra eum lata; unde non tenebatur comparere tempore sentencie; sed ab ea sibi licuit appellare, per ea que notat Innocencius *Extrav. de appellacionibus, c. dilecto, in fin* [1]; et *de accusacionibus, c. ad peticionem* [2]. Duplicatur contra hoc, quod ipse illam appellacionem non est prosequutus quam interposuit a gravamine; et ideo fingitur non appellasse. Arguit *ff. de hiis qui notantur infamia, furti accipe*, circa principium [3]. Ad hoc respondet reus quod licet non sit prosequutus appellacionem a gravamine, sed lapsa sint tempora fatalia, tamen per illam appellacionem habuit quod non fuit contumax tempore sentencie; ergo potuit appellare a sentencia, unde illa appellacio a sentencia potest prosequi, nec est, quantum ad hoc, aliquid querendum de prima. Arguit *ff. de officio pretorum, l. barbarius* [4]. *Codex de testamentis, l.* 1 [5]; *ff. de itinere actuque privato, l.* 1, *in fin.*, cum lege sequenti [6]. Item, sublata accione personali per lapsum XXX annorum, remanet ypothecaria que durat XL annis. *C. de luicione pignoris, l. interligere* [7]. Item sublata accione temporali, puta redibitoria que durat sex mensibus, remanet accio de constituta, *ff. de* [*pecunia*] *constituta, l. Item illa,* §. *proinde* [8]. Queritur quid juris? Super hoc facta est nova constitucio, *de dolo et contumacia, si ante, Libro septimo* [9].

CCXCIII. Littera de voto continencie inter virum et uxorem.

Universis, etc. Noverint universi, quod in nostra presencia, propter hoc personaliter constituti, *Talis* et Berta ejus uxor, zelo devocionis accensi, votum castitatis de communi eorum assensu coram nobis solenniter emiserunt, Deo continenciam promittentes, ut ipsi sic vivendo valeant Domino complacere; dictaque mulier professa continenciam, affectans promocionem dicti *Talis* mariti sui clerici, dedit spontanea sua voluntate ipsi *Tali* clerico plenam potestatem, facultatem, et liberam licenciam, intrandi religionem, et faciendi se ad

[1] *Decretal.*, lib. II, tit XXVIII, c. 63.
[2] *Ibid.*, lib. V, tit. I, c. 22.
[3] *Digest.*, lib. III, tit. II, l. 6.
[4] *Ibid.*, lib. I, tit. XIV, l. 3.
[5] *Cod.*, lib. VI, tit. XXIII.
[6] *Digest.*, lib. XLIII, tit. XIX.
[7] *Cod.*, lib. VIII, tit. XXXI, l. 2.
[8] *Digest.*, lib. XIII, tit. V, l. 18.
[9] *Clementin.*, lib. II, tit. IV.

Digitized by Google

sacros ordines promoveri, in religione, vel extra religionem, ubi, quando, et prout, anime sue saluti viderit expedire. Nos autem officialis predictus, judex ordinarius dictorum conjugum, vota sua et eorum bonum propositum in Domino approbantes, consideratis et plenius intellectis statu et condicione personarum predictarum, et aliis eciam consideratis que in talibus solent et debent considerari, inspici, et attendi, in hiis premissis omnibus juste et rite actis consensu nostro interveniente, auctoritatem nostram prebuimus et prebemus. In cujus, etc. Datum, etc.

CCXCIV. Littera curatoris dati ad negocia.

Noverint universi, quod nos ex inquisicione, prout decuit, prius facta, et adhibitis solemnitatibus que debent in talibus adhiberi, causa cognita, evidenti utilitate considerata, Johanni minori filio Johannis quondam dicti La Pance, quem idem pater ex S. quondam uxore sua [suscepit?], presenti et petenti, damus, constituimus, et creamus tutores seu curatores, videlicet R. et G., de voluntate et assensu, et ad requisicionem amicorum carnalium predicti minoris, tam ex parte patris, quam ex parte matris, super hoc juratorum, et ad hoc speciáliter vocatorum, videlicet Petri, Albrici. Qui quidem tutores seu curatores in jure coram nobis constituti, onere dicte tutele seu cure in se suscepto, juraverunt utilia dicti minoris gerere, inutilibus pretermissis, et quod in administracione bonorum dicti minoris bene et legitime se habebunt, et personam dicti minoris fideliter custodient; promittentes sub juramento predicto, quod de bonis ipsius minoris et administracione bonorum predictorum, legitimam reddent racionem et competentem, nobis, et illis quorum interest, cum fuerint requisiti; bona sua quantum ad hoc omnia specialiter obligando, et se, et bona sua omnia, quantum ad premissa, jurisdiccioni curie remensis speciáliter supponendo. In cujus, etc. Datum, etc.

CCXCV. Littera curatoris dati ad litem.

Noverint universi, quod coram nobis, in curia predicta, personaliter constitutus G. *Talis* minor annis legitimis, peciit a nobis curatorem ad litem sibi dari, et speciáliter ad litem quam dictus G. minor movet,

seu movere intendit, coram nobis, contra M. Et nos officialis predictus, causa prout decuit cognita, magistrum P., dicto G. petenti eumdem, et consencienti, dedimus curatorem; qui curator, onere dicte cure suscepto, juravit dictam curam se fideliter gesturum, et ejusdem cure negocia procuraturum, utilia procurando, inutilibus pretermissis, adhibitis eciam solemnitatibus aliis que in talibus debent et consueverunt adhiberi. In cujus, etc.

CCXCVI. Substitucio procuratoris.

Noveritis quod coram clerico fideli curie remensis ad hoc a nobis specialiter deputato, propter hoc personaliter constitutus G. clericus, procurator generalis Ph. de *Tali* loco per litteras curie remensis, habens inter cetera potestatem et mandatum speciale alium procuratorem loco sui substituendi, et omnia alia et singula faciendi que idem Ph. faceret, si presens interesset, Petrum clericum exhibitorem presencium, suum fecit, et substituit loco sui, procuratorem, in omnibus causis motis et movendis ex parte dicti Ph. contra quascumque personas, et quecumque persone contra ipsum, coram quibuscumque judicibus, tam ecclesiasticis, quam secularibus; dans idem G. eidem procuratori potestatem quam habet et habere potest per litteras antedictas, donec presens mandatum duxerit revocandum. Datum, etc.

Vers 1285. ### CCXCVII. Littera commissionis facte ab archiepiscopo in casu sibi specialiter reservato.

P. Dei gracia remensis archiepiscopus, dilectis officialibus nostris remensibus, salutem in Domino. In causa, seu causis, quam vel quas G. et S., monachi professi monasterii lobiensis cameracensis dyocesis, movent, moverunt, seu movere intendunt, tam per appellacionem ad nos seu curiam remensem interpositam, contra confirmacionem factam de eleccione Thome, qui se gerit pro abbate monasterii lobiensis, a venerabili fratre nostro..... episcopo cameracensi, quam alias contra dictum Thomam, licet alias forte possetis racione officii vobis injuncti de eadem, seu de eisdem, cognoscere, ex habundanti tamen vobis, et vestrum cuilibet in solidum, vices nostras specialiter committimus, donec eas duxerimus revocandas. Datum, etc.

Digitized by Google

CCXCVIII. Littera de reformacione status monasterii vergentis ad inopiam, tam circa temporalia, quam spiritualia. 22 août 1283.

Universis presentes litteras inspecturis, P. miseracione divina remensis archiepiscopus, salutem in Domino. Exigit sollicitudini nostre pastorale commissum officium [ut?] singularium ecclesiarum nostro regimini subjectarum procuremus augmentum; sed illis tenemur precipue auxilii nostri beneficium impertiri, quarum statum sentimus intolerabilibus periculis et incommodis subjacere. Anno itaque Domini millesimo cc octuagesimo tercio, die sabbati post festum Assumpcionis Virginis gloriose, visitacionis causa nobis ad monasterium Sancti Bazoli nostre dyocesis personaliter descendentibus, et hora capituli die sequenti abbate et conventu dicti monasterii coram nobis in eorum capitulo congregatis, de statu ipsius monasterii a prefato abbate et monachis in spiritualibus et temporalibus inquisivimus veritatem; invenimus quoque, quod animum nostrum plurimum dolore replevit, per rei evidenciam ac confessionem spontaneam abbatis et monachorum ipsorum, non solum ipsum monasterium in administracione bonorum spiritualium multipliciter vulneratum, verum eciam sic illud evidens gravis et importabilis opprimebat sarcina debitorum, ut consideratis facultatibus monasterii memorati, quod a debitis posset resurgere, et per eorum industriam relevari, quasi impossibile videbatur eisdem, sicut in nostra presencia sunt confessi. Propter quod abbas et monachi supradicti, deliberato consilio, nobis instanter et humiliter supplicarunt, ut nos de plano super correccione et reformacione bonorum spiritualium et temporalium dicti monasterii omnium, et singulorum, ordinando et statuendo, tam in capite, quam in membris, super statu personarum dicti monasterii, necnon super administracione dictorum bonorum spiritualium et temporalium, administratoribus instituendis et destituendis, et super recepcione bonorum et solucione debitorum facienda, prout, quociens, et quando videremus expediens, partes nostras interponere dignaremur; promittentes abbas et monachi supradicti, omnes et singuli, juramentis corporaliter prestitis ab eisdem, se quicquid ordinaremus, diceremus, et statueremus de premissis, et aliis oportunis, usque ad quinqueninum (*sic*), hoc

Digitized by Google

salvo quod conventum non propter hoc dispergamus eundem, et quod per presentem submissionem abbatem eundem deponere nequeamus, impleturos et inviolabiliter servaturos, prout in litteris ipsorum abbatis et conventus, sigillis munitis, super hoc confectis, plenius continetur. Nos igitur ad statum prefati monasterii desolacioni suppositum, affectum paterne compassionis habentes, quod monasterium, ne in profundum debitorum pro defectu regiminis subjungatur, succuretur, salubriter cupientes, in nos potestatem suscepimus antedictam, et super reformacione premissorum plena deliberacione habita cum peritis, in modum qui sequitur dicendum [et?] statuendum duximus, seu eciam ordinandum. In primis quod omnes et singuli de conventu, nocte, dieque, invigilent devote circa observanciam regularem; omnes, abbati quamdiu presens fuerit, et priori omni tempore, sicut tenentur obediant reverenter; ad ecclesiam singulis horis mature conveniant pariter et recedant; officia eis commissa humiliter faciant, et decenter in refectorio refeccionem communiter recipiant; in dormitorio omnes dormiant, in claustro sacras scripturas videant et studeant temporibus oportunis; omnibus dieis fiat capitulum et fiant discipline et correcciones in eo, prout ordinis statuta requirunt. Servetur silencium statuto tempore, et confabulacio reprimatur. In infirmaria cum omni humanitate provideatur egrotis, et cum opus fuerit, eis qui promeruerint liberalis recreacio concedatur. Cesset inter fratres rancor et odium, pacem inter se et concordiam habentes, sicut promiserunt; reddant Altissimo vota sua; sit omnibus interdictus egressus monasterii atque claustri, nisi superioris ad hoc licencia racionabilis intercedât; ac cetera sancte religionis fiant ibidem opera, ad quorum observanciam ex voti sui debito astringuntur. Item circa temporalitatem sic duximus ordinandum; videlicet, quod abbas predicti loci, quem per dictum tempus dictorum quinque annorum ab administracione bonorum temporalium suspendimus, pro se, uno monacho dicti monasterii capellano suo quem assumere volnerit, et familia sua, centum libras parisienses annuatim integraliter percipiat; et habeat durante ordinacione presenti, de bonis prefati monasterii, pro victu eorum pariter et vestitu; et quod per dictum tempus continue Parisius studendo in theologica facultate moretur, non transiturus ad alium locum, nec ad idem mo-

nasterium reversurus, nisi super hoc a nobis licenciam habuerit specialem. Ceteris quotque monachis temporalem administracionem habentibus in dicto monasterio, et extra, administrandi in dictis suis administracionibus omnem per hanc ordinacionem interdicimus potestatem. Hospitalitatem vero in eodem monasterio personis quibuscumque, pauperibus religiosis pedes (*sic*) euntibus quibus sine scandalo denegari non posset dumtaxat exceptis, fieri prohibemus. Ad portam ipsius monasterii constituatur janitor circumspectus, qui prohibitis personis de mandato nostro introitum non concedat, nec monachis exire volentibus prebeat exitum, nisi de superioris mandato, et tamen non frequenter fore, cognoscat. Bona dicti monasterii victualia, et alia, per monachos, servientes eorum, aut quoscumque alios extra portam nullatenus deferri permittat, nisi de ipsorum administratorum, et pro utilitate monasterii, procedat bene placito et assensu; et quod injunctum sibi ministerium fideliter implere debeat, coram conventu jurabit. Si quis vero monachorum dicti monasterii contrarium presumpserit attemptare, et metas dicti monasterii violenter seu illicenciatus transire presumat, se ipso facto fugitivum agnoscat; nec recipiatur iterum, sine mandato nostro, ad consorcium aliorum. Bonorum autem dicti monasterii temporalium, ubicumque fuerint, omnium et singulorum, tam virtute potestatis nobis commisse, quam ordinaria potestate, receptores, administratores, et dispensatores, constituimus, facimus et ordinamus dilectos filios fratres M. elemosinarium, et R. pitanciarium dicti monasterii; ita quod ipsi ambo, et eorum quilibet in solidum, possit seu possint petere ubique in judicio et extra judicium, preter assensum abbatis et conventus predictorum, per se, vel per procuratorem ydoneum, recipere, levare, vendere, explectare, et conservare omnes fructus, obvenciones, redditus, exitus et proventus, ad idem monasterium pertinentibus (*sic*) quacumque racione, vel causa, super receptis litteras quictacionis concedere, creditoribus satisfacere, alienaciones et vendiciones, si quas inutiles et improvide factas invenerint, revocare, et revocari procurare, ac administrare et disponere de eisdem, prout viderint expedire, et omnia agere tam in judicio, quam extra, que de jure licent plenam et legitimam administracionem habentibus; proviso quod de positis receptis et dispensatis

prefati administratores quater in anno, videlicet in fine quorumlibet trium mensium, coram priore et conventu reddant plenariam racionem; in scriptis redigatur eorum reddita racio, et sit, sigillo conventus munita, duplicata, et administratores eam penes se retineant, et aliam aliquis fideliter custodiat pro conventu. Unumquemque ipsorum administratorum equo uno volumus esse contentum. Abbati de pensione predicta centum librarum parisiensium, ut premittitur, annuatim sine contradiccione satisfaciant integre, [non?] minuendo in ea similiter nec addendo, et conventui provideant competenter, neminem alteri, causa favoris, rancoris, seu amicicie, preferendo; et quicquid superfuerit de bonis predictis et redditibus, in solucionem debitorum, retencionem domorum seu edificiorum, defensionem jurium et libertatum ipsius monasterii, per ipsos administratores provide convertatur. Ad que, ut premissum est, fideliter et utiliter exequenda, dicti fratres M. et R. se coram nobis juramento proprio astrinxerunt. Hanc autem ordinacionem, quam usque ad dictum terminum durare volumus, sub pena in ea expressa, et in virtute sancte obediencie, ac sub excommunicacionis pena quam contra temere venientes et facientes incurrere volumus ipso facto, precipimus ab omnibus inviolabiliter observari; retenta et reservata nobis potestate addendi, minuendi, corrigendi, immutandi, declarandi, et interpretandi, quociens, ubi, et quando voluerimus, et viderimus oportunum. Actum anno et die predictis.

CCXCIX. Littera procuratoris constituti ad contradicendum et impetrandum in curia.

Sanctissimo patri ac domino sacrosancte universalis ecclesie summo pontifici, *Talis* devota pedum oscula beatorum. Sanctitati vestre notum fieri volumus, quod coram nobis propter hoc constitutus D. peliparius, P. de Laudano clericum exhibitorem presencium suum constituit procuratorem ad impetrandum litteras, et contradicendum in curia sanctitatis vestre cujuscumque tenoris sint, necnon ad convenieudum et consenciendum in judicio; dans et conferens eidem procuratori mandatum speciale alium procuratorem loco sui substituendi qui eandem habeat vel consimilem potestatem; ratum et gra-

Digitized b

tum plenius habiturus quicquid per dictum procuratorem suum; aut ab eo constitutum, actum fuerit, seu eciam procuratum. In cujus rei testimonium, etc.

CCC. Inhibicio pro exequucione testamenti.

Officialis curie *Talis*, *Tali* presbytero in *Tali* decanatu constitutis (*sic*), salutem in Domino. Cum nobis fuerit intimatum, quod quidam bona pertinencia ad exequucionem testamenti *Talis* defuncti distrahere intendant, necnon et debita ad dictas exequuciones pertinencia exigere ac levare indebite, in prejudicium exequucionis predicte, et contra voluntatem exequutorum dicti testamenti; vobis in virtute sancte obediencie precipiendo mandamus, quatenus publice, in facie ecclesie, parrochianis vestris auctoritate nostra inhibeatis, sub pena excommunicationis, ne bona ad dictam exequucionem pertinencia distrahant, vel alienent, vel eciam emant, seu debita ad eam spectancia exigant, vel levent, vel aliquid eis solvant indebite, ac in prejudicium dicte exequucionis, contra voluntatem dictorum exequutorum, cum dicti exequutores super bonis hujusmodi parati sint stare juri coram nobis contra omnes conqueri volentes, prout justicia suadebit. Nos enim, si quid a quoquam contra premissa fuerit attemptatum, illud decernimus irritum et inane; et quid inde feceritis nobis reseribatis, ita quod in hiis exsequendis alter vestrum alterum non expectet. Datum, etc.

CCCI. Compromissum factum in judicem qui sibi retinuit ordinariam potestatem. Vers 1284.

Universis, etc. Noverint universi, quod cum causa olim verteretur coram officiali domini archidiaconi remensis inter Th. de Brugiis, et Helindim ejus uxorem, cives remenses, ex una parte, et G. dictum Foubert, ex altera, super quadam pecunie summa de precio medietatis cujusdam domus, et super quibusdam aliis, prout in peticione ibidem formata ex parte ipsius Thome, et ejus uxoris, contra dictum G., hec et alia plenius continentur; et in tantum esset et fuisset processum in causa, juris ordine in omnibus observato, quod dies esset et fuisset certa assignata dictis partibus ad audiendum judicium, seu sentenciam

Digitized by Google

diffinitivam; dicta die, dictus officialis, visis actis, et cognitis cause meritis, per suam sentenciam diffinitivam eumdem G. specialiter condempnavit eisdem Thome et ejus uxori, in petitis, et in expensis occasione litis et cause factis; a qua sentencia diffinitiva dictus G. ad sedem apostolicam contra dictum Th. et ejus uxorem appellavit; tandem, dicta appellacione pendente, dictus Th. et ejus uxor ex una parte, et dictus G. ex altera, bonorum interveniente consilio, et de voluntate et mandato reverendi patris domini remensis archiepiscopi, pro bono pacis, coram fideli clerico curie remensis ad hoc specialiter deputato, in virum venerabilem et discretum dominum N. de Ferreriis officialem remensem, super processu, sentencia, et expensis predictis, et super lite seu causa mota et habita inter dictas partes coram quodam judice yprensi, et super omnibus aliis controversiis, querelis, accionibus et discordiis que orte et mote fuerant inter partes, et que moveri et oriri potuerunt inter ipsos usque ad diem confeccionis presencium, fide hinc inde prestita corporali, tanquam in arbitrium arbitratorem, seu amicabilem compositorem, compromiserunt, et sub pena centum marcharum argenti reddendarum, medietas curie remensi et alia medietas parti observanti arbitrium, a parte resiliente, rato nichilominus manente arbitrio, causa, sentencia, et processu;..... et sciendum est, quod si altera pars contra alteram in aliquo alio vellet experiri coram dicto domino N., et si predicti Th. et ejus uxor vellent, et tenerentur, de intencione sua probare aliquid, probaciones sue de mandato predicti domini N., propter eminentem inopiam dictorum conjugum, summarie et sine scriptis audirentur, et deberent audiri, si hoc maluerint dicti conjuges; et procedi poterit a dicto domino N. in hiis, et aliis, sine scriptis, et sine strepitu judicii, de plano, ordine judiciario minime observato. Et voluerunt, et consenserunt dicte partes, et hoc actum est expresse inter eos, quod dictus dominus N. procedere possit in dicto compromisso, et suam sentenciam arbitralem, diebus feriatis et non feriatis, stando vel sedendo, et quacumque hora sibi placuerit, et partibus eciam absentibus, vocatis tamen, [promulgare?]. Et promiserunt predicte partes, sub predicta fideidacione, et sub pena predicta, se inviolabiliter observaturas quicquid per dictum dominum N. super premissis omnibus et singulis inter dictas partes fuerit dic-

Digitized by Google

tum, et ordinatum pace vel judicio, arbitratum semel vel pluries, vel eciam sentenciatum. Qui dictus dominus N. ad preces dictarum parcium requisitus, et rogatus super hoc a domino remensi archiepiscopo, propter pericula et dampna que eminebant de predictis discordiis onus dicti compromissi in se suscepit; retinens tamen dictus dominus N. ordinariam suam auctoritatem et potestatem, quantum ad puniendum et compellendum dictas partes, cum ipse (*sic*), vel altera ipsarum, fuerit punienda, seu compellenda. Quibus mediantibus, dictus G. omnibus appellacionibus ex parte ipsius interpositis contra dictos conjuges, vel alterum eorum, ab audiencia cujuscumque judicis, renunciavit expresse; et premissis mediantibus, relaxati sunt dies, et lites, et cause, quas pars altera habebat contra alteram, coram quibuscumque judicibus delegatis, subdelegatis, auditoribus et conservatoribus, et aliis judicibus quibuscumque, quacumque auctoritate ageretur inter partes predictas coram judicibus supradictis. In cujus rei, etc. Datum, etc.

CCCII. Procuratorium.

Universis, etc. Noverint universi, quod coram *Tali* fideli curie remensis clerico, ad hoc a nobis deputato, cui in hiis et in aliis fidem adhibemus pleniorem, propter hoc specialiter constituta Maria, Radulphum clericum, Ernaudum, et Johannem laïcos, exhibitores presencium, et eorum quemlibet per se, et in solidum, ita quod horum non sit melior condicio occupantis, et quod unus ipsorum inceperit, alter valeat terminare et prosequi cum effectu, fecit et constituit suos procuratores generales et speciales, in omnibus et singulis causis et negociis quas et que predicta Maria habet et habitura est, tam in agendo, quam defendendo, contra quascumque personas ecclesiasticas, vel seculares, coram quibuscumque judicibus, delegatis, subdelegatis, ordinariis, arbitris, conservatoribus, auditoribus, exequutoribus, baillivis, prepositis, servientibus, majoribus, juratis, scabinis, et aliis quibuscumque, auctoritate quacumque fungentibus; dans predicta Maria prenominatis suis procuratoribus, et eorum cuilibet in solidum, plenariam potestatem, et mandatum speciale agendi pro ipsa Maria, et nomine ipsius Marie, ipsam Mariam defendendi, petendi,

et recipiendi eciam libellum et transcriptum omnium actorum, ac cujuslibet jurisdiccionis, excepciones, raciones, et defenciones quaslibet proponendi, lites contestandi, jurandi in animam ipsius, de *tali*, et de veritate dicenda, ac super expensis petendi, et recipiendi expensas si que sibi fuerint adjudicate, ponendi, posicionibus respondendi, et concludendi eisdem, et diffinitivam sententiam audiendi, appellandi, suam appellacionem prosequendi, eam excusandi, sue absolucionis beneficium impetrandi, aliumque loco sui substituendi; qui substitutus ab ipsis, vel eorum altero, eamdem et consimilem in omnibus et singulis habeat potestatem, qualem ipsi procuratores habere dignoscuntur in premissis, et omnia alia et singula faciendi que ipsa Maria faceret, et posset facere, si presens esset; ratum, et firmum habens, et habitura dicta Maria, quicquid per dictos procuratores suos, aut per eorum alterum, sive per substitutum ab ipsis, vel altero ipsorum, pro ipsa Maria, et nomine ipsius, coram quibuscumque, et contra quoscumque, super premissis omnibus et singulis, actum, procuratum fuerit, sive dictum, quousque presens mandatum duxerit revocandum; promictens sub ypotheca rerum suarum judicatum solvi, si necesse fuerit, et hoc omnibus quorum interest, etc. Datum anno Domini millesimo, etc.

Vers 1285. **CCCIII. Peticio prioris judicii, pro pena judici[i] applicanda.**

Dicit et proponit in jure coram vobis, domine judex, procurator reverendi patris G. Dei gracia ambianensis episcopi, pro ipso domino episcopo, et nomine ejusdem, procuratorio nomine, contra Baudetum dictum de Actrebato, manentem ambianensem, tincturarium, quod cum ordinatum fuerit, et statutum, et juratum jam diu est, inter tincturarios ambianensis civitatis, communi eorum assensu interveniente, et per sua juramenta, auctoritate et assensu ambianensis episcopi interveniente, quod quocienscumque accideret diem Mercurii in septimana esse feriatam, seu diem festum, ipsi tincturarii dicte civitatis, in ipsa civitate, in illa septimana, non assederent cuvellas, nec assedere possent ad tingendum pannos, seu lanam; et ille de tincturariis dicte civitatis qui secus fecerat (*sic*), vel qui contra hoc veniret, ipse teneretur ipso ambianensi episcopo in novem libris pari-

Digitized by

siensibus de emenda, et nomine emende. Dictus Baudo civis ambianensis, existens tincturarius in civitate ambianensi, post hujusmodi statutum et ordinacionem, in septimana nuper preterita, in qua dies Mercurii fuit feriata, et festum solemne sancti Dionisii in eadem civitate, cuvellam ad tingendum pannos et lanam assedit, contra dictam ordinacionem et statutum predictum veniendo, et emendam novem librarum parisiensium domino ambianensi episcopo reddendarum committendo. Petit dictus procurator, nomine quo supra, dictum Baudetum ad hoc sibi sentencialiter condempnari et compelli per vos, domine judex, ut dictas IX libras parisienses ad opus et nomine dicti domini episcopi, nomine emende predicte, et pro dicta emenda, ei reddat et solvat, racionibus et causis predictis, cum dictus Baudo premissa recognoverit coram bonis, salvo jure, etc.

Testes procuratoris reverendi patris G. Dei gracia ambianensis episcopi, agentis pro ipso domino episcopo, et nomine ejusdem, procuratorio nomine, contra B. dictum de Actrebato, ad probandum ea que sibi viderit expedire, jurati *tali* die, in presencia *Talis*, auditi et examinati, prout in deposicionibus eorum inferius continetur. *Et tunc ponantur depositiones testium.*

CCCIV. Littera facta super sentencia. Vers 1295.

Constitutis in jure coram nobis Hugone de Ailliaco, procuratore reverendi patris G. Dei gracia ambianensis episcopi, agentis pro ipso domino episcopo, et nomine ejusdem, procuratorio nomine, personaliter, ex una parte, et Baudone dicto de Actrebato, tincturario, manenti ambianensi, per Anselmum de Actrebato procuratorem suum, ex altera, et sentenciam diffinitivam instanter a nobis sibi fieri petentibus; super causa ventilata coram nobis inter dictas partes, visis a nobis actis dicte cause et diligenter inspectis, nos, de bonorum virorum et jurisperitorum consilio, predictum B. dictum de Actrebato, tincturarium, in novem libris parisiensibus dicto procuratori predicti domini episcopi, ex causa in libello dicti procuratoris proposita, per sentenciam diffinitivam condempnamus; salvis expensis dicti procuratoris factis in lite seu causa predicta. Actum, etc.

Digitized by Google

Vers 1285. **CCCV. Peticio a diffinitiva et a gravamine.**

Dicit et proponit in jure coram vobis, domini officiales remenses, B. de Actrebato, civis ambianensis, contra procuratorem reverendi patris domini ambianensis episcopi, agentem in priori judicio, nomine procuratorio dicti episcopi, et pro ipso, quod cum idem procurator, nomine predicto, ipsum B. coram officiali ambianensi, officiali dicti episcopi, non ex delegacione apostolica, ad quandam certam diem citari fecisset, et ad judicium evocari, et peticionem suam coram domino officiali contra dictum B., nomine predicto, edidisset, prout in actis super hoc confectis continetur; idemque officialis in dicta causa perperam et iuique procedens sentenciam diffinitivam, si debeat dici sentencia diffinitiva, aut possessionem pro dicto procuratore agente nomine ejusdem episcopi, ut dictum est, et pro ipso contra dictum B. promulgavit, die minime ipsis partibus ad audiendum jus, sive judicium, seu sentenciam diffinitivam, aut ad procedendum, alias assignata, et eciam parte dicti B. contradicente, et eciam hoc revocante, et dicente, et proponente se diem aliquam ad audiendum jus, sive judicium, aut sentenciam diffinitivam, vel alias, non habere, nec habuisse; dicente eciam, quod non volebat, nec debebat audire sentenciam, nec poterat, cum dies non esset, nec fuisset, in causa predicta ad audiendum jus, sive judicium, aut sentenciam diffinitivam, partibus predictis assignata; in quibus pars dicti B. senciens se ab eodem officiali indebite, et contra jus et justiciam, pregravari, ad remensem curiam legitime appellavit propter premissa omnia et singula, contra partem adversam, petitis apostolis et sibi denegatis; propter que iterato, modo predicto, appellavit, Quare petit appellacionem suam justam et canonicam pronunciari, et admitti, et dictam sentenciam retractari, seu adnullari, et super premissis quod justum fuerit statui, et decerni, et quicquid contra ipsum ex ea, vel ob eam, sequutum est, denunciari penitus non tenere, nec ab inicio tenuisse; et hoc dicit et petit, etc.

Vers 1285. **CCCVI. Responsio ad dictam peticionem.**

Ad que respondet *Talis* procurator, quod non tenetur respondere

Digitized by Google

premissis, cum ibi intentetur appellacio a sentencia diffinitiva et a gravamine, in causa eadem, et inter partes easdem, et super eisdem articulis in eadem peticione contentis; et paratus est respondere ad unam causam quam pars appellans duxerit eligendam, et prosequendam. Et *talis* dies est assignata partibus ad interloquendum, utrum pars adversa teneatur respondere illis duobus articulis in dicta peticione contentis, an alteri ipsorum, et ad procedendum ulterius in dicta causa appellationis, prout justum fuerit. *Talis* fuit procurator *Talis* partis adverse, per litteras decani ambianensis ecclesie. Datum de consilio, etc.

CCCVII. Responsio : appellatum esse de facto. Vers 1285.

Ad peticionem formatam in curia remensi ex parte B. contra procuratorem domini episcopi agentem in priori judicio, nomine procuratorio dicti episcopi, et pro ipso, contra dictum B. in causa appellacionis a diffinitiva sentencia lata pro dicto procuratore contra dictum B., respondet *Talis* procurator, appellatum esse de facto. Et *talis* dies est assignata dictis partibus ad reportandum acta prioris judicii aperta super causa appellacionis predicte, et ad procedendum ulterius, prout justum fuerit. *Talis* fuit procurator dicti B. Datum de consilio *Talis* pro *Tali*. Datum ut supra.

CCCVIII. Notula ad reportandum acta. Vers 1285.

In vigilia Nativitatis B. Johannis Baptiste est dies assignata procuratori reverendi patris, etc., agentis (*sic*) in priori judicio, nomine ipsius episcopi, et pro ipso, contra B., et e contra, ad reportandum acta prioris judicii ad plenum, si que desint reportanda, et ad disputandum super actis reportatis, et reportandis apertis, si que sint, et ad procedendum ulterius, ut jus erit. *Tales* fuerunt procuratores parcium. Datum *tali* die. Magistri W. pro procuratore dicti episcopi, et Johannes de *Tali* loco pro dicto B., fuerunt advocati. Datum ut supra.

CCCIX. Factum disputando propositum ab appellante ad corroboracionem sue peticionis, quasi idem continens cum peticione. Vers 1285

Digitized by Google

Die assignata partibus ad vigiliam Nativitatis B. Johannis Baptiste ad disputandum super actis ad remensem curiam reportatis in causa appellacionis de qua agitur in curia remensi inter B. ex una parte, et procuratorem reverendi patris domini ambianensis episcopi, agentem nomine procuratorio ipsius episcopi, et pro ipso, ex altera, prout in notula diei super hoc confecta continetur; ad sui defensionem, et elidendum et perimendum peticionem ex parte dicti procuratoris nomine procuratorio in priori judicio editam, et ejus monicionem, si que sit, et ad finem ut sentencia diffinitiva lata in priori judicio contra dictum B., si debeat aut possit [dici?] sentencia, infirmetur, seu adnulletur, et nulla pronuncietur, disputando peremptorie proponit et dicit pars dicti B., contra partem adversam, quod dicta sentencia, si nomen sentencie meretur habere, et dici possit aut debeat, merito debet infirmari, seu adnullari, et nulla pronunciari, pro eo quod dicta sentencia, si dici debeat sentencia, lata fuit contra jus scriptum, et sine scriptis, et eciam die ad audiendum jus, sive judicium, aut sentenciam diffinitivam, ipsis partibus per assignacionem diei aut notule [*sic*, notulam?] confectam, seu per citacionem, aut alias legitime, minime assignata, et eciam parte dicti B. renitente, et contradicente, et eciam dicente et proponente quod nolebat audire jus, sive judicium, aut sentenciam diffinitivam in causa predicta, cum diem non haberet nec habuisset ad hoc faciendum, aut aliquid aliud aliquo modo quoquo; propter que dicit dictam sentenciam, si nomen sentencie meretur habere, infirmari, seu retractari, sive adnullari, aut eciam nullam pronunciari, et ipsum B. ab impeticione ejusdem procuratoris absolvi, et dictum procuratorem eidem B. in expensis legitimis condempnari; et que in facto consistunt, vel quod sufficiat ex eisdem, offert se dictus B. legitime probaturum, et petit se ad probandum admitti, si negaverit pars adversa.

Vers 1285. CCCX. [Responsio?]

Ad que respondet Bernardus procurator dicti procuratoris, ut prius, quod dictum factum, prout est propositum et narratum, non valet, nec est admittendum. Et *talis* dies est assignata dictis partibus ad interloquendum super premissis, salvis racionibus partis adverse, et ad pro-

cedendum ulterius, prout justum fuerit. *Talis* fuit procurator partis adverse. Datum *tali* die, et actum de consilio *Talium*.

CCCXI. [Notula dilatoria ad dicendum veritatem sub juramento prestando?] Vers 1285.

Cum dies esset assignata Remis coram nobis per notulam, feria secunda post festum B. Petri ad vincula, Bandeto de Actrebato, contra procuratorem reverendi patris ambianensis episcopi, ad dicendum veritatem sub prestando juramento, ponendum, respondendum posicionibus, et ad procedendum ulterius, prout justum esset, dies est assignata dictis partibus ad feriam secundam post festum B. Bartholomei apostoli, ut prius, et hoc propter tempus feriatum propter messes ex parte dicti B. allegatum, et a nobis admissum, et dicta die procedetur non obstante tempore feriato propter messes. B. et E. fuerunt procuratores parcium. Datum ut supra.

CCCXII. Notula ad dicendum veritatem sub juramentis jam prestitis. Vers 1285.

Cum dies esset assignata Remis coram nobis per notulam, feria secunda post festum B. Bartholomei, Baudeto contra procuratorem ambianensis episcopi, ut prius, que prius erat assignata partibus ad dicendum veritatem sub prestando juramento, ponendum, respondendum positis [*sic*, positionibus?], et ad procedendum ulterius, prout justum esset, dies est assignata dictis partibus ad feriam secundam post Nativitatem B. Marie Virginis ad dicendum veritatem sub prestando juramento, ponendum, respondendum et concludendum positis hinc inde, et ad procedendum ulterius, prout justum fuerit. Tales fuerunt procuratores parcium. Datum.

CCCXIII. Notula ad reportandum confessiones. Vers 1285.

Cum dies esset assignata Remis coram nobis per notulam, feria secunda post Nativitatem B. Marie Virginis, B. contra procuratorem, etc., ad dicendum veritatem sub prestando juramento, ponendum, respondendum et concludendum positis hinc inde, et ad procedendum ulterius, prout justum esset, dies est assignata dictis partibus ad

Digitized by Google

feriam terciam post festum B. Remigii in vindemiis, ad reportandum confessiones, posiciones, responsiones dictarum parcium sub juramentis prestandis, et testium deposiciones quos partes producere voluerint, si partes in suis confessionibus, posicionibus et responcionibus fuerunt discordes, interim audiendos ab Yvone clerico tabellione curie remensis, et ad procedendum ulterius prout justum fuerit. *Tales* fuerunt procuratores parcium. Datum, etc.

Vers 1285. ## CCCXIV. Commissio facta tabellioni de latere curie.

Magistri Ruffinus de Fistelo canonicus, et Jacobus de Bolio officiales remenses, Yvoni clerico curie remensis tabellioni, salutem in Domino. Auctoritate curie remensis, tibi precipiendo mandamus quatenus vocatis coram te qui propter hoc fuerunt evocandi, videlicet Baudeto de Actrebato ex una parte, et procuratore reverendi patris ambianensis episcopi ex altera, juramenta, confessiones, posiciones, et responsiones dictarum parcium, sub juramentis prius prestandis, et testes quos pars dicti B. coram te producere voluerit, si partes in suis posicionibus, confessionibus, et responsionibus fuerint discordes, prius juratos, audias diligenter, examines eosdem prout in actis et notulis parcium videbis contineri, parte tamen adversa ad videndum dictos testes jurare, si videre voluerit, primitus evocata, ut in testes et dicta testium dicendi coram nobis liberam habeat facultatem. Quorum testium confessiones, cum confessionibus, posicionibus, et responsionibus, et juramentis parcium predictarum, coram nobis Remis ad feriam terciam post festum B. Remigii in vindemiis, sub sigillo tuo remittas interclusas, et quid inde feceris nobis rescribas. Datum. [Tibi?] autem tenore presencium damus in mandatis, ut dictos testes ad perhibendum testimonium veritati, si necesse fuerit, censura qua convenit compellas.

Vers 1285. ## CCCXV. Rescriptio tabellionis commissarii.

Viris venerabilibus et discretis dominis suis officialibus remensibus, Yvo tabellio curie remensis clericus, obedienciam in mandatis, cum omni reverencia et honore. Notum facio dominacioni vestre, quod ego ad mandatum vestrum, cui mea presens rescripcio est infixa,

vocatis coram me B. ex una parte, et procuratore domini ambianensis episcopi ex altera, juramenta, posiciones, responsiones que et quas dicti B. et procurator dicti domini episcopi, coram me facere voluerunt, in causa appellacionis que coram vobis vertitur, jus, preces, partes [*sic*, sub juramentis prestitis?] recepi, et audivi diligenter; et quia dictos B. et procuratorem in suis posicionibus et responsionibus discordes inveni, testes quos coram me producere voluit pars dicti B. contra procuratorem dicti domini episcopi, prius juratos in presencia dicti procuratoris domini episcopi, et quosdam in ejus absencia, de consensu et voluntate ejusdem, ipsoque procuratore domini episcopi ad videndum dictos testes jurare quod prius, prout decuit, evocato, audivi et examinavi diligenter, juxta traditam michi formam, et secundum quod in actis et notulis parcium vidi contineri. Quorum testium deposiciones cum juramentis, posicionibus, et responsionibus predictis, vobis Remis ad feriam terciam post festum B. Remigii in capite octobris, sub sigillo meo, remitto fideliter interclusas. Datum, etc.

CCCXVI. Prefacio ad posiciones positionarii. Vers 1285.

Prestito calumpnie sacramento, anno Domini....., *tali* die, in causa appellacionis que vertitur in curia remensi inter procuratorem domini ambianensis episcopi ex una parte, et B. ex altera, videlicet a dicto procuratore domini episcopi, et a procuratore dicti B., ad fundandum et juvandum intencionem suam, ponit pars dicti B. contra procuratorem dicti domini episcopi, quod idem procurator dicti domini episcopi fecit dictum B., etc.

CCCXVII. Prefacio tabellionis ad testes. Vers 1285.

Testes producti in causa predicta ex parte dicti B. contra procuratorem dicti domini episcopi, jurati in presencia predicti procuratoris *tali* die, et examinati, prout in eorumdem testium deposicionibus videbitis contineri. *Tunc ponantur dicta testium.*

[CCCXVIII]. Notula ad dandum [*sic*, dicendum?] in testes. Vers 1285.

Talis dies est assignata procuratori reverendi patris domini ambianensis episcopi contra B., ad dicendum in testes et dicta testium ex parte

Digitized by Google

dicti Baudeti contra dictum procuratorem productorum, super quibusdam factis ex parte dicti B. contra dictum procuratorem in curia remensi propositis, et ad procedendum ut jus erit. *Tales* fuerunt procuratores parcium. Datum *tali* die.

Vers 1285. CCCXIX. Factum directe contrarium predicto facto, propositum ab appellato in causa inmediate dicta.

Die assignata procuratori domini episcopi ambianensis contra B., ad dicendum in testes et dicta testium ex parte dicti B. ad probandum quoddam factum disputando propositum productorum, prout in actis et notulis parcium continetur; proponit et dicit pars dicti episcopi contra partem adversarii, quod licet idem B. multa proposuerit in facto predicto, tamen ea competenter nullo modo probavit, prout ex tenore facti et deposicionibus testium predictorum apparet; et ad sui defensionem, et ad elidendum et perimendum intencionem et excepcionem dicti B., in qua proponit sentenciam a qua se asserit appellasse latam fuisse invito et renitente procuratore dicti B., et die ad diffiniendum minime assignata, videlicet sabbato ante Ramos Palmarum ultimo preterito, peremptorie proponit et dicit pars dicti episcopi, quod feria quinta ante dictum sabbatum, inmediate dies fuit assignata dictis partibus in curia ambianensi ad diffiniendum in causa predicta, prout ex actis reportatis apparet; dicens insuper, quod consuetudo viget et viguit a retroactis temporibus in curia ambianensi, communiter approbata, et pro jure servata, quod si certa dies fuerit ad audiendum jus, vel judicium, seu sentenciam diffinitivam, partibus assignata, et dicta die partes non fuerint expedite, nec alia dies partibus assignata, in crastino dicte diei, si dies non fuerit feriata, et eciam tercia, vel quarta, non feriatis, officialis ambianensis habens paratam sentenciam, seu volens eam proferre dictis partibus personaliter vel per procuratores in dicta curia existentibus, potest partes vel procuratores earum in curia existentes, coram se ad audiendum judicium, seu sentenciam, evocare, et tenentur venire, et eisdem partibus sic, ut dictum est, evocatis, sive partes consenciant, sive altera pars consensiat et altera contradicat, potest ferre sentenciam, et tenet,

Digitized by Google

non obstante contradiccione vel absencia istius partis. Immo pars contradicens, nec volens procedere, contumax reputatur de die ad diffiniendum partibus assignata, et de die qua sentencia est prolata secundum consuetudinem antedictam; et secundum dictam consuetudinem illa secunda vel tercia dies intelligitur eadem dies esse cum prima que fuit ad diffiniendum partibus assignata, et dicta consuetudo interpretatur [contumacem?] diem [*sic*, die?] qua lata fuit sentencia esse et fuisse contumacem ex prima. Et hiis probatis, dicit predictam excepcionem ex parte B. propositam non valere, et ea non obstare debere sentenciam de qua agitur inter duas partes confirmari; quod petit sibi fieri ipsius episcopi procurator, offerens se premissa in facto consistencia, vel quod sufficiat, legitime probaturum; petens ad probandum admitti, si negentur a parte adversa. Ad que respondet Egidius de S. Paulo, clericus, procurator dicti B. ut prius, quod premissa, prout sunt proposita, et ad finem ad quem sunt proposita, non valent nec sunt admittenda. Et *talis* dies est assignata dictis partibus ad interloquendum super premissis, et ad procedendum in causa principali ulterius, prout justum fuerit, salvis racionibus utriusque partis. *Talis* fuit procurator dicti episcopi, ut prius. Actum de consilio *Talium*. Datum *tali* die.

CCCXX. Factum est [*sic*, ex?] eadem causa ab appellante replicando propositum. Vers 1285.

Die assignata procuratori domini ambianensis episcopi contra B. ad interloquendum super quodam facto peremptorio proposito ex parte dicti episcopi contra ipsum B., prout in notula exinde confecta continetur, que sic incipit:.... et sic finit:.... non recedendo a prosequcione facti predicti, sed ei firmiter inherendo, proponit pars episcopi contra dictum B. et ejus intencionem, quod dictus B. in suo facto falsum asserit in eo quod dicit, quod dies non erat nec fuerat assignata partibus die qua lata fuit dicta sentencia. Hoc enim falsum est, prout ex actis apparet, nam in ipsis actis ad curiam remensem reportatis, inter cetera continetur expresse, quod dies fuit assignata partibus ad diffiniendum feria quinta ante Ramos Palmarum, et quod lata fuit eadem sentencia sabbato immediate sequenti; dicens procurator pre-

Digitized by Google

dictus contra partem adversam, quod consuetudo notoria et usus vigent et vigebant tempore late sentencie, et ante diu viguerant in curia ambianensi, quod si certa dies fuerit assignata partibus ad diffiniendum in aliqua causa, et partes illa die vel crastina, seu alia die sequenti, presentes fuerint in eadem curia, vel procuratores earum, officialis, vocatis coram se et comparentibus dictis partibus, vel procuratoribus earum, potest jus seu sentenciam secundum dictam consuetudinem proferre; et tenentur partes ipsam sentenciam audire, secundum consuetudinem antedictam;..... et tenet dicta sentencia sic lata, et habet roboris firmitatem secundum dictam consuetudinem curie memorate; offerens se premissa in facto consistencia, vel quod sufficiat ex eisdem, cum aliis legitime probaturum; petens se ad probandum admitti. Ad que respondet Egidius de S. Paulo, clericus, procurator dicti B. ut prius, quod premissa, prout sunt proposita, non valent, nec sunt admittenda. Et *talis* dies est assignata dictis partibus ad interloquendum super hinc et inde propositis, et responsis, salvis racionibus utriusque partis, et ad procedendum ulterius, prout justum fuerit. *Talis* fuit procurator dicti episcopi, ut prius. Actum de consilio [etc.]. Datum, etc.

Vers 1265. ## CCCXXI. Litem (*sic*) contestacio facta ad factum predictum.

Cum dies esset assignata ad feriam secundam post festum B. Michaelis Hyemalis, procuratori domini ambianensis episcopi contra B., ad interloquendum super factis ex parte dicti procuratoris contra dictum B. in curia remensi propositis, prout in notula diei continetur; ad dicta facta respondet *talis* procurator dicti B. per litteras curie ambianensis, quod dicta facta prout sunt proposita, et narrata, et ad finem ad quem sunt proposita, et narrata, non valent, nec sunt admittenda; et ex habundanti negat dicta facta, prout sunt proposita, et narrata, et ad finem ad quem sunt proposita, et narrata, esse vera; et in crastino Circonsicionis Domini est dies assignata dictis partibus ad jurandum super dictis factis, et ad procedendum ulterius, ut justum fuerit. *Talis* fuit procurator dicti domini episcopi, ut prius. Datum *tali* die.

CCCXXII. Notula ad reportandum super facto.

Vers 1285.

Cum dies esset assignata ad feriam secundam post Conversionem S. Pauli procuratori ambianensis episcopi contra B. ad jurandum, ponendum, respondendum posicionibus, et concludendum hinc et inde, super factis ex parte dicti procuratoris in curia remensi propositis, prout in notula diei continetur, dies est assignata ipsi procuratori contra ipsum B., ad feriam sextam post *Invocavit me*, ad reportandum juramenta, posiciones, et responsiones, et testium deposiciones, quos et quas dicte partes facere et producere voluerunt super factis predictis, interim audiendos et examinandos a domino Johanne de Ambianis presbitero cive remensi tabellione..... et ad procedendum ulterius prout justum fuerit, etc.

[CCCXXIII. Notula ad audiendum jus?].

Vers 1285.

Cum dies esset assignata per notulam in crastino *Letare Jherusalem* Baudeto contra procuratorem domini ambianensis episcopi ad dicendum in testes, et dicta testium ex parte dicti procuratoris contra dominum B. productorum super quibusdam factis ex parte dicti procuratoris contra dictum B. in curia remensi propositis, et ad procedendum ulterius, ut jus esset, prout in notula diei continetur, dies est assignata dictis partibus ad feriam secundam post *Quasimodo* ad audiendum jus, sive judicium, seu sentenciam diffinitivam, super causa que vertitur in curia remensi inter dictas partes. *Tales* fuerunt procuratores parcium. Datum.

CCCXXIV. Citacio cum litteris ad videndum cessionem.

Magistri, etc., auctoritate curie remensis vobis mandamus quatenus peremptorie citetis, vel citari faciatis, Remis, coram nobis, ad *talem* diem Rolandum contra Mariam, cum omnibus suis actis, litteris, et instrumentis, a curia remensi ex parte dicti R. contra dictam M. impetratis, per que, et virtute quorum, fecit et procuravit ipsam Mariam moneri, excommunicari, et aggravari auctoritate curie remensis, eadem acta, instrumenta, et litteras, in judicio coram nobis exhibiturus, ac visurus et recepturus solempnem omnium bonorum

Digitized by Google

suorum cessionem quam intendit facere coram nobis ad opus dicti R., tam pro judicato, si quod sit, quam aliis rebus quibuscumque pro quibus est excommunicata et aggravata; et ad quam cessionem petit se a nobis admitti, et offert se paratam facere cum omnibus sollempnitatibus que in talibus solent et consueverunt adhiberi; necnon et visurus beneficium sue absolucionis quam petit sibi a nobis humiliter impendi, et intendit impetrare in forma ecclesie, mediante dicta cessione facienda; intimantes eidem R., quod sive dicta die venerit, sive non, nos nichilominus super premissis, et aliis premissa tangentibus, procedemus, prout de jure fuerit faciendum. Et quid inde feceritis nobis rescribatis, ita quod in hiis exequendis alter alterum non expectet. Officiali vero suessionensi, tenore presencium, damus in mandato, ut dictos exequutores ad exequenda premissa censura qua convenit, si opus fuerit, compellat. Datum.

CCCXXV. Littera facta super acceptacione compoti exequtus (*sic*).

Universis, etc., noverint universi, quod in dicta curia coram nobis propter hoc personaliter constitutus *Talis,* exequutor testamenti *Talis* defuncti, de bonis ad execucionem dicti testamenti pertinentibus receptis per ipsum, et de misiis et expensis factis et solutis usque in diem confectionis presencium litterarum computavit in modum qui sequitur, juramento prius, ut decuit, ab ipso prestito, quod in premissis fideliter se haberet. Primo siquidem asseruit se recepisse a *Tali : Tantum,* etc. Summa omnium premissorum : *Tantum.* Item asseruit se expendisse et solvisse in negociis, et pro negociis dicte execucionis, in hoc : *Tantum,* etc. Summa omnium solucionum et expensarum predictarum : *Tantum.* De quibus omnibus et singulis solutis et expensis fidem fecit tam per litteras, quam aliter, legitime coram nobis, protestans ad conservacionem sui juramenti, et juris dicte exequcionis, et sui, quod si aliqua de quibus non recolat omisit computare, alio loco et tempore nominabit, et fideliter computabit. Et nos officialis predictus, attendentes et considerantes omnia et singula supradicta facta fuisse et esse bona fide, dictum compotum acceptamus, auctoritate ordinaria approbantes eumdem.

CCCXXVI. [Apellacio a gravamine?]

Dicit et proponit in jure coram vobis, domini officiales remenses, Matheus dictus Germanus contra dominam Ysabellam, uxorem domini Mathei de Baisnel militis, quod cum causa verteretur coram officiali ambianensi, non ex delegacione apostolica, inter ipsum Matheum ex una parte, et dictam dominam Ysabellam ex altera, prout in actis super hoc confectis continetur, et in tantum fuisset inter ipsas partes processum coram dicto officiali, quod ex parte dicti Mathei contra dictam dominam extitit competenter propositum coram officiali predicto, quod ad taxacionem quarumdam expensarum quas petebat sibi taxari contra dictum Matheum, non erat aliquatenus procedendum, nec dicta domina in hiis erat audienda, pro eo quod dicta domina non habebat personam standi in judicio, utpote excommunicata excommunicacione majori, auctoritate curie ambianensis judicis competentis ejusdem, licet eamdem exceptionem a parte adversa negatam pars dicti Mathei computenter (*sic*) probasset, nichilominus idem officialis et injuste, et contra jus et justiciam, pronunciavit dictam excepcionem non esse probatam, et ea non obstante esse ad taxacionem dictarum expensarum procedendum, licet contrarium pronunciasse debuisset, cum dicta excommunicacionis sentencia competenter et legitime probata fuisset; et gravamen gravamini accumulans, ipsum Matheum contumacem, cum non esset, de dicta die, indebite et contra justiciam reputavit; propter que omnia, et singula, pars dicti Mathei ad remensem curiam competenter et legitime contra dictam dominam appellavit. Quare petit dictam appellacionem suam pronunciari canonicam, et admitti, et quicquid contra ipsum ex ea, vel ob eam, sequutum est, denunciari penitus non tenere, nec ab inicio tenuisse; et hoc dicit et petit, salvo sibi jure beneficii in omnibus, etc.

CCCXXVII. Littera suffraganei ut mandato (*sic*) curie remensis exequcioni demandentur.

Officialis ambianensis, magistro B. de Fluy curato de Revella, salutem in Domino. Ad mandatum curie remensis mandamus vobis, quatenus mandatum dicte curie remensis hiis presentibus annexum, prout

in eodem videbitis contineri, in omnibus et per omnia diligenter et debite exequucioni demandetis, et quid inde factum fuerit dicte curie remensi rescribatis, etc. Datum, etc.

Vers 1285. CCCXXVIII. Littera citationis contra officialem suffraganei qui, post et contra appellacionem, appellantem cepit et carceri mancipavit.

Magistri, etc., ex parte B. de Actrebato civis ambianensis, nobis est graviter conquerendo monstratum, quod cum idem B. ab audiencia viri discreti officialis ambianensis, contra eumdem officialem, ex certis causis et gravaminibus sufficientibus ab eodem officiali ipsi B. illatis, ut dicitur, appellasset ad remensem curiam, et dum esset in prosequucione appellacionis sue, idem officialis indebite, et injuste, et contra jus et justiciam, eumdem B. post dictam appellacionem, et occasione appellacionis predicte, cepit seu capi fecit, et eumdem prisonie mancipatum detineri, in prejudicium jurisdiccionis curie remensis, et dicti B. dampnum non modicum et gravamen; propter que pars dicti B. ad nos, tanquam ad superiores, habens recursum, nobis humiliter supplicavit ut super hiis remedium apponere, et eidem in hac parte subvenire, curaremus. Et nos ipsius supplicacionibus inclinati, attendentes tamen [*sic*, quod?] si premissa veritate nitantur, non est dubium quin premissa facta et actemptata fuerint et sint in prejudicium jurisdiccionis curie remensis, et dicti B. dampnum, injuriam et gravamen; inde est quod vobis, auctoritate curie remensis, mandamus quatenus ad dictum officialem personaliter accedentes, eumdem diligenter cum reverencia debita moneatis, ut dictum B. a dicta prisonia deliberet, et faciat, et procuret deliberari, et liberum abire permittat, sine custu et dampno ejusdem, cum idem B. intendat et velit, suaque intersit, tractui cause sue appellacionis personaliter interesse, alioquin omittere non poterimus quin contra ipsum officialem procedamus prout de jure extiterit procedendum, nisi idem officialis contra hoc causam efficacem allegare voluerit quare ad premissa facienda minime teneatur; quam si allegare voluerit, citetis ipsum officialem peremptorie Remis coram nobis ad diem peremptoriam et competentem, ad voluntatem latoris presencium, dum tamen dies citacionis predicte in se contineat ad

minus spacium XII dierum, contra ipsum B. super premissis, et aliis, prout justum fuerit, processurum, cum int[imacione?] quod sive dicta die venerit, sive non, nos nichilominus dicta die super premissis et premissa tangentibus, et aliis, prout justum fuerit, procedemus; inhibentes nichilominus eidem officiali, et aliis de quibus fueritis requisiti, ne occasione premissorum, lite et causa appellacionis predicte coram nobis inter ipsas partes pendentibus, aliquid quod sit in prejudicium jurisdictionis curie remensis, et dicti conquerentis dampnum et gravamen, actemptent, innovent, vel immutent; et quid inde feceritis nobis rescribatis. Istud autem mandatum vobis committimus exequendum, cum id nobis facere liceat in hoc casu. Datum anno Domini, etc.

CCCXXIX. Rescriptio monicionis *nisi causam.*

Vers 1285.

Viris venerabilibus et discretis, etc. Noveritis quod ego ad mandatum vestrum, presentibus hiis annexum, prout in eodem vidi contineri, ad venerabilem virum dominum officialem ambianensem personaliter accessi, et mandatum vestrum eidem officiali exposui, adimplevi, et copiam dicti mandati vestri eidem sub sigillo meo feci, et tradidi. Qui officialis respondit michi [(] tunc ponas responsionem officialis, et postmodum si causam alleget officialis, ponas [)]. Quibus auditis, ego predictum officialem ambianensem citavi Remis coram vobis, ad *talem* diem, prout in mandato vestro continetur. Et quid super hoc sit agendum, etc. Datum.

CCCXXX. Quid fiet contra appellantem appellacionem non prosequentem.

Si una pars, scilicet appellans, non prosequatur causam appellacionis sue antequam condempnetur in expensis, et revocetur inhibicio, debet citari primo, secundo, tercio; unde primo dantur littere contra ipsum in audiencia, et secundo, super quas infra videbis; tercio accipitur simplex expectatorium contra ipsum, et tunc condempnatur in expensis, et revocatur inhibicio, si qua sit facta; et postmodum citatur visurus taxacionem expensarum, etc. Totus iste processus statim sequitur.

Digitized by Google

Vers 1285. CCCXXXI. Citacio ad taxandum expensas et procedendum in causa appellacionis.

Magistri Ruffinus, etc., omnibus presbiteris in civitate et dyocesi tornacensibus constitutis ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino. Auctoritate curie remensis vobis mandamus, quatenus peremptorie citetis, vel citari faciatis, Remis, coram nobis, ad feriam secundam post festum B. Petri ad Vincula, Margaretam uxorem Nicholai Alebrones, Copinum, etc. [(]nominentur omnes[)] contra Jacobum de Zande, in causis appellacionum motis inter ipsas partes, tam conjunctim, quam divisim, in curia remensi, secundum ante acta processuros, et visuros taxacionem omnium expensarum de quibus ad diem liquebit per acta, cum int[imacione?] quod sive dicta die venerint, sive non, nos nichilominus dicta die super premissis et aliis, prout justum fuerit, procedemus. Et quid inde feceritis nobis rescribatis, ita quod ad hec exequenda unus vestrum alium vel alios non expectet. Officiali vero tornacensi damus in mandatis ut dictos exequntores ad premissa exequenda, si opus fuerit, censura qua convenit compellat. Datum.

Vers 1285. CCCXXXII. [Littera dicta *Placet*, a suffraganeo data, ut mandata curie remensis exequucioni demandentur?]

Officialis tornacensis, omnibus presbiteris in civitate et dyocesi tornacensibus constitutis, salutem. Placet nobis quod vos mandatum curie remensis hiis appensum, secundum tenorem ejusdem, exequucioni debite demandetis; [et?] quid inde feceritis officialibus dicte curie rescribatis. Datum.

Vers 1285. CCCXXXIII. Rescriptio executoris.

Viris venerabilibus et discretis officialibus remensibus, etc. [(]Et rescribat presbiter qualiter adimplevit mandatum, et si sint aliqui mortui, vel banniti, vel qui non possint inveniri, hoc rescribat[)]. Datum.

Vers 1285. CCCXXXIV. Littera ad videndum revocacionem inhibitionis.

Magistri Ruphinus, etc. Cum Jacobus de Zende (*sic*) in causis appellacionum que coram nobis vertuntur in curia remensi conjunctim, vel

Digitized by Google

divisim, inter ipsum Jacobum ex parte una, [et] Margaretam uxorem Nicholai Alebrones, Copinum, et ceteros, ex altera, per procuratorem suum, quantum debuit, expectavit, nemine contrà ipsum comparente ad feriam secundam post festum B. Petri ad Vincula, auctoritate domini remensis vobis mandamus quatenus citetis Remis coram nobis ad crastinum B. Bartholomei apostoli dictos superius nominatos contra dictum Jacobum processuros in dictis causis appellacionum, ac visuros taxacionem expensarum dicte diei, et aliorum, necnon visuros revocacionem inhibicionis, si quam propter hoc fieri mandavimus, cum intimacione consueta; et quid inde feceritis nobis rescribatis. In hiis autem exequendis alter alium non expectet. Officiali vero tornacensi damus in mandatis, etc. Datum, etc. [(]Ponatur postmodum littera que dicitur : *Placet*, et rescripcio, ut supra.[)]

CCCXXXV. Littera expectatoria. Vers 1285.

Magistri Ruffinus, etc. Cum Jacobus de Zande in causa appellacionum que vertitur coram nobis conjunctim, vel divisim, inter ipsum Jacobum ex parte una, [et] Margaretam uxorem Nicholai, [(]et ceteros nominantur omnes[)] ex altera, in crastino B. Bartholomei apostoli, quantum debuit per procuratorem suum expectavit Remis, coram nobis, nemine pro ipsis contra dictum J. comparante (*sic*), auctoritate domini remensis vobis mandamus, quatenus ipsos prenominatos citetis peremptorie Remis, coram nobis, contra dictum Jacobum ad feriam secundam post Exaltacionem sancte Crucis visuros taxacionem expensarum dicte diei, et aliorum, ac revocacionem inhibicionis, si quam propter hoc fieri mandavimus, necnon in dicta causa appellacionis, prout justum fuerit processuros, et ad confirmandum vel infirmandum sentenciam super dicta causa, si commode fieri possit, cum intimacione, etc. [(]Ut supra, et postmodum pone litteram que dicitur : *Placet*, et rescripcionem, ut supra.[)]

CCCXXXVI. [Littera data appellato, appellante non comparente post terciam citacionem?] Vers 1285.

Noverint universi, quod Jacobus de Zande, feria secunda post Exaltacionem sancte Crucis, contra Margaretam uxorem Nicholai Stru-

Digitized by Google

dani (?), et alios in actis parcium nominatos, quantum debuit in causa appellacionis expectavit, nemine contra ipsum J. comparente. Datum.

Vers 1285. CCCXXXVII. Littera super revocatione inhibitionis et condempnatione expensis.

Universis presentes litteras inspecturis, magistri Ruffinus de Fisteclo, canonicus, et Jacobus de Bolio, officiales remenses, salutem in Domino. Cum Jacobus de Zande, Margaretam uxorem Nicholai, Copinum, Nicholaum, [(]et ceteros omnes nominate[)] peremptorie citari fecerit Remis, coram nobis, primo, secundo, tercio, et demum ad feriam secundam post Exaltacionem sancte Crucis, processuros in causis appellationum interjectarum ad curiam remensem ex parte ipsorum contra dictum Jacobum de Zande, prout justum esset, et visuros revocationem inhibitionis, si quam ad instanciam ipsorum contra ipsum Jacobum fieri mandaveramus, et taxationem expensarum de quibus ad diem liqueret, et hoc cum intimacione consueta et debita eisdem facta in forma communi, et dictis diebus, dictus Jacobus, quantum debuit, per procuratorem suum expectavit, nemine contra ipsum comparente, dictus procurator dicti Jacobi peciit a nobis instanter inhibitionem predictam revocari, et contra ipsos procedi, ut jus erat. Quare nos, visis et cognitis dictorum Margarete et ejus consortum contumaciis, inhibitionem, si quam ad instanciam dictorum Margarete, Copini, et eorum consortum, fieri mandavimus, cuicumque facta fuerit, exigente justicia, revocamus; dictos consortes dicto Jacobo in expensis contumaciarum legitimis condempnantes. In cujus rei, etc.

CCCXXXVIII. Petitio in causa attemptati.

Coram vobis dominis officialibus remensibus, dicit et proponit in jure per modum actemptati, Willelmus de Villari contra Jacobum de Salice, quod cum idem Willelmus ab audiencia officialis cameracensis a quadam sentencia diffinitive lata ab officiali predicto pro dicto Jacobo contra dictum Willelmum ad remensem curiam competenter, tanquam ab iniqua, appellasset, ac inhiberi fecisset eidem Jacobo, auctoritate curie remensis ne, die, lite, citatione, et causa appellationis coram vobis inter ipsas partes pendentibus, aliquid quod esset in prejudicium

juridictionis curie remensis, et dicti Willelmi gravamen, attemptarent, innovarent, vel immutarent, nichilominus idem Jacobus post dictam appellationem et inhibitionem sibi factam auctoritate curie remensis, dictaque appellatione pendente, et eciam occasione litis et cause et appellationis predicte, fecit et procuravit quandam peccunie quantitatem, in qua sigillifer curie cameracensis eidem Willelmo tenebatur obligatus, saisiri et arrestari, et arrestatam detineri, et eumdem auctoritate officialis cameracensis moneri, et eciam excommunicari, excommunicatumque nunciari, minus juste, et sine causa rationabili, in prejudicium curie remensis juridictionis, et dicti Willelmi dampnum et gravamen; unde, cum lite pendente inter partes nichil debeat innovari, attemptari, seu eciam immutari, petit idem Willelmus ipsum Jacobum ad hoc sibi sentencialiter condempnari, et condempnatum compelli, ut predicta attemptata revocati (*sic*) et revocari faciat et procuret, et ad statum pristinum reducat, et reponat, seu faciat et procuret reduci et reponi in eo statu videlicet in quo erant et fuerant tempore appellationis predicte ad remensem curiam interjecte, sine custu et dampno dicti Willelmi; et premissa petit et supplicat sibi fieri, prout justum fuerit, et super hiis per vos quod justum fuerit statui et decerni; et hoc dicit et petit, etc.

CCCXXXIX. Littera facta super publicatione actestacionum testium ad perpetuam rei memoriam.

Universis, etc. Proponente coram nobis Sibillona uxor[e] magistri Egidii dicti As Maloz, quod ipsa in maritagium cum dicto Egidio ejus marito, apportavit secum quinquagenta libras turonenses, et eas tradidit marito ejus predicto coram bonis et fidedignis, necnon robas, culcitras, linteamina, mapas, et alia utensilia in valore quadraginta librarum parisiensium, ac supplicante nobis humiliter, ut cum sibi timeret dicta mulier ut propter labilem hominum memoriam, et propter casus fortuitos, jus probationis processu temporis deperiret, probationes et testes ad premissa probanda admictere curaremus, ut secundum probaciones ad perpetuam rei memoriam instrumentum publicum facere curaremus; et premissa, ad supplicationem ipsius mulieris in plenis ecclesiis parochiarum remensium, palam, publice, ac sollempniter, fuerunt exposita et denunciata, ac citati fuerunt ad

curiam remensem peremptorie coram nobis ad certam diem, ad mandatum nostrum, omnes illi qui se vellent opponere, et sua crederent interesse, visuri testes jurare, ut si sua crederent interesse facilitatem haberent dicendi in testes et dicta testium producendorum; et nemo comparens coram nobis se opposuerit in premissis, dicta muliere coram nobis comparente personaliter, ac supplicante ut testes ipsius reciperemus, recipi, jurare, audiri, et examinari faceremus, et quod justum esset super premissis statueremus, nos testibus ex parte ipsius mulieris receptis, juratis, auditis, et diligenter examinatis, eorum depositionibus in scriptum redactis, publicatis, dicta muliere jus sibi fieri instanter a nobis petente, visis et diligenter inspectis attestationibus ipsorum testium quibus presentes littere sunt annexe, communicato jurisperitorum consilio, pronunciamus et decernimus actestaciones ipsas vim habere publici instrumenti. In cujus rei, etc.

Vers 1285. CCCXL. Supplicatio pro expensis monachis ministrandis a suo abbate, in causa contra abbatem suum.

Supplicant vobis dominis officialibus remensibus domini G. et S. monachi professi in monasterio lobiensi, cameracensis diocesis, ordinis S. Benedicti, contra dominum Th. qui se gerit pro abbate dicti monasterii, quod cum dicti monachi non habeant proprium, nec a^ca [*sic*, aliqua?] bona unde possint causam appellacionis motam coram vobis in curia remensi, per citacionem, et libelli oblationem, prosequi vestrum officium implorando, quod vos decernatis eisdem monachis expensas necessarias de bonis dicti monasterii, et decretas administrari faciatis eisdem, ad prosecutionem cause predicte et eamdem tangencium, cum aliter eamdem causam et eamdem tangencia prosequi non possint, et ipsi monachi agant pro utilitate monasterii sui, ut in libello formato in dicta appellationis causa expresse continetur. Et ista supplicatio fuit tradita Th. ad penam interesse. Datum tali.....

CCCXLI. Littere dimissorie ad ordines.

Reverendo in Christo patri ac domino suo karissimo P. Dei gracia remensi archiepiscopo, Johannes de Bumigniaco [1] (*sic*) cameracensis

[1] Si ce Jean de Rumigny n'est pas le même que le *Gallia christiana* indique comme ayant été prévôt du chapitre de Cambray, de 1265 à 1273, à coup sûr il a été le contemporain de son homonyme.

archidiaconus, salutem et quicquid patri ac domino. Attendentes laudabile testimonium super vita et moribus Johannis de Altaribus clerici vestre diocesis remensis cupientis in sacris, ut asserit, Deo dante, famulari, nosque volentes eumdem J. in suo laudabili voto favore benigno prosequi, [eum?] vobis presentamus, paternitati vestre reverende supplicando, quantum possumus affectuosius, quatenus pietatis intuitu ad nostrum titulum, cum vos sacros ordines celebrare contingerit, ad subdiaconatus, diaconatus, et presbiteratus ordines gradatim dignemini promovere. Datum, etc.

CCCXLII. Littere facte super ordinibus collatis.

Universis presentes litteras inspecturis, P. miseratione divina remensis archiepiscopus, in Domino salutem. Notum facimus, quod nos anno Domini...., *tali* die, Johannem de Altaribus ad titulum discreti viri magistri J. de Bumigniaco cameracensis archidiaconi, et ad presentacionem ejusdem archidiaconi, ad ordines subdiaconatus duximus promovendum. Datum, etc.

CCCXLIII. Pro sacris ordinibus.

Reverendo in Christo patri ac domino P., Dei gracia remensi archiepiscopo, et aliis omnibus eadem gracia episcopis suffraganeis remensis provincie ad quos presentes littere pervenerint, Johannes de Bumigniaco cameracensis archidiaconus, cum reverencia et honore salutem et quicquid domino atque patri.

Vobis domino remensi predicto grates referimus super eo quod vos dilectum nostrum Johannem de Altaribus clericum nostre diocesis exhibitorem presentium ad ordinem subdiaconatus ad nostrum titulum promovistis; vobis adhuc, et aliis venerabilibus episcopis dicte remensis provincie, eumdem Johannem presentamus, paternitatibus vestris supplicando quantum possumus, quatenus ipsum Johannem subdiaconum, pietatis intuitu, ad nostrum predictum titulum, cum ad vos accesserit, et vos vel aliquem vestrum, ad quos vel ad quem venerit, sacros contingerit ordines celebrare, ad dyaconatus et presbiteratus ordines gradatim promovere dignemini et velitis. Datum, etc.

CCCXLIV. Littere obligatorie de providendo.

Universis presentes litteras inspecturis, Johannes de Bumigniaco cameracensis archidiaconus in Domino salutem. Notum facimus tenore presencium universis, quod cum ad instanciam nostram, et ad titulum nostrum, dilectus noster Johannes de Altaribus, clericus, in subdiaconatus et diaconatus ordines sit promotus, sibi, quam cito ad hoc se facultas obtulerit, de beneficio ecclesiastico competenti cum cura, vel sine cura, quod ipse duxerit acceptandum, ad nostram collationem spectante, promittimus providere; et licet sibi ex premissis ad hoc [non?] teneamur de jure, attamen nos et successores nostros, in quantum possumus, sibi propter hoc specialiter obligamus, etc.

CCCXLV. Commissio de inquirendo super certis delictis.

Talis officialis, *Tali* tabellioni salutem in Domino. Cum, fama referente, ad nos devenerit quod dominus P. presbiter curatus *Talis* loci, in sua parrochiali ecclesia continuam residenciam personalem non faciat, nec fecerit a Paschate [*sic*, et?] citra, prout decet; item quod idem curatus in mandatis ecclesie ac curie domini remensis ecclesie archidiaconi negligens sit, et remissus; item quod cum excommunicatis majori excommunicatione participat, et participare consueverit, ipsos in suis maliciis et excommunicationibus sustinendo et fovendo, et super premissis fama laboret; tibi, auctoritate presencium, damus in mandatis quatenus apud dictum locum personaliter accedens, super premissis, et quolibet premissorum, tam super fama, quam super articulis, inquiras diligenter veritatem, vocatis coram te qui propter hoc fuerint evocandi, et eam inquisitam [*sic*, inquestam?] nobis sub sigillo tuo interclusam remittas; testes autem qui super hiis producti fuerint, censura qua convenit compellas veritati testimonium perhibere, citans dictas personas nichilominus contra procuratorem dicte curie remensis coram nobis ad diem seu dies competentes visuras publicationem inqueste, et dicturas in testes et dicta testium si quid voluerint dicere, et ulterius processuras prout fuerit procedendum, cum intimatione consueta. Quatenus vero ad hoc, et eadem tangentia, tibi committimus vices nostras; et quid inde feceris, etc. Datum.

Digitized by Google

CCCXLVI. Littera de denegatione quarte dilationis propter deffectum juramenti.

Universis, etc. Cum in causa appellationis que vertitur coram nobis in curia remensi inter Johannem ex una parte, et Matildim ex altera, dies esset assignata feria quarta dicto Johanni contra partem adversam ad probandum tercio intencionem dicti Johannis in curia remensi, et ad procedendum ulterius, prout justum esset; et dicta dies continuata fuisset de die in diem secundum consuetudinem curie remensis usque ad diem Martis sequentem, ipsa die Martis dicto Johanne per Friminum, et parte adversa per Adamum clericum, in jure coram nobis comparentibus; procurator dicti Johannis predictus peciit a nobis quartam dilationem dicto Johanni a nobis dari, et concedi, ad probandum intencionem suam, cum paratus esset juris sollepnitatem facere; et interrogatus a nobis dictus procurator dicti Johannis, si posse suum fecerat de producendis testibus, et si contumaces erant, et si processerat contra tanquam contumaces, et si paratus erat jurare quod maliciose dictam quartam dilacionem non petebat, nec animo differendi negocii; respondit quod non, nec hoc juramentum prestaret; quare nos dictam quartam dilacionem ei non duximus concedendam, nec concessimus. In cujus rei, etc. Datum.

CCCXLVII. Littera facta super concessione dilationis quinque mensium propter absenciam testium.

Quodam facto compromissi proposito in curia remensi ex parte Johannis, in causa appellacionis que vertitur in dicta curia inter ipsum Johannem ex una parte, et Matildim ex altera, et negato a parte adversa; quibusdam dilacionibus habitis ad probandum dictum factum, cum quidam eorum [testium?] sint in remotis agentes, videlicet in Apulia, prout procurator dicti Johannis coram nobis per juramentum suum asseruit; nos officiales remenses coram quibus vertitur dicta causa appellacionis, auditis hinc et inde propositis, et maxime allegationibus absencie dictorum testium, partibus in jure coram nobis constitutis per procuratorem, concessimus eidem Johanni contra partem adversam dilacionem ad producendum testes suos absentes pre-

dictos tantummodo, qui nominati sunt in rescripcione *Talis* presbiteri, que rescripcio infixa est citacioni impetrate a curia remensi ex parte dicti Johannis pro testibus citandis sub quarta dilacione ad probandum factum predictum, videlicet tempus quinque mensium a tempore confeccionis hujus notule numerandorum, videlicet ad feriam sextam post festum beati Mathei apostoli, et ad procedendum ulterius, ut justum fuerit. Datum, etc.

CCCXLVIII. Recusatio proposita contra judicem.

Cum Johannes citari fecerit coram vobis domino *Tali* judice a domino Papa dato, me M., et peticionem suam ediderit contra me, et quia periculosum est sub judice littigare suspecto, dico et propono coram vobis, et contra vos ac dictum Johannem, quod ego habeo vos suspectum, et merito, pro eo quod dictus Johannes est vester concanonicus et socius in ecclesia *Tali;* propter [quod?] vos ut suspectum, et audienciam vestram, in causa que vertitur, seu verti speratur inter me et ipsum, recuso, et predictam causam recusacionis coram arbitris super hoc eligendis me offero probaturum a[d] quos statim comiter eligendos me paratum offero, et si convenire non possemus, *Talem* eligo pro parte mea; et ne in dicta causa ulterius procedatis, ad sedem apostolicam contra vos, et dictum Johannem, et omnes qui sua crederent interesse in hiis scriptis provoco, et appello, et instanter apostolos michi a vobis concedi et tradi peto, si peti debeant in hoc casu.

[(]Ista forma recusacionis colligitur *in Speculo* [Durandi?], *libro* III°, *tit. de officio delegati,* excepta provocacione quam colligo ex dictis suis, *in tit. de recusacione, c. qualiter, prope finem,* ubi dicit : Generaliter credimus, sive sit judex delegatus, sive subdelegatus, sive ordinarius, semper tenet ejus processus post recusacionem propositam habitus, nisi appelletur, vel per alium modum cum effectu causa ad alium transferatur.[)]

CCCXLIX. Littera facta super innovatione appellationis.

Anno *tali, tali* die, constitutus coram nobis Symon procurator, ut dicebat, magistri G., a sentencia diffinitiva lata a nobis *tali* die contra dictum magistrum G. pro decano et capitulo B. Marie in Valle

Prarium (*l*), quam sentenciam dicebat esse iniquam, contra dictos decanum et capitulum ad sedem apostolicam appellavit in quantum lata fuit contra ipsum magistrum, et apostolos peciit, necnon appellacionem suam, quam dicebat dicta die ad sedem apostolicam interposuisse contra dictos decanum et capitulum, innovavit coram nobis. Quod vidimus, hoc testamur, salvo jure cujuslibet. Gui eciam appellacioni, tanquam frivole, non duximus deferendum. Datum anno et die predictis.

CCCL. Factum propositum ut rationes partis adverse non admittantur, propter timorem subornationis.

Die partibus assignata ad interloquendum super quibusdam factis seu racionibus in curia remensi ex parte Johannis contra Nevelinum disputando propositis, salvis racionibus partis adverse, videlicet ad *talem* diem, in causa appellacionis de qua agitur in curia remensi inter partes predictas, prout in actis et notulis parcium super hoc confectis plenius continetur; que quidem raciones, seu que facta, sic incipiunt...., et sic terminantur....; respondendo ad dictas raciones, seu ad dicta facta, replicando proponit et dicit dictus Nevelinus; et primo ad illam racionem, in qua dicitur quod dictus N. non probavit peticionem suam, et contenta in eadem, in priori judicio editam, et quod peticio predicta non processit de jure, nec valuit, quia, etc.; item ad aliam racionem in qua continetur quod, etc., respondendo proponit et dicit dictus N. quod dicte raciones non valent, nec eisdem tenetur respondere, quia juris sunt, et in jure consistunt, prout ex tenore predictarum racionum evidenter apparet. Ad id autem quod in hujus[modi] racionibus continetur, in quo proponitur quod sentencia prioris judicii merito debet infirmari, pro eo quod, antequam peticio esset et fuisset edita in priori judicio contra dictum Johannem, dictus N. diu ante quictaverat dictum J. de accione sibi competente, si qua sibi competebat, seu competierat umquam, racione recognicionis facte in littera recognitoria de qua fit mencio in actis prioris judicii, per quam nisus fuit probare intencionem suam, sine alia probacione quacumque; respondendo proponit et dicit pars dicti N., quod dicta racio non valet, nec debet admitti, pro eo quod de dicta racione et de hiis que in eadem continentur, seu de contrario eorumdem, actum est et fuit in priori

judicio, testes producti, et eorum attestaciones publicate, partibusque et advocatis parcium note, prout ex actis prioris judicii evidenter apparet; et quantum ad probacionem premissorum, refert se pars dicti N. ad tenorem dictarum racionum, et ad acta inter partes predictas confecta. Hiis igitur racionibus, et aliis, per vos, domini officiales remenses, de jure supplendum dicit, et proponit pars dicti N. raciones ex parte dicti Johannis disputando propositas non valere, nec admittendas esse, et eisdem non obstantibus sentenciam latam in priori judicio pro dicto N. contra dictum J. merito debere confirmari, dictumque J. sibi debere in expensis condempnari, que petit sibi fieri per vos, domini officiales remenses, et super hiis per vos quod justum fuerit, statui et decerni.

CCCLI. Supplicatio ut relaxetur juramentum, et suspendatur monitio.

Cum R., auctoritate curie remensis, moneri fecerit Symonem ut dicto R. satisfaciat de medietate quinquaginta modiorum frumenti, dicto R. ab eodem monito promissorum ex causa cujusdam vendicionis frumenti continentis usurariam pravitatem, dicto R. per quadriannium persolvendi, et vilius pro tercio venditi ab eodem monito, precio XII librarum statim post dictam vendicionem ipsi monito persoluto, liceret[1] idem frumentum tempore venditionis hujusmodi oportuit fieri istam addicionem, et tempore solucionis faciende, communi exstimacione valeret XXVIII libras parisienses, dictusque monitus velit et intendat coram vobis de hujusmodi contractu usurario docere, et fidem suam prestiterit de non veniendo contra vendicionem predictam; supplicat vobis dominis officialibus remensibus dictus monitus, contra dictum R. et monicionem predictam, quatinus dictam fidem relaxari facialis eidem de R. predicto, et monicionem predictam interim, lite coram vobis super premissis pendente, suspendatis, vel suspendi faciatis. De premissis autem offert dictus monitus se fidem facturum prout justum fuerit.

Istam supplicacionem fecit magister W. de Verzellis, et multum mota fuit tota curia fere, ad hoc quod non deberet admitti ea racione preci-

[1] Ce passage est évidemment corrompu.

Digitized by Google

pue, quod tempore contractus non poterat esse certum, frumentum esse plus valiturum tempore solucionis faciende, quantum valeret tempore contractus. Finaliter non fuit admissa.

CCCLII. Procuratorium ad presentandum decretum elec- Vers 1284.
tionis, et electum, et petendum confirmationem.

Reverendo in Christo patri ac Domino I. Dei gracia venerabili cameracensi episcopo, capitulum ecclesie S. Sisleni (*sic*) ordinis S. Benedicti, cameracensis diocesis, salutem, et debitam reverenciam, cum obediencia et salute. Reverende paternitati vestre significamus, quod vacante ecclesia seu monasterio nostro predicto per mortem bone memorie domini W. quondam ipsius ecclesie abbatis, corpore ipsius ecclesiastice tradito sepulture, die a conventu seu capitulo nostro prefixa ad providendum dicte ecclesie de pastore seu abbate ad certam diem, videlicet ad *talem* diem, presentibus omnibus qui voluerint, debuerint et potuerint commode interesse, provisum est eidem ecclesie seu monasterio per viam compromissi seu commissi de viro religioso et honesto domino Egidio predicte ecclesie monacho, in abbatem ipsius ecclesie electo, secundum formam et modum contentos, vel contenta, in decreto dicte eleccionis super hoc confecto, et vobis directo. Ad presentandum igitur vestre reverende paternitati decretum predicte eleccionis, et personam electam, ad petendum a vobis et supplicandum vice nostra, et pro vobis [*sic*, nobis?], et impetrandum dictam eleccionem confirmari, viros religiosos et discretos dominos *Talem* et *Talem* nostri predicti monasterii conmonachos, latores (?) presencium, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, nostros constituimus legitimos procuratores, dantes eisdem procuratoribus nostris, et cuilibet eorum in solidum, potestatem proponendi, supplicandi, et petendi pro nobis, et nomine nostro, omnia et singula que circa hec fuerint oportuna, et prestandi in animas nostras super premissis et premissa tangentibus cujuslibet generis sacramentum, et omnia alia et singula faciendi circa premissa et alia contingencia negocium eleccionis seu provisionis predicte, et eciam confirmacionis ejusdem, que nos faceremus vel facere possemus, si presentes essemus; ratum habituri et gratum quicquid per dictos procuratores nostros,

Google

vel alterum eorum, super premissis nostro nomine factum fuerit sive dictum. In quorum, etc.

Vers 1284. CCCLIII. Littera facta super examinatione electi, ut confirmetur electus.

Presentata nobis I. Dei gracia cameracensi episcopo, anno *tali, tali* die, eleccione nuper in monasterio S. Gisleni ordinis S. Benedicti cameracensis diocesis, de religioso viro domino *Tali,* ejusdem monasterii monacho, in abbatem ipsius monasterii celebrata, decreto super dicta eleccione confecto, et persona ipsius electi dicta die nobis eciam presentatis; nos personam ipsius electi, prout nostro incumbebat officio, in modum qui sequitur examinavimus sub fide dignarum testimonio personarum. Interrogavimus enim eumdem an latinum intelligeret, et gramaticam didicisset? Qui respondit se suum in-cantu et lectura scire officium, sed se nec latinum intelligere, nec gramaticam didicisse. Insuper eum interrogavimus in speciali super hiis verbis regule S. Benedicti, hiis scilicet : Post complectorium nemo loquatur; quid scilicet significaret hec diccio : *Nemo?* Qui respondit quod significabat in gallico : *Apries* [après?], nichil de hoc aliud respondendo. Actum die et anno predictis.

Vers 1284. CCCLIV. Littera super admissione supplicationis.

Cum dominus Egidius de Hennin monachus professus monasterii S. Gisleni cameracensis diocesis concorditer et canonice electus fuerit et sit in abbatem monasterii S. Gisleni predicti, utilis, ydoneus, et sufficiens ad regimen dicti monasterii, et ut in abbatem ibidem preficiatur et confirmetur, ego Jacobus de Priches clericus procurator ipsius electi, nomine procuratorio ipsius, et pro ipso, peto a vobis, reverende pater, dictam eleccionem de ipso concorditer et canonice celebratam auctoritate vestra pontificali confirmari; offerens me, nomine predicto, premissa, vel quod sufficiat ex eisdem, legittime probaturum per testes, et instrumenta, et alias probaciones, prout justum fuerit; et peto instanter, nomine predicto, me ad probandum admitti; protestans, nomine predicto, michi valere que probavero de premissis. Actum, etc.

CCCLV. Assignatio diei (?) ad probandum contenta in supplicatione [precedenti?] Vers 1284.

Nos I. Dei gracia cameracensis episcopus, visa et diligenter considerata peticione seu supplicacione procuratoris religiosi viri domini E. electi monasterii S. Gisleni hiis presentibus annexa, necnon contentis et expressis in ipsa supplicacione seu peticione, de jurisperitorum consilio, procuratorem ipsius domini E. electi, nomine procuratorio ipsius, et pro ipso, admittimus ad probandum ea de contentis in peticione et supplicacione predictis ad que probanda de jure debet admitti; et ad ea probanda assignamus eidem procuratori, nomine quo supra, diem Cameraci coram nobis, ad *talem* diem, et ad procedendum in negocio prout justum fuerit. Datum, etc.

CCCLVI. Littera facta super infirmatione electionis. Vers 1284.

Universis presentes litteras inspecturis, I. Dei gracia cameracensis episcopus, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, quod cum vacante monasterio S. Gisleni ordinis S. Benedicti, cameracensis dioccsis, et abbatis solacio destituto per mortem bone memorie W. quondam abbatis ejusdem, prior et conventus ejusdem monasterii diem certam ad eligendum et providendum dicto monasterio de abbate et pastore assignassent, et die predicta religiosus vir dominus E. dicti monasterii monachus in abbatem dicti monasterii electus per viam commissi seu compromissi fuisset, prout hoc in decreto dicte eleccionis, sigillo dicti conventus sigillato, plenius continetur; religiosi viri domini *Tales*, dicti monasterii monachi, ex parte prefati conventus ad presentandum nobis electionem predictam, decretum eleccionis, et personam electi, necnon et supplicandum a nobis eleccionem ipsam confirmari per litteras ipsius conventus procuratores competenter instructi, ad nostram accedentes presenciam, nobis procuratorio nomine dicti conventus, eleccionem, decretum eleccionis ipsius, et personam electi, presentaverunt, et instanter pecierunt ut confirmaremus eamdem. Et nos personam dicti electi, prout nostro incombebat officio examinavimus diligenter. Quibus supplicacione et examinacione sic factis, procurator dicti electi, ad aliam diem ad procedendum in negocio coram

Digitized by Google

nobis assignatam, nomine procuratorio dicti electi, et pro ipso, comparens coram nobis, asserens dictum E. electum, utilem, ydoneum, et sufficientem, esse et fuisse ad regimen prefati monasterii, offerens id se probaturum, et petens ad probandum admitti, supplicavit, et a nobis peciit, eleccionem predictam de dicto E. celebratam confirmari. Ipso autem procuratore postmodum ad diem aliam in processu negocii assignatam a nobis admisso, sub certa forma, ad probandum contenta in supplicacione sua predicta, necnon in quibusdam articulis ex parte sua propositis, testibus super hoc ex parte sua productis, juratis, auditis, et examinatis, ac eorum deposicionibus in scriptis redactis, et postmodum publicatis, et facta dicto procuratori copia de eisdem; demum die assignata Cameraci ad *talem* diem dicto electo, seu ejus procuratori, ad audiendum jus in dicto negocio, dictaque die procurator ipsius electi, necnon prioris et conventus prefati monasterii, coram nobis personaliter comparente, et instanter a nobis tam nomine dicti electi, quam dictorum prioris et conventus nomine, a quibus super hoc specialem habebat per eorum patentes litteras potestatem, petente et supplicante jus, sive diffinitivam sentenciam, proferri in eleccionis negocio supradicto; nos, considerata diligenter ipsa eleccione, decreto super en interposito, forma, meritis, et processu dicte eleccionis, ac meritis tam personarum eligencium, quam persone ipsius electi, examinata diligenter ipsius electi persona, viso et diligenter considerato toto processu in ipsius eleccionis negocio habito coram nobis, cognito ad plenum de premissis omnibus, et premissa tangentibus, communicato bonorum et jurisperitorum consilio, omnibus rite actis, jus dicendo seu diffiniendo, eleccionem ipsam de dicto domino E. celebratam in predicto S. Gisleni monasterio tanquam minus canonicam, utpote de persona insufficienter litterata factam, exigente justicia, reprobamus, nullam, irritam, et inanem esse pronunciamus; electores ipsos, videlicet priorem et conventum, quia dictum E. indignum, insufficienter litteratum, scienter elegerunt, potestate eligendi ista vice denunciantes et declarantes esse privatos, et nos ad virum religiosum dominum *Talem* monachum *Talis* monasterii ordinis S. Benedicti cameracensis diocesis, virum utique sciencia et moribus multipliciter commendatum, in temporalibus et spiritualibus circumspectum, men-

tis aciem convertentes, de eo quem potissime ydoneum ad relevacionem ejusdem monasterii in spiritualibus et temporalibus esse speramus, vita laudabili, rerum experiencia, et industria quibus pollet nobis fidem super hoc faciente, dicto monasterio S. Gisleni de abbate providemus, et ipsum prefigimus in abbatem monasterii supradicti. Datum, etc.

CCCLVII. Instrumentum factum super appellatione. 28 février 1285.

In nomine Domini, amen. Anno nativitatis ejusdem m° ccc° [*sic*, cc°][1] octuagesimo quarto, indiccione tercia decima, ultima die mensis februarii, in presencia mei notarii, ac testium infrascriptorum vocatorum et rogatorum, *Talis* procurator religiosorum virorum tam dominorum E. de Hennin monachi S. Gisleni in abbatem monasterii ejusdem electi, quam monachorum eligencium eumdem, nomine procuratorio ipsorum eligencium et electi, et pro ipsis, quandam appellacionem fecit et legit in scriptis in hunc modum :

Cum vos, reverende pater ac domine I., Dei gracia cameracensis episcopo (*sic*), eleccionem in monasterio S. Gisleni tunc vacante canonice factam de viro religioso domino E. monacho ipsius monasterii, minus juste, et sine causa racionabili, nullam et irritam pronunciaveritis, ac eciam pronunciaveritis priorem et monachos, ad quos spectat eleccio in dicto monasterio, eligendi potestate esse privatos hac vice, et ad vos jus providendi dicto monasterio de abbate esse devolutum ista vice dixeritis, ac eciam provideritis de facto, cum de jure non possetis, ex arrupto, et sine cause cognicione, dicto monasterio de domino Rogero de *Tali* loco, ipsum in abbatem S. Gisleni predicti preficiendo, cum tamen dicta eleccio de domino E. fuisset et esset canonice et concorditer celebrata, essetque coram vobis propositum, admissum per vos, et probatum ipsum dominum E. fuisse et esse utilem, sufficientem et ydoneum ad regimen monasterii S. Gisleni predicti; et hoc feceritis et faciatis minus juste, et tam in dicti electi quam dictorum eligencium ac monasterii predicti prejudicium, dampnum et gravamen, idcirco ego *Talis* procurator tam dicti electi, quam eligencium et mo-

[1] Voyez dans la Notice bibliographique placée en tête de ce volume, quels motifs nous portent à substituer la date de 1285 à celle de 1585 donnée par notre manuscrit et par le *Gallia christiana*, III, 96.

nachorum predictorum, senciens ipsos, et eorum quemlibet, in premissis, et quolibet premissorum, ac aliis, a vobis, et per vos, indebite gravari, nomine procuratorio ipsorum electi, eligencium, et monasterii, ac pro ipsis, ob premissa gravamina, et eorum quodlibet, ac alia, a vobis et contra vos, dictum dominum Rogerum, et omnes alios qui sua crediderint interesse, reverendum patrem ac dominum a[r]chiepiscopum remensem [(]vel sedem apostolicam prout eis visum fuerit expedire[)] in hiis scriptis appello; et ne vos, pater reverende, ad consecracionem seu benediccionem dicto domino R. ad titulum dicti monasterii S. Gisleni inpendendum, seu ad aliquam suspensionis excommunicacionis vel interdicti sentenciam in ipsos electum, eligentes, seu monasterium, vel eorum aliquem, proferendam, vel ad aliquid aliud faciendum in ipsorum vel alicujus eorumdem prejudicium, procedatis, se[u] procedi faciatis, dictum dominum archiepiscopum [(]vel sedem apostolicam[)] in hiis scriptis provoco, ut prius, et appello; supponens dictum electum, eligentes, ac monasterium, bona, statum, et condicionem eorumdem, sub proteccione dicti archiepiscopi [(]vel sedis apostolice predicte[)]; et super premissis michi, nomine predicto, apostolos a vobis dari et concedi peto; quos, quia non conceditis, seu non datis, iterato ut prius appello in hiis scriptis. Acta fuerunt hec Cameraci, in castro civitatis cameracensis, in quodam solio ante cameram domini episcopi, ipso domino episcopo in camera existente, et hanc appellacionem audiente; presentibus *Talibus* clericis testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis; anno, die, et indiccione predictis. [(]Et in fine juxta signum notarii sunt hec verba[)]: Et ego Johannes dictus *Talis*, sacri palacii notarius, interfui, et hanc cartam rogatus scripsi, signoque meo signavi.

CCCLVIII. Peticio super possessione, vel quasi, supercensus.

Coram vobis proponit in jure M. rector *Talis* parrochialis ecclesie, suo et dicte ecclesie nomine, contra R., quod cum idem rector, et predecessores sui qui pro tempore fuerant rectores dicte ecclesie, fuissent, ac esset idem rector, nomine quo supra, in possessione, vel quasi, juris percipiendi, et habendi singulis annis x solidos annui supercensus, tam ab ipso reo, quam ab antecessoribus suis tenentibus et

Digitized by Google

possidentibus pro tempore quandam domum sitam in *Tali* loco, solvendos ad *tales* terminos; dictus reus qui dictam domum per biennium continuum ultimo preteritum tenuit et possedit, et adhuc tenet et possidet, decem solidos pro *tali* termino preterito dicto rectori tunc dictam ecclesiam et diu ante legittime assecuto, solvere et reddere contradixit, et adhuc contradicit ab eodem super hoc requisitus, ac ipsum rectorem et ecclesiam predictam dicta possessione, vel quasi, quoad hoc indebite spoliavit, et adhuc detinet spoliatos; que, vel aliqua de premissis, dictus reus recognovit legittime esse vera; quare petit idem rector, nomine quo supra, dictum reum sibi a vobis, domine judex, sentencialiter condempnari ad hoc ut dictam possessionem, vel quasi, sibi restituat, prout decet, sibique solvat dictam pecunie summam de qua, ut dictum est, in solucione cessavit.

CCCLIX. Peticio ad retrahendum rem alienatam per proximum de genere. [*vel:*] Peticio in causa retractus inducti per consuetudinem.

Coram [vobis] proponit in jure P. contra M., quod R. frater dicti P. vendidit et tradidit dicto M. *talem* domum pro x de quibus sibi extitit satisfactum; quam domum tenet et possidet dictus reus ex causa predicta. Item dicit quod de consuetudine *Talis* loci notoria dictus actor tanquam existens de genere et frater dicti R. cujus erat dicta domus, debet admitti ad retrahendum eamdem, sibique debet restitui sive reddi, dicto precio mediante, et custibus factis a dicto reo occasione contractus predicti; de quibus precio et custibus paratus fuit hactenus idem actor, et adhuc est, satisfacere dicto reo; quare petit idem actor contra dictum reum se admitti ad retrahendum domum predictam, et ipsum reum sibi per vos sentencialiter condempnari ad hoc quod eam sibi reddat et restituat, mediantibus precio et custibus supradictis de quibus offert se satisfacere cum effectu; maxime cum tam de jure, quam de consuetudine curie remensis notoria et antiqua, vos possitis et habeatis cognoscere et decidere de premissis, dictaque curia sit in possessione, vel quasi, cognoscendi de talibus et eciam decidendi.

CCCLX. Peticio super garandia ferenda de re evicta.

Coram vobis proponit in jure R. contra M., quod idem M. jamdudum vendidit dicto R. *talem* domum precio x de quo sibi extitit satisfactum, et promisit dictus M., fide data, se portaturum legittimam garendiam dicto R. de dicta domo; obligans se et sua dicto R. de eviccione domus predicte. Que domus tempore dicti contractus erat et est obligata et ypothecata Ticio pro LX solidis, ex causa mutui dicto M. ab ipso Ticio facti in peccunia numerata, que ignorabat dictus R. tempore dicte vendicionis. Item dicit quod Ticius egit coram *Tali* judice contra ipsum R. tenentem et possidentem domum predictam accione ypothecaria, petens dictam domum sibi tradi et deliberari a dicto R. tanquam assignamentum suum pro dicto debito, prout in peticione sua coram dicto judice edita plenius continetur. Et hoc denunciavit competenter idem R. dicto M., requirens ipsum ut super hoc deffenderet eum adversus Ticium, quod facere noluit idem M.; et tandem ordine judiciario observato in causa predicta, dictus R. condempnatus fuit justicia exigente dicto Ticio per dictum officialem sentencialiter in petitis, et sic, quoad hoc, dicta domus est evicta ab ipso R. Dicit eciam quod occasione obligacionis predicte, ipse R. fecit expensas in causa predicta per factum et culpam dicti M. usque ad valorem et summam c. solidorum, in quibus dictus reus tenetur eidem actori ex causis predictis; et premissa, vel aliqua ex eisdem, dictus reus recognovit legittime esse vera. Quare petit idem actor dictum reum sibi per vos sentencialiter condempnari ad hoc quod dictam domum liberet ab obligacione predicta, et de predictis eidem ferat legittimam garendiam, et ad hoc quod de dictis c. solidis sibi satisfaciat racionibus antedictis.

Vers 1260. ### CCCLXI. Littera capellanie ad prebendam redacte per dominum remensem auctoritate apostolica.

Th. Dei gracia remensis archiepiscopus, universis presentes litteras inspecturis, necnon decano et capitulo S. Symphoriani remensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, nos litteras domini pape recepisse et vidisse in hec verba :

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo remensi, salutem, et apostolicam benediccionem. Sua nobis

dilectus filius N. peticione monstravit, quod ipse beneficium quod racione capellanie sue in eadem ecclesia [S. Symphoriani?] obtinet adeo de bonis propriis est augmentare paratus, quare idem beneficium uni de prebendis ejusdem ecclesie valeat adequari; unde nobis humiliter supplicavit, ut ex beneficio ipso, postquam fuerit taliter augmentatum, ereari in eadem ecclesia prebendam, et eamdem conferri persone ydonee de benignitate sedis apostolice mandaremus. Nos igitur de discrecione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, tibi qui loci diocesanus existis, presencium auctoritate committimus, ut consideratis diligenter circonstanciis que fuerunt attendende, statuas et ordines super hoc, prout divini cultus augmento, et utilitati ejusdem ecclesie, secundum Deum videris expedire. Datum, etc.

Nos igitur auctoritate predicta, et nostra, super premissis consideratis diligenter circonstanciis quas circa hoc vidimus attendendas, consideratis eciam redditibus dicte cappellanie, et valore prebendarum ejusdem ecclesie, secundum mandatum apostolicum ad nos directum, sic duximus ordinandum : videlicet quod dictus N. fundandi seu creandi unam prebendam in dicta ecclesia, ac retinendi eamdem quoad vixerit, liberam habeat facultatem, quam auctoritate predicta, et nostra, prestamus eidem, hoc modo quod dictus N. de bonis suis propriis addet antiquis redditibus dicte cappellanie octo libras parisienses annui redditus, que octo libre cedent singulis annis in perpetuum diurnis distribucionibus ecclesie predicte. Item cum, legittima inquisicione prehabita, nobis constaret antiquos redditus dicte cappellanie valere XXIIII libras parisienses annuatim, volumus et ordinamus quod de dictis XXIIII libris, quatuor libre parisienses cedant annuatim in perpetuum in distribucionibus matutinarum dicte ecclesie; et dicte quatuor libre percipientur a dicto capitulo in redditu seu censu qui debetur dicte cappellanie super domos que fuerunt *Talis*. Item ordinamus quod dictus N. et ejus successores, secundum quod pro tempore erunt, contenti erunt residuo dictarum XXIIII librarum pro corpore seu grosso prebende predicte, modo in predicta ecclesia fundande, nec racione corporis seu grossi dicte prebende in aliis prebendis dicte ecclesie aliquid juris sibi poterunt vendicare. Item cum collacio dicte cappellanie ad dictum capitulum pertineret, volumus et ordinamus ut prebende predicte fundande collacio ad ipsum capitulum pertineat in futurum.

Nec est pretermittendum, quod dictus N. et ejus successores cotidianas distribuciones percipient in futurum, sicut unus de aliis canonicis ejusdem ecclesie. Item ordinamus quod dictus N., quamdiu vixerit, faciet bis in ebdomada celebrare divina pro anima illius qui dictam cappellaniam fundavit. Item ordinamus quod post ipsius N. [decessum?] prebenda predicta presbiteralis remanebit. Omnia singula et predicta dictus N. sub juramento suo se observaturum promisit, et quod de cetero contra premissa, vel aliqua premissorum, non veniet in futurum. Quare auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, vobis decano et capitulo S. Symphoriani remensis mandamus quatinus dictum N., juxta mandatum apostolicum predictum nobis directum, recipiatis in canonicum, et in fratrem, assignantes eidem stallum in choro et locum in capitulo, adhibitis eciam sollempnitatibus que solent et debent in talibus adhiberi. Istud autem facimus et mandamus de speciali voluntate vestra, prout nobis per vestras patentes litteras mandavistis. Actum, etc.

31 mai 1252. **CCCLXII. Previlegium universitatis parisiensis [1].**

Innocencius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo silvane[c]tensi, salutem et apostolicam benediccionem. Ut eo liberius dilecti filii universi magistri et scolares parisienses vacare valeant studio litterarum, quo minus fuerint aliis occupati, nos eorum supplicacionibus annuentes, per litteras nostras eis duximus indulgendum, ut extra civitatem parisiensem super questionibus intra eam exortis, trahi per litteras apostolicas vel legatorum sedis apostolice, juxta quod alias eis dignoscimur indulcisse, non possint, nisi expressam de indulgencia hujusmodi fecerint mencionem. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus magistros et scolares predictos, contra concessionis nostre tenorem non permittas super hiis ab aliquibus indebite molestari; molestatores hujusmodi per censuram, et appellacione postposita, compescendo, non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum quod excommunicari ac interdici nequeant,

[1] Nous présumons que ce privilége se trouve imprimé dans l'*Hist. de l'Université de Paris*, tom. III, p. 241; mais comme l'ouvrage de Du Boullai manque à la bibliothèque de Rennes, nous n'avons pu nous en assurer. Nous le regrettons d'autant plus vivement que nous soupçonnons notre manuscrit de n'offrir qu'une leçon tronquée ou corrompue de cet instrument.

Digitized by Google

vel suspendi, seu constitucione de duabus dietis edita in consilio generali, dummodo ultra terciam, vel quartam, aliquis extra suam diocesim auctoritate presencium ad judicium non trahatur. Datum Perrusii, II kalend. junii, pontificatus nostri anno nono.

CCCLXIII. Monicio *nisi causam* pro scolaribus parisiensibus. Vers 1257.

Magister Eustacius de Grandicuria, archidiaconus de Coba. in ecclesia ebroicensi, vices gerens reverendi in Christo patris domini silvanectensis episcopi, conservatoris previlegiorum universitati magistrorum et scolarium parisiensium a sede apostolica indultorum, omnibus, etc., salutem, et mandatis apostolicis firmiter obedire. Cum ad reprimendam perversorum maliciam, et vitam pie vivencium confoverndam, pia consideracione sedes apostolica disposuerit providere ne magistri et scolares Parisius studentes permittantur ab aliquo extra civitatem parisiensem, per litteras apostolicas, aut legatorum ejusdem apostolice sedis, nullam de dicto privilegio facientes mencionem, in causam trahi, citari, vexari, molestari, seu ad judicium evocari, ut sic eo liberius litterarum studio vacare valeant quo minus fuerint aliis occupati; sane sua nobis P. scolaris parisiensis gravi ac querulosa conquestione monstravit, quod viri *Tales* venerabiles et discreti decanus et capitulum ipsum scolarem coram se extra civitatem parisiensem per licteras apostolicas, aut legatorum ejusdem apostolice sedis, nullam mencionem de dicto previlegio facientes, in nostre juridiccionis prejudicium, elusionem, et contemptum, prefatique scolaris dampnum non modicum et gravamen, ac contra dictorum previlegiorum tenorem temere veniendo, ad instanciam et procuracionem Johannis, in causam trahere, citare, vexare, molestare, et ad judicium evocare, non formidant; propter que ipsius scolaris studium multipliciter impeditur. Quocirca dictus scolaris, asserens premissa adeo esse pro facti et rei evidenciam notoria et manifesta, quod nulla possunt tergiversacione celari, quod offert se dictus scolaris, si necesse fuerit, coram nobis legittime probaturum, nobis humiliter supplicavit, ut nos super premissis, ex nostri officii debito, sibi subvenire congrue dignaremur; cujus siquidem scolaris juste supplicacioni annuentes, vobis omnibus, et singulis, in virtute sancte obediencie, sub pena suspensionis et excommunicacionis quam, vel quas, in vos feremus si presens mandatum nostrum neglexeritis

adimplere, districte precipiendo mandamus, quatenus ad hoc mandatum exequendum alter vestrum alterum non expectans, monetatis (*sic*) diligenter ex parte nostra predictos, ut ipsi incontinenti post monicionem vestram sibi factam, a prefati scolaris extra civitatis parisiensis in causam traccione, citacione, vexacione, molestacione, et ad judicium evocacione, predictis, cessent penitus et desistant, et si quid contra dictum scolarem per eos fuerit attemptatum, illud revocent indilate, et denuncient nullum esse, non tenere, nec ab inicio tenuisse; premissaque fieri faciat, et fieri procuret dictus J. suis sumptibus et expensis, et super cessacione, revocacione et denunciacione premissis nos reddant per suas patentes litteras certiores, nobis per latorem presencium destinandas. Ad que omnia et singula facienda petit dictus scolaris predictos sibi per nos condempnari et compelli; alioquin ipsos quos in hiis scriptis propter hoc excommunicamus, excommunicatos a nobis palam et publice nuncietis, nisi causam allegaverint efficacem quare ad hoc minime teneantur; quam si pretenderint, citetis eos peremptorie coram nobis Parisius, vel coram dictas vices tunc gerenti, ad *talem* diem, dictam causam allegaturos, ostensuros et si necesse fuerit, probaturos, nobisque ex officio nostro, vel illi tunc dictas vices gerenti, ad obicienda, et dicto scolari super suis dampnis expensis et interesse quod justum fuerit responsuros; inhibentes nichilominus predictis sub pena canonica, ne die et lite pendentibus coram nobis, aliquid contra dictum scolarem in nostre juridiccionis prejudicium attemptent, innovent, aut immutent, attemptari, innovari, aut immutari faciant, seu fieri procurent; et quid inde feceritis, nobis fideliter rescribatis, non obstante quod dictorum previlegiorum conservacionem et commissionem nobis factam vobis non mittimus, quin non consuevimus, nec audemus propter viarum pericula, locorum distanciam et discrimina; sed partibus coram nobis presentibus, de eis, si necesse fuerit, copiam faciemus. Datum, etc.

CCCLXIV. Instrumentum publicum confectum super testamento nuncupativo. [*vel :*] Publicatio testamenti nuncupativi.

Universis, etc. Noverint universi, quod cum ad nostram audienciam pervenisset quod Ticius in ultima voluntate sua ordinavit de rebus suis, et testamentum suum condidit sine scriptis, nos ad cujus officium per-

tinet ultimas voluntates decedencium firmiter observari, et execucioni debite demendari, testes qui dicto testamento interfuisse dicuntur, facimus in nostra presencia evocari, jurare diligenter, examinari, et eorum deposiciones in scriptis redigi; quibus visis, inspectis, et diligenter consideratis, nobis constitit quod dictus Ticius in extremis positus de rebus suis ordinavit, ac testamentum suum condidit in hunc modum. Primo enim voluit et precepit, etc. [() Et tunc ponatur totus tenor ordinacionis sue()]. Item constitit nobis quod dictus Ticius *Tales* executores suos testamenti predicti constituit. Nos vero ex officio nostro, super premissis, ad perpetuam rei memoriam, cum sit labilis hominum memoria, ne propter delfectum probacionum ultima disposicio dicti Ticii depereat in futurum, fecimus fieri presens instrumentum; cui fidem adhibentes, pronunciamus illud vim habere publici instrumenti, vocatis *Talibus* ad videndum testes jurare, si sua crederent interesse; qui voluerunt et concenserunt, quod dicti testes jurarent in absencia eorumdem, et quod eorum deposiciones publicarentur, et quod super [hoc] fieret publicum instrumentum, jure tamen ipsorum in bonis nascentibus sibi salvo; vocatis eciam ad hoc *Talibus* qui non comparuerunt. In cujus, etc.

CCCLXV. Vocatio decani absentis, ut ad ecclesiam accedat, ea que ad officium decani pertinent impleturus.

Universis, etc. Prepositus, totumque capitulum *Talis* ecclesie, salutem in Domino. Noverint universi, quod nos constituimus et ordinamus *Talem* canonicum dicte ecclesie procuratorem, ac nuncium specialem, ad legendum et publicandum pro nobis, et ecclesia nostra, nomine nostro, ea que in presenti cedula continentur, prout sequitur:

Cum dominus P. decanus ecclesie predicte debuisset jam diu est, racione decanatus dicte ecclesie, ad ordinem sacerdocii se facere promoveri, ac eciam residenciam in eadem facere corporalem, que eciam juramento adimplere promisit, prout noscit esse verum, et hoc facere in sue salutis grave dispendium, et in nostrum et ecclesie nostre predicte prejudicium non modicum, et gravamen, hactenus neglexerit; nos quorum animarum curam gerit, et gerere debet, quos longo tempore tanquam oves errantes pastoris presencia destitutos deseruit, impru-

dentem sui absenciam nobis et ecclesie nostre tam perniciosam, tam flebilem, amplius sustinere non valentes, tenore presencium eumdem [monemus?], et citamus publice, quatenus infra tres menses ex nunc computandos, ad nos et ecclesiam nostram personaliter accedat, ea que ad officium decani pertinent impleturus et facturus, et que facere racione decanatus predicti promisit, ut dictum est, et juravit; alioquin procedemus prout justicia suadebit, et nobis visum fuerit expedire. Datum, etc.

CCCLXVI. Mandat ordinarius ut sibi ostendantur littere judicis delegati, antequam procedatur ad execucionem earum.

Officiales remenses, omnibus presbiteris civitatis et diocesis, salutem. Auctoritate curie remensis, vobis mandamus quatenus si aliquod mandatum ad vos, vel aliquem vestrum, devenerit, aut deveniat, ex parte *Talis* qui se dicit judicem a domino papa datum, de citando, monendo, vel excommunicando Ticium ad instanciam et occasione Seii, aut alias contra ipsum Ticium procedendo, illud nobis exhibeatis antequam ad execucionem ejusdem in aliquo procedatis; et quid inde feceritis nobis rescribatis. In hiis autem exequendis alter vestrum alterum non expectet. Datum, etc.

CCCLXVII. Appellacio contra judicem citantem ad locum minus insignem. [*vel:*] Appellacio a judice cujus copia comode haberi non potest, facta coram publicis personis.

Quia *Talis* prior qui se dicit judicem a domino papa datum, citari fecit coram se, ad *talem* diem, me *Talem*, *Tali* responsurum, ad *Talem* locum notorie minus insignem in quo non potest haberi comode juris copia peritorum, et distantem notorie a fine remensis diocesis ultra duas dietas, cujus prioris copiam propter ejus absenciam ad presens habere non possum; idcirco ego senciens me in premissis injuste gravari per dictum priorem, timens eciam ex verisimilibus conjecturis ne virtute citationis predicte, aut alias, dictus prior procedat contra me, saltem de facto, ab audiencia dicti prioris, contra dictum *Talem*, et omnes qui sua crederent interesse, ad sedem apostolicam in hiis scriptis propter hoc provoco et appello, coram vobis dominis

Digitized by Google

officialibus remensibus, et in presencia notariorum *istorum*, et aliorum fidedignorum hic presencium; et instanter apostolos michi super hiis tradi et concedi peto, et huic appellacioni et provocacioni deferri ob reverenciam dicte sedis, supponens, quantum ad hec, me et mea, proteccioni sedis ejusdem; protestans de hac provocacione et appellacione innovanda in presencia dicti prioris, et notificandi sibi, et dicto *Tali*, si opus fuerit, cum ad id optulerit se facilitas. Et super hiis peto michi fieri et concedi publicum instrumentum in testimonium premissorum. In cujus, etc. Datum, etc.

CCCLXVIII. Mandat ordinarius ut exibeantur sibi lictere illius qui se dicit judex delegatus antequam execucioni demandetur [1].

. . . . . .

CCCLXIX. Denunciat ordinarius, tanquam denunciator et juris minister, processum illius qui se dicit judicem delegatum, non tenere, nec ab inicio tenuisse.

Universis, etc. Ex parte *Talium* civium nobis est conquerendo monstratum, quod *Talis* prior dicens se judicem a domino papa datum dictos cives citari fecit coram se ad locum notorie minus insignem, videlicet apud Oyam, et quod idem prior contra eos processit in loco predicto, et in ipsos et participantes cum eis excommunicacionis sentenciam promulgavit de facto, qua[propter?] nobis humiliter supplicarunt ut nos processus et sentencias hujusmodi nullos esse denunciaremus et declararemus, et ipsos non debere propter hoc ab aliquibus evitari, et super hiis faceremus et statueremus quod justitia suaderet, tum quia dictus prior nullam habuit nec habet in eos juridiccionem, tum quia locus predictus in quo processum extitit contra eos, ut dictum est, erat et est notorie minus insignis, ita quod ibi non poterat nec potest haberi juris copia peritorum. Nos autem quibus precipue congruit curare ut subjecti nostri quiete vivant, et ne per injustos et notor[i]e nullos processus excommunicati de facto vitentur, de premissis sufficienter informati, tanquam denunciatores et juris ministri,

[1] Cette formule est la même que la formule CCCLXVI.

supplicacionem hujusmodi admittentes, justicia exigente denunciamus et declaramus sentencias et processus predictos nullos esse, et non tenere, nec ab inicio tenuisse, dictosque cives, eorum uxores et familias, ac participantes cum eis, non debere, pretextu sentenciarum et processuum predictorum, aliquatenus evitari. Quapropter omnibus presbiteris et cappellanis, ceterisque personis ecclesiasticis nobis subjectis, damus tenore presencium in mandatis, sub pena suspensionis et excommunicacionis quam in eos ferimus, nisi fecerint quod mandamus, ita quod in hiis exequendis unus vestrum alterum non expectet, quatinus publice denuncient et proclament in plenis parrochiis, ubi, et quandocumque, et quociens a latore presencium fuerint requisiti, dictos processus et sentencias non tenere, nec ab inicio tenuisse, sed esse nullius valoris, dictosque cives, eorum uxores et familias, participantes cum eis, non debere propter hoc ab aliquibus evitari; et quid inde fecerint nobis rescribant. Datum, etc.

CCCLXX. Peticio bona in causa matrimoniali.

Coram vobis, domine judex, proponit in jure Maria contra Johannem, quod ipsi contraxerunt sponsalia per verba de futuro, et matrimonium per verba de presenti, et quod carnalis copula inter eos extitit subsecuta; et ex dicto matrimonio sic contracto et consummato dictus J. ex dicta M. duas proles genuit, et tempore premissorum dicta M. fuit bone fame, boni nominis, et de honestis personis genita; et super hiis fama clamat vicinie parcium, idemque reus premissa legittime recognovit; quare petit actrix reum sibi per vos adjudicari sentencialiter in maritum, et ad hoc condempnari et compelli ut cum ipsa actrice matrimonium in facie ecclesie sollempniset, sollempnisari faciat et procuret, et eo sollempnisato ipsam maritali affectu pertractet, prout decet. Si vero contractum predictum non probaverit, quia tamen ipsam in tali statu existentem, et ab alio incognitam, stupro decepit, carnaliter cognovit, prolem ex ea genuit, et bona habet ad valorem quingentarum librarum, et super hiis fama clamat, et premissa legittime recognovit, petit et supplicat eum sibi per vos sencialiter condempnari ut ipsam accipiat et habeat in uxorem, et maritali affectu pertractet, vel de bonis suis juxta modum dotis sibi det

Digitized by

secundum rei facultates, et actricis condicionem, racionibus et causis predictis.

CCCLXXI. Petieio ex sentencia arbitrali.

Coram vobis, domine judex, proponit in jure Johannes contra Willelmum, quod dicti actor et reus super quadam discordia inter eos jampridem mota, super *hoc* et *hoc*, et super rebus aliis quas pars a parte hinc inde petebat, in certos arbitros arbitratores, seu amicabiles compositores, compromittentes, promiserunt fide et juramento ab eorum utroque corporaliter prestitis, observare, tenere, et adimplere, quicquid dicti arbitri super premissis dicerent, ordinarent, seu pronunciarent, et in contrarium non venire. Dicti autem arbitri arbitratores, seu amicabiles compositores, honere hujus compromissi in se suscepto, consensum (*sic*) eciam ipsarum parcium interveniente, dixerunt, ordinaverunt, se [*sic*, et?] pronunciaverunt inter cetera, quod dictus reus dicto actori solveret et redderet sexaginta ad *talem* terminum, et quod caucionem ydoneam pro premissis adimplendis eidem actori prestaret, et hoc facere promisit idem reus actori predicto, arbitrium predictum emologando; et licet dictus terminus sit elapsus, idem tamen reus dictam summam peccunie nondum solvit actori predicto, ymo solvere et reddere indebite contradicit, contra fidem juratam et promissionem suam in premissis temere veniendo; et premissa, vel eorum aliqua, dictus reus legittime recognovit; unde cum dictus actor reputare seu compensare velit in diminucionem dicti debiti decem libras dicto reo debitas ab eodem actore ex causa *tali*, petit idem actor dictum reum sibi per vos sentencialiter condempnari ad hoc quod residuum dicti debiti, videlicet LX, et presentis litis expensas factas et faciendas, sibi solvat, et reddat, dictamque caucionem sibi prestet, ac dictam ordinacionem, pronunciacionem predictam, fidemque, juramentum, et promissionem suam, in premissis teneat, adimpleat, et observet, causis et racionibus antedictis.

CCCLXXII. Littera de confraternitate contracta.

Universis, etc. Noveritis quod coram nobis propter hoc personaliter constituti *Tales*, attendentes quod ecclesia militans et triumphans

observari precepit unitatem per quam caritas, que est dileccio Dei et proximi, viget, et fervere facit corda fidelium ad opera caritatis; attendentes eciam quod, sicut scriptum est, mandata celestia efficacius gerimus si nostra cum fratribus honera parciamur, attestante psalmista quantum bonum fore et quam jocundum habitare fratres in unum, et ut per oracionum suffragia, et elemosinarum largicionem, in quibus posita sunt remedia peccatorum, se invicem juvare possint, mutua caritate confraternitatem quamdam statuerunt observandam, tam ab ipsis, quam ab aliis probis viris qui hujusmodi confraternitati, de consensu provisorum confratrum, sunt adjuncti, et successivis temporibus se duxerint adjungendos. Ordinacio autem et statutum dictorum confratrum sunt talia. In primis quilibet fratrum introitu confraternitatis, pro omnibus supradictis, solvet duodecim denarios parisienses, et anno quolibet, quamdiu in eadem fraternitate vixerit, quatuor solidos parisienses provisoribus illis qui ad hoc fuerint deputati. In die qua fratres congregabuntur missa de Spiritu celebrabitur in communi. Crastina vero die congregacionis hujusmodi, pro omnibus confratribus defunctis missam sollempniter facient celebrari. Cadaver eciam fratris defuncti ad ecclesiam cum oracionibus et devocione debita deferentes, infra mensem post obsequias defuncti continue numerandum, quilibet fratrum psalterium David, sive clericus, sive laicus, per se, vel aliam personam ydoneam, dicere tenebuntur. Sacerdotes vero missas, singuli singulas, cum debita devocione persolvent. Illi autem qui statutis et ordinacioni hujusmodi contradixerint obedire, removebuntur a consorcio aliorum. Preterea in necessitatis articulo, ubi intollerabilis paupertas aliquem vel aliquos fratrum invaserit, ad arbitrium provisorum ceteri fratrum tenebuntur subsidium exhibere. Decedens vero, unum de garnamentis suis ad minus confraternitati tenebitur relinquere in ultima voluntate; vel si hoc omiserit, executores, vel heredes sui, hoc facere tenebuntur infra mensem postquam super hoc fuerint requisiti. Cum autem in multis mondi partibus frequens violenter [agat?] multitudo falsariorum et abusorum litterarum sedis apostolice, et legatorum ejusdem, statuerunt quod si quem fratrum ipsorum vel uxorum eorum contingat, quod absit, citari indebite, aut quocumque modo vexari injuste per litteras antedictas, seu virtute earum, suo no-

Digitized by

mine, non nomine exequtorio, tutorio, vel curatorio alterius cujus exequtor, tutor, vel curator existat, ipsi confratres tenebuntur eum juvare ad sui juris deffensionem, et eidem contribuere expensas necessarias ad prosecucionem sue deffensionis legittime; qui scilicet obtinuerit, et expensas recuperaverit a vexante, expensas recuperatas tenebitur confratribus restituere, eo tamen quod de suo proprio impenderit inde deducto. Si autem juste succubuerit, ipse succombens fratribus restituet quicquid sibi ab eis fuerit contributum, cum non sit intencionis eorum, ut asserunt, deffendere quemquam, seu juvare, in sua iniquitate fovenda, vel in injusticia sustinenda, nec alicui in sua justicia prejudicium aliquod generare, nec juridiccioni sedis apostolice, vel legatorum ejus, aliquatenus contraire. Presens autem constitucio seu statutum, se non extendunt ad preterita, sed tantummodo ad futuras lites seu vexaciones indebitas contra eos, vel aliquem eorum, ex nunc in posterum inchoandas. Si vero bona ipsorum communia non sufficerent ad faciendum premissa, dicti fratres tenebuntur contribuere in manibus provisorum suorum quicquid ipsi provisores, seu major pars eorum, dicerent fore contribuendum. In quorum, etc. Datum.

CCCLXXIII. Littera papalis contra clericos mercatores consuetudinibus patrie obedire recusantes. Vers 1300.

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo cameracensi, salutem et apostolicam benediccionem. Ex parte dilectorum filiorum prepositi, scabinorum, et universitatis civium cameracensis civitatis, fuit propositum coram nobis, quod quidam clerici ejusdem civitatis, pocius secularibus negociacionibus quam officiis divinis intendunt, et gaudere volentes privilegio clericali, nolunt statutis patrie quibus, quotiens expedit, sicut laici se tuentur, in negociacionum suarum questibus subjacere. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus si tales tercio a te moniti, ab hujusmodi non res[i]puerint sed pretermissis divinis officiis negociacionibus institerint supradictis, cum facto privilegium abiciant clericale, tu per te, vel per alium, quominus de hiis se implicant de suis facultatibus, statutis et consuetudinibus patrie subjaceant, non def-

fendas eosdem; contraria in hoc consuetudine, que dicenda est pocius corruptela, aliquatenus non obstante. Datum, etc.

31 août 1294. CCCLXXIV. Littera imperatoris regi missa.

Adolphus Dei gracia Romanorum rex, semper augustus, magnifico principi domino Philippo Francorum regi. Quoniam tam per progenitores vestros, quam per vos, bona, possessiones, jura, juridicciones, tractusque terrarum nostri et Imperii, per occupacionem illicitam tanto tempore detinentur, et temere usurpantur, prout in diversis locis rerum evidencia manifestat, nequeuntes amodo absque verecondia sub dissimulacionis patiencia preterire, vobis presentibus intimamus, quod ad prosecucionem injuriarum tantarum disponimus contra vos vires nostre potencie exercere. Datum apud Renisbergum, II kalend. septemb., anno Domini millesimo cc° nonagesimo quarto, regni vero nostri anno tercio.

Août 1294. CCCLXXV. Littera regis Alemannie missa duci Lothoringie.

Adolphus Dei gracia Romanorum rex, semper augustus, illustri duci Lothoringie principi suo dilecto, graciam suam et omne bonum. Intellexit nostra serenitas, quod ad juvandum regem Francie contra regem Anglie te disponis; cum igitur propter inauditam temeritatem qua idem rex, et progenitores sui, Imperium lacerasse noscuntur, bona ipsius, prout nullum orbis latet angulum, detinendo per violenciam occupata, nos una cum domino rege Anglie, aliisque adjutoribus nostris, oporteat necessario contra regem Francie consurgere ad vindictam, ad quod tuo, et aliorum principum et fidelium Imperii, fulciri presidio indigemus, sinceritatem tuam rogamus et monemus in ea fide qua nobis et eidem teneris Imperio, quatinus omisso prefato rege Francie, ad nostrum auxilium te accingas, tuos subditos et vicinos inducendo nichilominus ad id ipsum. Nos siquidem perinde tuis utilitatibus taliter intendemus, quod pro lucri participio quod ex illa parte sperabas, pro parte nostra congruam recipies recompensam, pro certo [habiturus?] quod contra eum qui se parti contrarie applicuerit, tanquam contra hostem Imperii, procedemus; quod per te, ubi oportunum fuerit, petimus publicari. Datum, etc.

Digitized by Google

CCCLXXVI. Processus factus per modum notarii [*sic*, notorii?], et super notario (*sic*), per episcopum laudunensem, contra communitatem laudunensem, super violacione ecclesie laudunensis[1]. Ann. 1294.

R. divina permissione laudunensis episcopus, omnibus presbiteris civitatis laudunensis, salutem in Domino. Ad audienciam nostram nuper pervenit factum horribile in civitate laudunensi notorie perpetratum, quod dolentes referimus; videlicet quod nuper orta discordia inter *Tales* armigeros laudunensis diocesis ex una parte, et Johannem de Semilli civem et submajorem laudunensem ex altera, de verbis, et verbera prorumpendo hinc inde, prefati armigeri, et *Talis* clericus, ejusdem civis et fautorum suorum seviciam metuentes, ad majorem ecclesiam laudunensem ob tutelam suorum corporum confugerint, seque libertati et immunitati ipsius ecclesie in eadem ecclesia committentes, ad partem que in eadem ecclesia videbatur tucior secesserunt, ipsisque petentibus, per ministros ecclesie fuit locus ad partem in eadem ecclesia, sicut debuit, assignatus, videlicet in voltis, ubi pernoctaverunt; deinde cum die sequenti essent ibidem, hostio per quod ascenditur ad easdem voltas clauso, et firmato, pro periculo evitando, servientes communitatis, et multi ex illis per quos dicta communitas regebatur et regitur, post habitum inter se et alios de dicta villa colloquium et tractatum, custodes et insidiatores quamplures circumquaque ecclesiam predictam et claustrum ejusdem ecclesie deputarunt, et cum dicti armigeri et clericus inibi remanentes non exirent, a dictis custodibus et insidiatoribus tota nocte et die sequenti diucius expectati, dum ad horam nonam in ipsa ecclesia pulsaretur, porte civitatis clause fuerunt, seque collegerunt illi de dicta communitate; et ut amplius colligerentur, pulsate fuerunt campane dicte communitatis, qui in prefata ecclesia congregati pariter et collecti innumerosa multitudine, dum inibi celebrarentur divina, et irruentes in partem predictam, seram et alia ipsius hostii firmamenta non sine magno et tumultuoso impetu infregerunt, et ascenderunt superius, et dictos clericum et armigeros, manibus in eos appositis, nequiter pertraxerunt ad terram, et in eos plagas impo-

[1] Voir *Mart.*, II, 581, et le *Gall. christ.*, IX, 543.

Digitized by Google

suerunt in ipsa ecclesia usque ad non modicam sanguinis effusionem, et exinde violenter extraxerunt eosdem, dictam ecclesiam violando, libertatem ac immunitatem ejusdem nequiter infringendo, et invocando *communiam, communiam* publice; et clamando vocibus altis, cum gladiis et vi armata, trahentes eos per pedes et capillos, et multipliciter flagellantes, pertraxerunt per vicos et plateas dicte ville usque ante domum predicti civis, ubi stare coegerunt eosdem, predicta turba seu multitudine eos nichilominus insequente; et ibidem expositi ad tormentum, ab illis de turba qui eos percutere voluerunt ictus et percussiones subierunt, et percussi fuerunt tanquam signum ad sagittam, nunc de cultello, nunc de ense, nunc de pugno, nunc de palma, nunc de baculo, secundum illorum de turba diversimodas voluntates, decano, archidiacono, et clericis dicte ecclesie, et *Tali* serviente illustrissimi regis Francie, fraccioni dicti hostii, violacioni libertatis et immunitatis dicte ecclesie, necnon capcioni, extraccioni, vulneracioni, dictorum clerici et armigerorum, et aliis premissis, contra dictos effractores et violatores, quatenus fuit eis possibile, se opponentibus; et nichilominus unum de dictis armigeris carcerali prisonie communitatis predicte manciparunt, et mancipatum detineri fecerunt, continuando et prosequendo fascinus antedictum; qui armiger post paucos dies expiravit. Que premissa omnia et singula, tam notorie et nephandissime perpetrata, censentur et censeri debent factum et delictum non solum singularium personarum, sed eciam communitatis predicte, tum propter multitudinem delinquencium congregatam, tum propter predictam campanarum pulsacionem, tum propter dictarum portarum clausionem, tum propter predictum clamorem quo predicti delinquentes publice et vocibus altis *communiam* proclamabant, tum propter predictam in communem carcerem posicionem et detencionem, tum propter hoc quod dicta communitas, et illi qui eam regebant qui tunc in villa presentes erant, et premissa sciebant, seu scire poterant et debebant, nec ea poterant probabiliter ignorare, predictis delinquentibus nullatenus se opposuerunt, nec eos hoc facere prohibuerunt, cum tamen possent hoc facere et deberent, tum eciam propter hoc quod predicti servientes communitatis, et illi per quos communitas regebatur, seu major pars eorum, in predicto delicto opem, consilium, et auxilium,

prebuerunt, que premissa omnia et singula sunt adeo notoria et manifesta, et de premissis tanquam veris et notoriis nobis constat adeo quod non possunt in dubium revocari, nec aliqua tergiversacione celari; nos igitur, nolentes nec valentes, salva consciencia, tantum fascinus relinquere incorrectum, vobis mandamus quatenus citetis peremptorie coram nobis ad *talem* diem, uno edicto peremptorio pro omnibus, et ex causa, majorem, juratos, et communitatem ville laudunensis, visuros et audituros processum, et ea que intendimus ex officio nostro facere, statuere, precipere, et pronunciare super premissis, et pertinentibus ad eadem, contra communitatem predictam, cum intimacione debita et consueta; et quid inde feceritis, nobis fideliter rescribatis. In hiis autem exequendis alter vestrum alterum non expectet. Datum, etc.

CCCLXXVII. [Facta citacione, quid agendum?]

Facta igitur citacione, si non compareant, potest procedi et pronunciari; si vero compareant, legatur citacio, et exponatur eis factum in ea contentum; et si habeant aliquas excusaciones audiantur, alioquin sentencia non valeret; sed si audiantur excusaciones, licet super eis non admittatur probacio, nichilominus tamen si factum in veritate sit notorium, tenet sentencia; et si hoc probetur coram illo coram quo petitur sentencia pronunciari nulla, judicabitur sentenciam debere manere ratam; ut hec notat Innocentius *Extrav. de cohabitacione clericorum et mulierum, c. tua* [1], in ultima columpna; et dicit in eodem c., quod in quolibet notorio necessaria est citacio.

CCCLXXVIII. Pronunciacio super notorio.

Ann. 1291.

In nomine Domini, amen. Nos R. Dei gracia episcopus laudunensis, exposito procuratori dicte communitatis facto super quo dicta communitas est citata coram nobis, auditis hiis que dictus procurator voluit dicere et proponere coram nobis, de bonorum et jurisperitorum consilio, pronunciamus ea que in predictis litteris nostris citatoriis exprimuntur esse notoria. Item pronunciamus et decernimus communitatem laudunensem culpabilem extitisse, et esse, super contentis in litteris

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. II, c. 8.

Digitized by Google

antedictis; et in penam hujusmodi culpe, predictam communitatem interdicimus, et supponimus ecclesiastico interdicto, usque ad tempus nostro arbitrio moderandum; et nichilominus condempnamus dictam communitatem ad hoc quod dictam ecclesiam, ejus libertatem et immunitatem restaurent, seu restaurari faciant, et procurent, et ad hoc quod super tanto excessu nobis condignam prestent emendam, cujus taxacionem nostro arbitrio reservamus.

CCCLXXIX. [Judex procedere volens super notorio, se potest informare?]

Preterea sciendum est, quod judex volens procedere super notorio, se potest informare, et recipere testes ad informacionem suam, ante citacionem, vel ante pronunciacionem, eciam parte non vocata ad hoc.

Processus iste factus fuit de consilio parisiensium, laudunensium, et remensium peritorum.

CCCLXXX. [Utrum sentencia interdicti possit fieri, nulla monicione premissa?]

Preterea dubium fuit utrum sentencia interdicti possit fieri, nulla monicione premissa. Et videbatur quibusdam quod non, propter similitudinem que est inter suspencionem, interdictum, et excommunicacionem; *Extrav. de appellacionibus c. reprehensibilis,* et *c. ad hec quoniam* [1]; tamen finaliter omnes dixerunt contrarium in eo casu, quando fertur suspensio, vel interdictum, pro pena seu penitencia, ut notatur per Innocencium et Hostiensem *in dicto c. ad hec,* et *de excessibus prelatorum, c.* 1 [2].

CCCLXXXI. Supplicacio pro defuncto, ut absolvatur, et tradatur ecclesiastice sepulture.

Supplicat vobis Maria filia Johannis, ut cum idem J. laborans in extremis cesserit omnibus bonis suis, et omnia bona sua ad opus suorum creditorum in manibus S. matris ecclesie posuerit, et dimiserit, et se devestierit, et suum parrochialem presbiterum investierit de eisdem, et omnia sacramenta sua ecclesiastica, necnon sue absolucionis

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVIII, c. 26 et 37. [2] *Decretal.*, lib. V, tit. XXXI.

beneficium ab omnibus sentenciis excommunicacionis et aggravacionibus in eum latis, tanquam bonus catholicus, humiliter pecierit, ut vos eumdem J., licet defunctum, ab omnibus sentenciis excommunicacionis et aggravacionibus in eum latis, de mandato et auctoritate curie remensis, premissis mediantibus, absolvatis, et cadaver ipsius tradi faciatis ecclesiastice sepulture, parata vos de premissis, prout justum fuerit, informare; quod petit sibi fieri, et super hiis, quod justum fuerit, per vos statui et decerni.

CCCLXXXII. Littera concessionis tabellionatus officii. 15 juillet 1295.

In nomine Domini, amen. Manfredus filius et heres quondam domini P. Massei Alpherii de Interampno, venerabilibus et discretis viris decano et cantori ecclesie cathalaunensis, salutem in Domino sempiternam. Discrecioni vestre harum vrie [*sic*, veritate?] intimamus, nos ab excellentissimo domino nostro quondam Radulpho Romanorum rege, semper augusto, recepisse rescriptum communitum cum pendenti cyparo, seu sigillo cereo regalis colsitudinis (*sic*) in hac forma :

Radulphus Dei gracia Romanorum rex, semper augustus, universis sacri romani Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, graciam suam et omne bonum. Claret Imperii celsitudo decoris et splendidis irradiata fulgoribus, dum ministris stipatur ydoneis, et ipsius officia salutari fidelium devotorum regimine diriguntur. Et enim [*sic*, Est enim?] hec nostra salubris et tanta provisio, que pollentes personas libenter extollit, et erigit virtuositate prefulgidas, et circonspeccione preclaras, ut sicut ex glebe fecunditate letatur agricola, sicut ortolanus exultat ex flosculis, sic nos gaudeamus ex obsequencium culto continuo fructus expectati manipulos reportare. Ea propter nosse volumus universis (*sic*) tam posteros quam presentes, quod cum honestus et providus vir Paulus Johannis (*sic*) Messer (*sic*) Alferii de Interampne, dilectus familiaris et procurator noster, innate sibi a progenitoribus suis avite fidelitatis instinctu commonitus erga nos et romanum Imperium, incessanter eniteat graciosis operibus et obsequiis fructuosis, nos cupientes propter hoc ipsum prerogativa favoris et gracie prosequi singularis, eidem Paulo et suis heredibus plenam et liberam damus presencium serie potestatem tabellionatus et judicatus officia, vice nostra, et aucto- 6 janvier 1275.

ritate regia, concedendi, cum auctoritate prestandi tutores et curatores, interponendi decretum, prothocolla, et instrumenta similiter exemplandi, alimenta decernandi (*sic*), emancipandi, et (*sic*) ac universa et singula faciendi que ad predicta pertinere noscuntur persone, vel personis, quas eisdem officiis viderit congruentes; proviso tamen, quod priusquam ad ipsa assumantur officio [*sic*, officia?], juramentis fidelitatis debite, quod per Paulum et suos heredes ab ipsis exigi volumus, et prestari, sollempniter nobis nostrisque successoribus astringantur. In cujus rei testimonium presentes litteras exinde conscriptas majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum apud Norembech, VIII id. januarii, indiccione III, anno Domini millesimo CC. septuagesimo quinto, regni vero nostri anno tercio.

De quo quidem regali rescripto, auctoritate plenarii [*sic*, plenarie?] fame preconio divulgante, vir discretus magister Hugo de Gondricuria, perpetuus capellanus in ecclesia cathalaunensi predicta, certitudinaliter informatus, coram nobis accedens humiliter, supplicavit ut magistrum Jo. de Gondricuria fratrem suum, clericum, virum providum et discretum, cui, ut asseritur, morum honestas, conversacio vite laudabilis, litterarum sciencia, et alia merita suffragantur, ad tabellionatus officium promovere dignaremur. Volentes igitur personam ejusdem magistri Johannis prosequi prerogativa gracie singularis, eidem Johanni de tabellionatus officio et honore, cum plenaria potestate, ipsum officium locorum ubilibet libere fideliter et legaliter exercendi, testes recipiendi, acta prothocolla, litteras et instrumenta exemplandi, et publicandi predicta, et universa et singula que ad ipsum spectant officium totaliter faciendi, auctoritate regia qua fungimur, duximus providendum; investientes prefatum magistrum Hugonem de ipso officio, nomine Johannis, et pro ipso, per pennam, calamarium, atque cartam. Verum quia prefatum officium non consuevit nec debet per aliquem exerceri, nisi primitus examinatus extiterit, ydoneusque repertus, prestiterit fidelitatis debite solitum juramentum, de discrecione, industria, ac fidelitate vestra confisi, vobis, et cuilibet vestrum, hac vice, quantum ad examinacionem dicti Johannis, et juramenti predicti recepcionem, missionemque ipsius officii in corporalem possessionem, auctoritate predicta comittimus vices nostras, concedentes ex nunc, prout ex

Digitized by Google

tunc, eidem Johanni per presentes, ut postquam super premissis inventus per vos, vel alterum vestrum, fuerit ydoneus, prestiteritque fideliter juramentum, officium locorum ubilibet libere fideliter et legaliter exerceat memoratum, mittentes nichilominus, vos, vel alter vestrum, eumdem Johannem in corporalem possessionem officii supradicti, vice nostra. Ad quorum roboracionem et omnium plenam fidem per infrascriptum Walterum tabellionem nostrum, fieri fecimus presens scriptum, et in eodem de verbo ad verbum prelibati rescripti regii tenorem fideliter exemplatum inseri fecimus, et conscribi, et concessionis officii et commissionis antedictarum presens previlegium, seu scriptum, per eumdem tabellionem publicari mandavimus, et nostri sigilli, quo ad previlegium utimur, appensione muniri. Actum Anagnie, in hospicio habitacionis predicti Manfredi, presentibus donno Nicholao de Scocia, monacho monasterii de Crosscegñ. zalisg. diocesis, magistris Johanne de Piperno domini pape scriptore, Angelo de Interamne majori, Johanne dicto Flamainne de Cathalauno, et Manno Bartholomei de Anagania, testibus ad hoc vocatis et rogatis. Anno nativitatis Domini M° CC° nonagesimo quinto, indiccione octava, pontificatus domini Bonifacii pape octavi, anno primo, quintadecima die mensis julii.

Ego Walterus de Armella, clericus virduuensis diocesis, imperiali auctoritate publicus notarius, predicte concessioni, provisioni, investiture, commissioni, et omnibus aliis predictis presens interfui, et de mandato predicti domini Manfredi premissa manu propria scripsi et publicavi, et tenorem rescripti regii predicti fideliter ascultatum, de verbo ad verbum, hic inserui et conscripsi rogatus.

CCCLXXXIII. Supplicacio ut fiat ordinacio fructuum beneficii, et absolvatur beneficiatus.

Cum B. canonicus *Talis* ecclesie debeat *Tali* tantum, et *Tali* tantum, et ipse non possit eis satisfacere, nisi de fructibus sue prebende; supplicat vobis idem B., quatenus fructus sue prebende faciatis converti in solucionem dictorum debitorum, reservata sibi sufficienti porcione eorumdem fructuum pro victu suo necessario dumtaxat; ita quod dicta ecclesia non fraudetur servicio ipsius B., et cultus divinus non diminua-

tur; inhibentes dictis creditoribus, ne occasione dictorum debitorum, ipsum impediant seu molestent, quominus possit divinum officium exercere.

CCCLXXXIV. Littera facta super ordinacione bonorum, et inhibicio creditoribus facta ne debitorem molestent.

Universis, etc. Noverint universi, quod B. canonicus *Talis* ecclesie, nobis humiliter supplicavit, quod cum ipse teneretur et teneatur quibusdam creditoribus obligatis (*sic*), videlicet *Tali* tantum, et *Tali* tantum, et ipse non possit, ut asserit, satisfacere, etc.; nos autem creditores predictos citari fecimus pluries coram nobis ad videndum et audiendum supplicacionem predictam, et ad procedendum super hiis et ea tangentibus, ut jus esset; predicti siquidem *Talis* et *Talis* coram nobis personaliter comparentes, voluerunt et consenserunt quod nos super premissis ordinemus quicquid rœcionabiliter viderimus ordinandum, ceteri vero creditores supradicti, ter citati, non comparuerunt, sed contumaces fuerunt, prout in litteris curie remensis super hoc confectis plenius continetur; nos igitur de contentis in dicta supplicacione sufficienter, et prout decuit, informati, super hiis sic duximus ordinandum: videlicet quod dimidia pars fructuum prebende dicte convertatur in solucionem dictorum debitorum, et aliam dimidiam percipiat dictus canonicus pro victu suo dumtaxat, donec dicta debita erunt integraliter persoluta; hinc est quod *Tali* presbitero damus tenore presencium in mandatis, ut dimidiam fructuum prebende predicte saisiat, et percipiat, vice et auctoritate nostra, ad opus dictorum creditorum, et eam convertat in solucionem dictorum debitorum, prout viderit racionabiliter faciendum, quousque dicta debita fuerint persoluta; permittens ipsum canonicum aliam dimidiam percipere libere pro victu suo. Mandamus eciam omnibus presbiteris civitatis et diocesis remensium qui super hoc fuerint requisiti, ut ipsi, auctoritate curie remensis, inhibeant dictis creditoribus, quociens opus erit, ne occasione dictorum ipsum impediant, seu molestent, quominus possit libere divinum officium exercere. Et quid inde fecerint nobis rescribant. Datum.

Digitized

CCCLXXXV. Littera de societate contracta inter clericos pro conservacione ecclesiastice libertatis.

Universis, etc. Notum facimus quod anno *tali*, die *tali*, et in *Tali* loco, coram *Talibus* notariis, etc., propter hoc personaliter constituti *Tales* clerici, pro se, et suis adherentibus, et adherere volentibus in hac parte, nunc et in futurum societatem, unionem, communionem et universitatem inter se fecerunt, inierunt, et constituerunt ad tuicionem, deffensionem, et conservacionem sue et ecclesiastice libertatis, et omnium clericorum civitatis et diocesis remensium, et jurium ac bonorum suorum, et specialiter super tallis, collectis, honeribus extraordinariis, angariis, et parangariis, et aliis illicitis exaccionibus quibuscumque, eisdem clericis, vel alicui eorumdem, seu eorum bonis impositis, vel imponendis, a quibuscumque personis; volentes et concedentes quod ipsi, et quilibet eorum, in premissis deffendantur et sustineantur suis communibus sumptibus et expensis; promittentes omnes et singuli, bona fide, se premissa firmiter tenere et in eis constanter perseverare, et contribuere secundum vires facultatum suarum in sumptibus et expensis occasione premissorum factis et faciendis. Et quia difficile est eos omnes convocare in unum quociens opus esset, idcirco ipsi omnes, et singuli, ac eciam societas, unio, communitas, et universitas predictorum, coram predictis notariis, viros discretos *Tales* suos constituerunt, fecerunt et ordinaverunt rectores et procuratores, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis ad promovendum et prosequendum premissa, et ea tangencia, pro dictis universitate, communitate et clericis, et sibi adherentibus, et eorum quolibet; dictis rectoribus et procuratoribus, et cuilibet eorum, [dantes?] potestatem et speciale mandatum agendi, deffendendi, litem contestandi, jurandi, ponendi, posicionibus respondendi, beneficium absolucionis et in integrum restitucionis, si opus fuerit, petendi, et impetrandi; dantes eciam eisdem potestatem, et speciale mandatum, peccunias mutuo recipiendi pro ipsis, ipsosque constituentes, et eorum quemlibet, eorum bona, et cujuslibet eorum, propter hoc creditoribus obligandi, predictis constituentibus, et eis adherentibus, et eorum cuilibet, imponendi semel, vel pluries, quo-

cieus opus erit, pro dictis sumptibus et expensis, prout viderint expedire. Et tenebuntur ipsi constituentes, et eorum quilibet, solvere, et se soluturos promiserunt, bona fide, dictis rectoribus et procuratoribus, vel eorum mandato, sine mora, quicquid sibi propter hoc fuerit impositum ab eisdem, vel saltem a tribus, vel duobus, eorum; obligantes propter hoc dicti constituentes, et eorum quilibet, ipsis rectoribus et procuratoribus se, et sua, promittentes quod contra non venient, nec procurabunt venire, et quod non dicent, neque proponent immoderatam sive injustam esse imposicionem seu taxacionem; ratum et gratum, etc., promittentes, etc. Nos autem officiales predicti. attendentes, causa cognita, premissa facta esse bona intencione, ad conservacionem ecclesiastice libertatis, eisdem auctoritatem nostram interponimus et decretum. In cujus. etc. Datum.

25 septembre 1295.

CCCLXXXVI. Citacio personalis contra abbatem S. Remigii impetrata.

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano, et Galchero de Novilla canonico, ecclesie remensis, salutem et apostolicam benediccionem. Exposuit nobis dilectus filius Garinus de Spinalo monachus monasterii S. Remigii remensis, quod ipse quem dicti monasterii ubera spiritualiter et temporaliter diucius lactaverunt, non sine amaritudine multa conspiciens quod ipsius monasterii bona, sub Johannis abbatis, ejusdem notabili negligencia, et ignavia notabiliori, dilapidabantur enormiter, ac distrahebantur enormius, ipsaque, tanquam carencia deffensoris, obsequioso solacio dissipabat passim iniquitas invasorum, spiritualia quoque laxabantur in eo, et nervus regularis observancie rumpebatur, ac condicio jugiter vergebat in deterius monasterii memorati, hoc venerabili fratri nostro archiepiscopo remensi in spiritu lenitatis denunciavit humiliter, et denunciando super illis abbatem accusavit eumdem. Idem vero archiepiscopus certificatus quod idem monachus zelo in hac parte justicie ducebatur, dictum abbatem super hoc pluries, certis ei terminis assignatis, fecit ad suam presenciam evocari. Verum idem abbas calliditatis ductus consilio, tanquam male sibi conscius, pretendens quod optentu peregrinacionis disposuerat sedem apostolicam visitare, ejusdem sedis super hiis et

aliis hujus[modi?] negocium contingentibus totaliter subiturus examen, dicto archiepiscopo super hoc litteras excusatorias destinavit. Sed idem archiepiscopus, advertens prudenter quod hujus[modi?] excusacio ficcionis erat fermentata veneno, illam non admisit; sed reputavit eum, ut debuit, contumacem. Cumque postmodum idem archiepiscopus ad prosecucionem hujus negocii eidem monacho, qui proprium non habet, de bonis ipsius monasterii expensas necessarias decrevisset, tandem in dictum abbatem, et ejus officiales, quia illas eidem monacho ministrare indebite recusarunt, auctoritate propria excommunicacionis sentenciam promulgavit, quam dictus abbas aliquamdiu sustinuit animo indurato. Postremo vero dictus monachus a dicto archiepiscopo humiliter supplicavit, ut dictum abbatem propter hujus[modi?] suas contumacias canonica pena puniret, et de expensis quas pretextu contumacie hujus[modi?] fecerat sibi ab eodem satisfieri faceret competenter. Et quia dictus archiepiscopus eumdem monachum, qui hujusmodi negocium de licencia prosequebatur ejusdem, audire super hoc contra justiciam denegavit, ipse ad sedem apostolicam appellavit, cujus appellacioni dictus archiepiscopus detulit reverenter. Nos itaque super hoc eidem monasterio paterno compacientes affectu, ac propterea volentes ejus precavere dispendiis, et statui per viam justicie salubriter providere, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, ver alter vestrum, predictum abbatem ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra duos menses post citacionem vestram, personaliter compareat coram nobis, facturus et recepturus super hoc quod ordo dictaverit racionis. Diem vero citacionis, et formam, ac quicquid inde feceritis nobis per vestras litteras vestris signatas sigillis fideliter intimetis. Datum Anagnie, VII kalend. octobris, pontificatus nostri anno primo.

CCCLXXXVII. Privilegium ecclesie laudunensis [1]. 28 mai 1262.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano et capitulo ecclesie laudunensis, salutem et apostolicam benediccionem. Laudabile reputantes non solum offerre [*sic*, efferre ?] laudibus laudunensem ecclesiam, in qua diu laudavimus, dum in minoribus agere-

[1] Cette bulle a déjà été publiée, mais d'une manière peu correcte, par Marlot, II, 551.

Digitized by Google

mus, regem celorum et dominum, sibique devocioni[s] impendimus servitutem, sed specialibus eam beneficiis et graciis laudabiliter exaltare, ad id inter alia vertimus nostre consideracionis intuitum, et apostolice diligencie studium adhibemus, ut multis et magnis ipsam attollamus favoribus, et honorabilibus ac precipuis previlegiis muniamus. In hac etenim, grato Dei habitaculo, longa percurrimus tempora, et ibi ecclesiasticis officiis obsequiisque divinis nostram mancipavimus juventutem. Hec, inquam, ecclesia nos olim per nostre successus etatis fovit ut mater, pavit ut nutrix, protexit ut tutrix, edocuit ut magistra, et sicut benefica honoravit; hec statum nostrum primulum primo canonicatus prebendeque beneficio, et postea officio archidiaconatus adauxit; ibi nostra studia suos primos habuere profectus, ibi suscepimus nostrorum honorum premicias, indeque ad ecclesias alias gradatim processimus, ascendendo semper per processum hujusmodi, provehente Deo, cathedram alciorem. Suavis quidem est ipsius ecclesie nobis memoria, et mira sui dulcedine reficit et exuberat mentem nostram. Sed ecce, nobis ad apicem summi pontificatus divina operacione promotis, ipsa eadem ecclesia que nobis mater extiterat, nostra filia est effecta, sumusque nostre nutricis constituti pastores; et ipsa que nos olim multipliciter honoraverat, nunc grandes honores de nostra munificencia prestolatur. Unde cum eam benivolencia paterna respicimus, mox in nobis ille filialis antiqus quem gerebamus ad ipsam resultat affectus, sicque simul eamdem et filiam et matrem agnoscimus, modo filiam, dudum matrem. Si ergo ei, sicut filie, beneficencie dexteram aperimus, paternam tantum affeccionem exequimur, et si specialia procuramus commoda, velut matri filialis sinceritatis solummodo debitum adimplemus. Ut igitur ipsi ecclesie, secundum utrumque affectum, plenarie satisfiat, convenit ut nos sibi juxta geminam caritatem in habundancia beneficiorum senciat graciosos. Digne itaque dictam ecclesiam, secundum dilleccionis affluenciam qua ipsam amplectimur, favoris multitudine prosequentes, et volentes eamdem nobili previlegio insignire, universitati vestre per apostolica scripta indulgemus ut in omnes qui ejusdem ecclesie bona, sive que ad vos communiter, sive que ad aliquem vel aliquos vestrum specialiter, aut ad capellanos, sive clericos, vel homines

de corpore predicte ecclesie, aut quoscumque alios racione ipsius ecclesie pertinent, invaserint, vel occupaverint, aut rapuerint, se [*sic*, seu?] predati fuerint, vel vos, aut capellanos, sive clericos, vel homines, sive alios predictos, vel aliquem ex vobis, vel ipsis, super hujusmodi bonis molestare, seu vobis, aut eis injuriari, presumpserint, postquam de hiis, vel per confessiones ipsorum, vel alias legitime, vobis, quibus cognoscendi auctoritatem in hac parte concedimus, constiterit, nisi canonice a vobis commoniti, satisfaccionem de hiis exhibuerint competentem, possitis libere, sive clerici fuerint, sive laici, appellacione remota, censuram ecclesiasticam exercere, non obstante quacumque apostolica indulgencia quibuscumque concessa quod excommunicari aut interdici nequeant, vel suspendi; ac si sano usi consilio satisfaccionem impenderint, prolatas propter hoc a vobis in ipsos sentencias, juxta formam ecclesiasticam, relaxare, necnon uni, vel duobus, aut tribus ex vobis, quociens videritis expedire, committere in hiis vices vestras. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc actemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Viterbii, v kalend. junii, pontificatus nostri anno primo.

CCCLXXXVIII. Sequitur questio.—Utrum uxor possit agere contra maritum ad hoc quod secum cohabitet, et ipsam maritali affectione pertractet; et utrum hec peticio sit obscura; et utrum possit supplicare quod sibi provideatur de bonis communibus; et utrum maritus possit opponere contra uxorem quod bona habeat; et utrum oppositione pendente et dubio debeat uxor provideri.

Uxor agebat coram officialibus remensibus contra maritum, super eo quod recusabat injuste cohabitare cum ea, et ipsam affectione maritali tractare; unde petebat eum condempnari ad hoc quod ei cohabitaret tanquam uxori et eam affeccione maritali tractaret, officium judicis implorando. Opponebatur quod ista peticio nullo jure fulcitur;

item quod erat obscura cum non declaretur in quo, seu qualiter, recusat cohabitare, seu maritali affeccione tractare. Respondeo quod ymo jure fulcitur; *Extrav. de sponsalibus, ex litteris* II [1]; *de officio delegati, causam matrimonii* [2]; *de restitucione spoliatorum, litteras, in fine* [3]; *de sponsalibus, cum locum* [4]; *de procuratoribus, accedens* [5]; *de divortiis, porro* [6]; *de eo qui cognovit consanguineam, super eo* [7]. Item potest induci *l. equissimum* [8] que dicit quod ad officium judicis pertinet quod non permittat partes ad rixas seu arma venire. Item Innocencius dicit in *c. ex parte, de restitutione spoliatorum* [9] quod mulier non restituitur viro, nisi carnalis copula intervenerit, sed agitur officio judicis ut faciat eam exhibere ea que sponsa debet exhibere viro. Item respondeo ad illud quod dicitur peticionem obscuram [esse?]; nam sive sit accio generalis, sive universalis, sive singularis, sufficit exprimere in libello rem que petitur, et causam petendi, eciam in personalibus : ut notat plene de istis Innocencius *de officio ordinarii, conquerente* [10], et *glos. ord. de libelli oblatione, c.* 2 [11]. Et in peticione nostra satis exprimitur, scilicet quod cohabitet, et affeccione maritali pertractet, et ex qua causa, quia est uxor, et quia maritus recusat injuste, etc. Item Innocencius notat, *Extrav. de sepulturis, c. certificari* [12] : Si ego rector [i?] ecclesie dicam sic : Dico michi jus habere canonicam porcionem de relictis omnium sepultorum in ecclesia tua, et ideo peto declarari per sentenciam a (*sic*) te ad hoc michi teneri, et ut compellaris michi restituere ea que jam percepisti; [dico?] quod in casu isto non cogor exprimere a principio nomina sepultorum, nec ea que percepisti, sed in prosecucione cause. Item si episcopus petat jus episcopale in ecclesia sita in sua diocesi, valet peticio; *de religiosis domibus, constitutus* [13]; et nota *de officio ordinarii, conquerente* [14].

Nota. Item mulier supplicavit sibi decerni expensas necessarias ad prosecucionem dicte cause de bonis communibus que maritus habet

[1] *Decretal.*, lib. IV, tit. I, c. 10
[2] *Ibid.*, lib. I, tit. XXIX, c. 16.
[3] *Ibid.*, lib. II, tit. XIII, c. 13.
[4] *Ibid.*, lib. IV, tit. I, c. 14.
[5] *Ibid.*, lib. I, tit. XXXVIII, c. 10.
[6] *Ibid.*, lib. IV, tit. XIX, c. 3.
[7] *Ibid.*, lib. IV, tit. XIII, c. 5.
[8] *Digest.*, lib. II, tit. I, l. I.
[9] *Decretal.*, lib. II, tit. XIII, c. 14.
[10] *Ibid.*, lib. I, tit. XXXI, c. 16.
[11] *Ibid.*, lib. II, tit. III.
[12] *Ibid.*, lib. III, tit. XXVIII, c. 9.
[13] *Ibid.*, lib. III, tit. XXXVI, c. 6.
[14] *Ibid.*, lib. I, tit. XXXI, c. 16.

Digitized by Google

penes se. Proposuit maritus quod habebat mulier bona de quibus poterat prosequi causam suam. Mulier hoc negavit, et iterum supplicavit, dubio pendente, sibi decerni et ministrari expensas. Quod hec ultima supplicacio debeat admitti, probatur per legem *ff. de ventre in possessionem mittendo, l.* 1 [1].....

CCCLXXXIX. Littera de resignacione parrochialis ecclesie facta in manu prelati, seu ejus vices gerentis; et de certa pensione assignata resignanti super redditibus ejusdem, et de collacione ipsius ecclesie alii facta. Vers 1300.

Universis presentes litteras inspecturis, *Talis* prior, vices gerens in hac parte reverendi patris domini remensis archiepiscopi, salutem in Domino. Noveritis nos ejusdem domini archiepiscopi recepisse litteras in hec verba :

R. miseracione divina remensis archiepiscopus, *Tali* priori, salutem et sinceram in Domino caritatem. Cum sicut intelleximus N. presbiter rector parrochialis ecclesie *Talis* loci remensis diocesis, proponat ex causa dictam suam parrochialem ecclesiam libere resignare, vobis damus tenore presencium liberam potestatem dictam resignacionem vice nostra recipiendi, et de annua pensione congrua super redditibus ipsius ecclesie eidem presbitero, quamdiu vixerit, providendi, ipsamque ecclesiam sic vacantem persone ydonee, vobis ad eam primitus presentate, ista vice conferendi. Nos enim quantum ad premissa omnia et singula et ea tangentia vobis committimus vices nostras, et hoc omnibus quorum interest tenore presencium nunciamus. Datum, etc.

Vacante igitur predicta ecclesia per liberam resignacionem factam vice et nomine dicti N., quondam rectoris ejusdem, per *Talem* procuratorem ejus habentem ad hoc potestatem per litteras quarum tenor talis est :

Universis presentes litteras inspecturis, officiales remenses salutem in Domino. Noverint universi quod coram nobis propter hoc personaliter constitutus N., rector parrochialis ecclesie *Talis* loci, *Talem* suum

[1] *Digest.*, lib. XXXVIII, tit. IX.

Digitized by Google

fecit et constituit procuratorem specialem ad resignandum pure et libere in manu *Talis* prioris, etc., vices gerentis, etc., predictam parrochialem ecclesiam, et quicquid juris in ea noscitur obtinere, ratum et gratum habiturus quicquid per ipsum procuratorem super hujus negocio actum fuerit, seu eciam procuratum. In cujus, etc. Datum, etc.

in manu nostra, et a nobis admissam; nos eamdem parrochialem ecclesiam sic liberam et vacantem honerantes ex nunc, et ex causa, in xx libris annue pensionis solvende dicto N., quamdiu vixerit, a rectore ipsius ecclesie qui pro tempore fuerit duobus terminis *talibus*, G. de *Tali* loco nobis ad eamdem ecclesiam primitus presentato sufficienter per litteras *Talis* abbatis ad quem jus patronatus ipsius ecclesie dignoscitur pertinere, quarum tenor talis est :

Religioso viro *Tali* priori vices gerenti, etc., *Talis* abbas, salutem in Domino. Ad *Talem* parrochialem ecclesiam vacantem per liberam renunciacionem *Talis* quondam rectoris ejusdem cujus jus patronatus ad nos pertinet, vobis G. de *Tali* loco tenore presencium presentamus, supplicantes vobis quatenus ipsum admittatis ad eam, et ipsam cum cura ejusdem sibi conferatis, et in corporalem possessionem cum juribus et pertinenciis ejus inducatis. Datum.

sic honeratam conferimus, intuitu pietatis; et sibi de ea providemus, ipsumque de eadem per nostram cirothecam corporaliter investimus; mandantes *Tali* decano ut prefatum G. in corporalem possessionem dicte ecclesie cum omnibus suis juribus et pertinenciis inducat, prout moris est; salva tamen pensione supradicta. In cujus rei, etc. Datum, etc.

CCCXC. Littera de annuo redditu dato moniali.

Universis presentes, etc. Vix aut nunquam decipitur cujus fervor spei in Domino solidatur; et qui domus Dei decorem diligit et ampliat, eterne beatitudinis sibi gaudia thesaurisat. Inde est quod nobiles domicelle *Tales*, considerantes illud Job : « Breves dies hominis sunt et vita « humana labilis et caduca, » ac illud Daviticum : « Elegi abjectus esse « in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum, » totum sue spei fervorem in Domino solidantes, ac prudenter attendentes summam nobilitatem et beatitudinem esse Christo suo creatori in

Digitized by Google

perpetuum famulari, eidem, voluntate sua propria, voverunt in ecclesia *Tali* deservire perpetuo sub habitu regulari. Cum autem dicta ecclesia tanta multitudine sororum ibidem Deo serviencium sit oppressa quod ad earum sustentacionem proprie non sufficiant facultates, nisi ab earum amicis subveniatur eisdem; cum non sit ejus certa dileccio nec satis integra qui amicum suum considerat oppressum inedia, nec se prestat inedie subventorem; et cum balsamus non possit odorem celare proprium, nec suum in gravi tempore possit celare vera dileccio juvamentum, ea propter notum facimus universis, quod coram *Tali*, etc., propter hoc personaliter constituti *Tales* parentes dictarum domicellarum, nolentes eas a Christi servicio retrahere, sed attendentes melius eis esse viam veritatis nullatenus agnovisse, quam post agnitam retroire, ob animarum suarum remedium, dederunt et assignaverunt eis in puram elemosinam *talem* annuum redditum, etc.

CCCXCI. Littera de loco converse dato a capitulo remensi in hospitali suo. 11 avril 1301.

Universis presentes litteras inspecturis, J. prepositus, N. decanus, J. cantor, ceterique remensis ecclesie fratres, salutem in Domino. Noverint universi, quod nos intuitu pietatis, necnon ad preces dilecti concanonici nostri Eustachii de Conflans, concedimus Maressone filie magistri Guillelmi de Claro-Monte clerici, advocati, locum unius converse in hospitali nostro B. Marie remensis cum prebenda consueta ibidem mulieribus assignari, eidem M. quamprimum ad id se facultas obtulerit assignandum; promittentes bona fide, quod contra premissa non veniemus in futurum. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini M. CCC. primo, feria tercia post dominicam qua cantatur : *Misericordia Domini*.

CCCXCII. Peticio edita super forismaritagio.

Coram vobis, domine judex, proponit in jure procurator ecclesie S. Petri de Avenaio, procuratorio nomine, contra *Talem*, quod cum idem reus esset et sit homo de corpore dicte ecclesie, et eidem servili condicione forismaritagii astrictus, ipse reus contraxit matrimonium

Digitized by Google

cum *Tali* alienigena, non subdita dicte ecclesie, sine licencia abbatisse ipsius ecclesie; propter quod dicta ecclesia debet habere medietatem omnium bonorum que habebat dictus reus tempore quo contraxit matrimonium predictum, et dictam medietatem debet idem reus tradere tanquam suam, de consuetudine notoria dicte ecclesie et ville predicte, in qua dictus reus extitit oriundus; et premissa, vel eorum aliqua, dictus reus legitime recognovit, et super hiis fuit et est publica vox et fama. Quare petit dictus procurator nomine quo supra, dictum reum sibi per vos sentencialiter condempnari ad hoc quod medietatem dictorum bonorum eidem actori tradat et deliberet tanquam suam, causis et racionibus antedictis.

CCCXCIII. Monicio *nisi causam*, facta contra subditos suffraganeorum super salario advocati, notarii, et procuratoris.

Officiales remenses, omnibus presbiteris civitatis et diocesis ambianensium, salutem in Domino. Cum in causa que coram nobis extitit agitata in curia remensi, inter Ticium et Seium, *Tales* advocatus, notarius, et procurator, eidem Ticio prestiterint coram nobis consilium, patrocinium, et auxilium, prout ad officium cujuslibet pertinebat, supplicarunt nobis, ut eorum salaria pro premissis competenter taxemus eisdem, secundum eorum merita ac consuetudinem fori nostri, et ad satisfaciendum eis de dictis salariis ipsum Ticium, prout justum fuerit, compellamus; maxime cum hec fieri debeant de consuetudine curie remensis, et hec sint adeo notoria et manifesta, quod non possunt aliqua tergiversacione celari. Nos igitur, attenta consuetudine curie remensis que quantum ad salarium talium personarum in talibus casibus viget et viguit ab antiquo, vobis omnibus et singulis, auctoritate curie remensis, precipiendo mandamus quatenus moneatis eadem auctoritate dictum Ticium, ut infra octo dies post monicionem sibi factam, dictis *Talibus* satisfaciat de premissis, alioquin ipsum, quem ob hoc ex nunc in hiis scriptis excommunicamus, excommunicatum a nobis publice nuncietis, nisi causam contra hoc voluerit allegare; quo casu, citetis eum peremptorie coram nobis Remis ad *talem* diem, contra predictos *Tales* causam suam allegaturum, et visurum taxacionem nostram super salariis antedictis, et ad procedendum super hiis, et ea

tangentibus, ut jus erit, cum intimacione debita et consueta; et quid inde, etc. In hiis autem, [etc.]. Officiali vero ambianensi damus tenore presencium in mandatis, ut vos ad exequendum premissa censura qua convenit, si opus fuerit, compellat. Datum, etc.

CCCXCIV. Peticio ut dimittatur delacio clericalis tonsure.

Coram vobis, domine judex, proponit in jure procurator *Talis* ecclesie contra *Talem*, quod cum idem reus esset et sit homo de corpore dicte ecclesie ea condicione astrictus quod tonsuram clericalem assumere non poterat nec debebat, nisi petita licencia et obtenta ab abbate et conventu dicte ecclesie, nichilominus idem reus injuste, in prejudicium dicte ecclesie, clericalem tonsuram assumpsit, et deffert de facto, absque licencia dictorum religiosorum, quam tenetur dimittere, et ab ejus delacione cessare omnino, tam de jure, quam de usu et consuetudine approbatis; et premissa, vel eorum aliqua, dictus reus legitime recognovit, et ea sunt notoria et manifesta, et super hiis fuit et est publica vox et fama. Quare petit dictus procurator per vestram sentenciam declarari reum predictum fuisse et esse hominem de corpore dicte ecclesie, et ipsum predicta condicione astrictum, eumque injuste assumpsisse et defferre clericalem tonsuram, ac ipsum sibi per vos sencialiter condempnari ad hoc quod dictam tonsuram dimittat, et ab ejus delacione cesset omnino, causis et racionibus antedictis.

CCCXCV. Sequitur quedam questio bona. — Utrum officialium remensium officium finiatur per mortem archiepiscopi, et utrum si idem (*sic*) officiales substituantur post mortem archiepiscopi per capitulum, qui erant ante potuerunt uti commissione sibi facta per archiepiscopum jam defunctum.

Quidam clerici impetraverunt litteras a papa super provisionibus sibi faciendis de beneficio, et dato super hoc executore archiepiscopo remensi qui commisit vices suas officialibus suis remensibus, donec eas, etc. Qui officiales inceperunt cognoscere. Postea decessit archiepiscopus. Juridiccione ordinaria devoluta ad capitulum per obitum archiepiscopi, capitulum eosdem officiales posuit in officio. Querebatur numquid possint ulterius procedere in dictis provisionibus? Dicebant ali-

qui quod sic, quia archiepiscopus commiserat vices suas officialibus suis nominibus non expressis; et sic officio commisisse videbatur, et officium semper durat, et est idem; *ff. de officio proconsulis, meminisse* [1]. Dicebam contrarium pluribus racionibus: primo quia archiepiscopus commisit officialibus suis, et isti non sunt ejus officiales, sed capituli. Item si testator legaverit mihi usufructuum (*sic*) edium, et corruerint, vel exuste sint, vel si demolitis testator novas restituerit, non habebo usufructuum; simile hoc. Ut officiales isti repositi in officio per capitulum non habeant jurisdiccionem auctoritate apostolica super dictis provisionibus, arguit *ff. quibus modis ususfructus amittitur, l. repeti*, §. *rei mutacione*, et *l. quid tamen, circa principium* [2]. Nec obstat *de servitutibus urbanorum predium, l. servitutes*, §. *si sublatum* [3], quia ille §. loquitur in realibus, et nos loquimur in personalibus; nam dicti clerici non habent jus reale in beneficiis, sed personale, ut sibi provideatur. Item potest dici quod officium officialatus non est perpetuum, et sic totaliter extinguitur per mortem archiepiscopi; nam non habet hujus aliquos redditus perpetuos. Item officiales possunt institui, et destitui, et tociens quociens; ergo, etc. Ar[gumenta?] eorum [sunt?] que notant domini Innocencius et Hostiensis de dignitatibus et personatibus, *Extrav. de prebendis, de multa* [4]; per que pronunciatum fuit pro decano remensi contra capitulum S. Nutricis, quod thesaurarius S. Thimotei non poterat esse judex auctoritate apostolica, ut supra, proxima columpna [5]. Istam dubitacionem miserunt officiales ad sedem apostolicam.

CCCXCVI. Item alia questio sequitur. — Numquid si episcopus commiserit omnes causas sibi a sede apostolica committendas, valet hec commissio.

Quidam episcopus volens ire longe, dixit officiali suo : Committo tibi cognicionem et decisionem omnium causarum michi a sede aposto-

[1] *Digest.*, lib. I, tit. XVI, l. 10.
[2] *Ibid.*, lib. VII, tit. IV, l. 5, §. 2 et l. 10.
[3] *Digest.*, lib. VIII, tit. II, l. 20, §. 2.
[4] *Decretal.*, lib. III, tit. V, c. 28.
[5] Ce passage prouve que le copiste de notre manuscrit a complétement interverti l'ordre des matières, tel qu'il était établi dans le manuscrit original. La question à laquelle renvoie l'auteur n'est point, comme le dit ici le texte, *dans la colonne la plus prochaine*, mais elle se trouve *soixante* colonnes plus haut; c'est celle que nous avons publiée page 197, sous le n° CCLXVIII.

Digitized by Google

lica delegandarum, quamdiu ero absens. Queritur an valeat hec commissio? Videtur quod sic, quia mandatum procuratoris, et juridiccio, parificantur; *ff. de juridictione omnium judicum, l. more, et quia die.* [sic, *nec?*] [1]. Contra ar[guit?] *Extrav. de ecclesiis edificandis* [2], ubi dicitur, quod privilegium non potest concedi canonicis qui nondum sunt instituti in ecclesia, et ar[gumenta?] jurium ibidem allegatorum. Item judicia non debent esse in pendenti, nec super futuris; *ff. de judiciis, non quemadmodum* [3]. Item littere apostolice impetrate ad futuras controversias non valent : *Extrav. de rescriptis, c. quia nonnulli* [4]; et eadem racio que moveret, etc., ut in *c. super litteris* [5] in fine.

CCCXCVII. Utrum si ecclesie concedatur privilegium perpetuum jurisdictionem excercendi, et conservacio, finiatur per mortem concedentis hujusmodi conservacio, sicut in ecclesia cathalaunensi est videre.

Nicolaus papa IIII concessit decano et capitulo cathalaunensis ecclesie, ut ipsi in manifestos occupatores bonorum ad ecclesiam, canonicos, capellanos, et clericos ejusdem, communiter vel divisim spectancium, et notorios malefactores ipsorum, monicione premissa, excommunicacionis, suspensionis et interdicti sentencias promulgare, et eos absolvere [possent?]. Item Bonifacius, qui nunc est, fecit quamdam constitucionem que est *de officio delegati* [6], quod juridiccio conservatoria morte mandatoris expirat, re integra. Modo queritur numquid dicta juridiccio, seu conservacio, data dictis decano et capitulo expiraverit? Dico quod non; quia dicta juridiccio est de ipso privilegio, et privilegium perpetuum est; ergo juridiccio que inest ipsi privilegio perpetua est racione idemptitatis seu connexitatis. Et ad hoc facit *Extrav. de officio ordinarii, irrefragabili* [7]; et *de hereticis, ad abolendam* [8], in quibus non perit juridiccio delegati morte mandatoris,

[1] *Digest.*, lib. II, tit. I, l. 5 et 6.
[2] *Decretal.*, lib. III, tit. XLVIII, c. 5.
[3] *Digest.*, lib. V, tit. I, l. 35.
[4] *Decretal.*, lib. I, tit. III, c. 43.
[5] *Ibid.*, c. 20.
[6] Ce passage nous indique l'époque où notre manuscrit a été rédigé. La constitution de Boniface VIII, dont il est ici question, forme le titre XIV du livre Ier du *Sexte*, et le c. qu'indique notre texte est le c. XV, écrit en 1299.
[7] *Decretal.*, lib. I, tit. XXXI, c. 13.
[8] *Ibid.*, lib. V, tit. VII, c. 9.

cum glosis suis, in fine. Nec obstat constitucio Bonifacii, quia illa intelligitur in diversis personis, quando uni datur privilegium, alii conservacio ejusdem; quo casu conservatio perit per obitum delegantis, re integra. Sed questio nostra procedit quando eidem persone datur privilegium et conservacio, et est casus expressus *de officio delegati, c. si super gracia, lib.* VI [1].

CCCXCVIII. Utrum convencione facta inter heredes et executores, quod proviso executoribus de indempnitate, post annum heredibus bona reddent, debeat precedere provisio antequam agere possint heredes.

Convenit inter executores et heredes deffuncti, quod executores retinerent bona usque ad annum pro exequcione implenda, quo elapso residuum redderent heredibus, proviso executoribus de indempnitate ad arbitrium Ticii. Anno elapso, petunt heredes a judice quatenus proviso executoribus de indempnitate, ad quod se offerunt heredes; vel si per eos non steterit, executores sibi condempnari vel compelli ut quid superest de dictis bonis eis reddant, et suam convencionem observant. Opponebatur contra istam peticionem quod heredes non poterant agere, nisi prius dicta provisione facta, eciam de virtute verborum. Queritur quid juris contra peticionem potest induci? *ff. de judiciis, non quemadmodum, cum suis concord.* [2]. Item pro et contra possunt induci jura allegata *Extrav. de ecclesiis edificandis, c. ad audienciam* II [3]; et *de desponsacione impuberum, ad dissolvendum* [4]. Item pro peticione facit optime *ff. de legatis* III, *l. fidei commissa*, §. *cum esset* [5]; ubi dicitur cum quis rogatur, accepta certa quantitate, hereditatem restituere, duplex est fidei commissum; unum ut possit petere quantitatem, paratus porcionem cedere; aliud ut, etsi non petat, tamen cogatur fidei commissario restituere parato quantitatem prestare. Item contra peticionem possunt induci *ff. de verborum obligacionibus, l. si quis arbitratu* [6]; *de contrahenda emptione, l. hec*

[1] *Sext.*, lib. I, tit. XIV, c. 9.
[2] *Digest.*, lib. V, tit. I, l. 35.
[3] *Decretal.*, lib. III, tit. XLVIII, c. 5.
[4] *Decretal.*, lib. IV, tit. II, c. 15.
[5] *Digest.*, lib. XXXII, tit. I, l. 11, §. 3.
[6] *Ibid.*, lib. XLV, tit. I, l. 45.

vendicio, et *l. si michi bibliothecam*[1]; *de condicionibus institutionum*, *l.* 3[2]; *de legatis* III, *l.* 4[3]; *de verborum obligacionibus*, *l. in execucionibus* [sic, *execucione?*], §. *fin.*[4]; *de condicionibus et demonstracionibus*, *l. jure civili*[5]; in quibus invenitur quod non sufficit ad hoc quod possim agere contra te ex contractu condicionali, vel qui dependet ex arbitrio alterius, quod per me non stet; ymo requiritur, quod per te steterit.

CCCXCIX. Factum de capcione Poncini Mouton de Cathalaunis. — Utrum officialis capiens clericum appellantem post appellacionem, ipsum cepisse videatur occasione appellacionis[6].

. . . . . .

CD. Sequitur recusacio judicis suspecti[7].

. . . . . .

CDI. Littera per quam officiales curie remensis inhibuerunt omnibus notariis suis ne reciperent aliquas recognitorias a filiis familias, etc. Vers 1300.

Universis presentes litteras inspecturis, officiales remenses, magister Petrus de Luporumviis officialis curie domini Alberti de Lavania remensis archidiaconi, ac magister Johannes Theothonicus officialis curie domini remensis ecclesie archiepiscopi, salutem in Domino. Ex parte *Taliaw*, et multorum aliorum civium remensium, nobis fuit et est gravi conquestione monstratum, quod licet iidem cives habeant liberos, in patria potestate sua, mainburnia, seu conductu, constitutos, minores eciam annis legittimis, quibus congrue necessaria subministrant, prout tenentur et debent; nonnulli tamen civitatis et diocesis remensium persuasionibus suis fraudulentis et dolosis initentes (*sic*) dictos liberos decipere, et animos eorum fragiles corrumpere,

[1] *Digest.*, lib. XVIII, tit. 1, l. 7 et 50.
[2] *Ibid.*, lib. XXVIII, tit. VII.
[3] *Ibid.*, lib. XXXII, tit. 1.
[4] *Ibid.*, lib. XLV, tit. 1, l. 85, §. 7.
[5] *Ibid.*, lib. XXXV, tit. 1, l. 24.
[6] Ici se trouve répétée mot pour mot la question CCXLIV. Voir plus haut, p. 195.
[7] Ici se trouve la même question que nous avons donnée plus haut, p. 266, sous le n° CCCXLVIII; seulement celle-ci s'arrête avant ces mots : *Ista forma recusacionis*.

Digitized by Google

de die in diem faciunt, et procurant facere, et procurare inituntur dictos liberos obligari per litteras curiarum predictarum, sub spe numeracionis future, recipiendo et exigendo litteras et cauciones obligatorias a dictis liberis, absque consensu eorum in quorum potestate, mainburnia, seu conductu, consistunt, licet nulla vel minima recipiatur peccunia; propter que multa dampna et scandala dictis liberis et eorum parentibus jamdudum provenerunt, et provenire sperantur in futurum; nobis humiliter supplicantes dicti parentes, pro se, et eorum liberis predictis, quod in premissis eisdem, prout possemus, subveniremus. Nos igitur, attendentes dampna et pericula que occasione premissorum acciderunt, et accidere possunt in futurum, volentes, prout possumus et debemus, dolosis machinacionibus et fraudibus talium obviare, eorum supplicacionibus, tanquam justis, annuere volentes in hac parte, maxime cum premissa videantur fieri contra bonos mores, et in fraudem, omnibus et singulis notariis curiarum predictarum, prout nobis subsunt, auctoritate predictarum curiarum inhibemus per presentes, quatenus si ad ipsos, aut alterum eorumdem, aliquem, vel aliquos, de liberis predictis venire contigerit pro obligacionibus coram ipsis ex quocumque contractu faciendis a dictis liberis absque consensu parentum suorum, seu eorum in quorum mainburnia seu conductu consistunt, nullas obligaciones recognitorias recipiant, conficient, seu consignent pro liberis talibus obligandis; quod si secus actum fuerit, dictas litteras recognitorias et obligatorias ex nunc, ut ex tunc, decernimus non valere, nec aliquam habere roboris firmitatem, nisi coram nobis sigilliferis seu registrariis curiarum predictarum a dictis liberis greate fuerint littere antedicte; quod si dicti notarii contra premissa attemptaverint, nos eciam ad punicionem eorumdem procedemus, prout nobis videbitur expedire. Vobis eciam preabiteris civitatis et diocesis remensium precipiendo mandamus, quatenus si, et proat, fueritis requisiti, premissa in plenis parrochiis vestris publicetis, seu publicari faciatis, et palam et publice nuncietis, seu nunciari faciatis, ne quis in premissis causare possit et pretendere ignoranciam in futurum. Et quid inde factum fuerit, nobis fideliter rescribatis. In cujus, etc.

Digitized by Google

CDII. Littera qualiter quedam ecclesia collegiata petit consilium ab aliis.

Venerabilibus viris et discretis, dominisque suis et amicis in Christo karissimis, dominis decano et capitulo ecclesie lobiensis, prepositus, decanus, et capitulum ecclesie senogiensis [*sic*, sonegiensis?], pacis ac gaudii sabbatum, ac compassionis oculis amicos gementes in tenebris opitulanter intueri. Pacis zelatores inviti loquimur, sed tacere non possumus, quia securis acuta contra basim ecclesie nostre inique vibrata, et rancoris gladius nobis texens jugum servitutis, nostra labia dissolverunt. Ecce nostra senogiensis ecclesia prorsus a[n]tistitis omni solacio destituta que lac et mel olim lacius emanabat, fundens rivos amaritudinis in altum, compellitur elisa proclamare qualiter dominus cameracensis episcopus sequens motum sue voluntatis, non tramitem racionis, nobis juridiccionem et correccionem aufferre conatur, quas a tanto tempore a quo non est memoria in nostros concanonicos capellanos et vicarios habuimus et possedimus hactenus inconcusse, prout hec et ea tangencia discreto viro J. presencium exhibitori, ne scripto committantur incaute, commisimus, vobis clarius et seriosius referenda; cui, si vestre placuerit dominacioni, fidem super hiis indubitatam dignemini exhibere. Et si vestre discrecionis industria adverterit, diligenter singula ponderando, res cujus agatur, procul dubio nostra primario, et vestra tacite, ventilatur, quamquam res inter alios acta non prejudicet, maculat tamen, et juris presumpcionem exhibet vehementem. Nos autem contemplantes quod dicte materie processus est arduus et periculosus, et ubi majus periculum, ibi caucius est agendum, mutui amoris et caritativi spem firmam in Domino de vestra fidelitate gerentes, ad *talem* diem [et ad?] *Talem* locum, singulas ecclesias cameracensis diocesis collegiatas per ydoneos procuratores humiliter studuimus convocandas, ad consulendum nobis super premissis et aliis, succurrendum, contribuendum, et appellacionibus ac provocacionibus nostris ad curiam remensem contra prefatum episcopum de certis gravaminibus interpositis, si visum fuerit expediens, adherendum. Hinc est quod vobis tenerrime supplicamus, quatenus ad dictos diem et locum procuratores ydoneos ad tractandum nobiscum super premissis, et nobis consu-

lendum, dignemini destinare, tantum hac vice caritative super hiis facientes, quantum in articulo consilii fieri per nos pro vobis velletis. Datum, etc.

CDIII. Bona questio. — Utrum currentibus, tempore testamenti, et tempore mortis, diversis monetis, inspiciatur tempus testamenti, vel tempus mortis.

Magister Johannes de Valliaco [1], quondam archidiaconus cathalaunensis ac prepositus remensis ecclesiarum, cc libras parisienses ad emendum redditus pro anniversario suo in qualibet annuatim faciendo; preterea, debitis et legatis suis solutis, legavit residuum omnium bonorum suorum pauperibus certorum locorum. Tempore conditi testamenti currebat debilis moneta; tempore mortis currebat bona. Exequtores volunt solvere de debili. Ecclesie petunt bonam monetam. Queritur quid juris? Videtur quod debeat inspici tempus conditi testamenti; *ff. de rebus dubiis, si cognatis* [2]; *de condicionibus et demonstracionibus, si vir uxori* [3]; *de legatis* III, *l. uxorem*, §. *testamento* [4]. Ad oppositum, quod debebat inspici tempus mortis, *de legatis* III, *si ita legatum* [5]; *de solucionibus, cum quis, in principio* [6]; *de legatis* III, *fidei commissa*, §. *si rem* [7]; *de pignoribus, cum tabernam* [8]; *de legatis* III, *sepe* [9]; et ista pars videtur aliquibus verior, maxime quia, mutata moneta, testator non mutavit nec aliter declaravit voluntatem suam. Nec obstat quod, quando fecit legatum, non videtur cogitasse de bona moneta que nondum currebat; nam dicit lex : Testator dixit sic : « Si qua filia mihi nascatur, habeat centum; » postea plures sibi nate sunt, quelibet habebit centum; licet non cogitaverit nisi de una, quia loquebatur in singulari; *ff. de legatis* I, *qui filiabus*, §. I [10].

[1] Ce personnage serait-il le même que Jean de Neele, prévôt de l'église de Reims, et doyen de celle de Laon, qui mourut en 1330?
[2] *Digest.*, lib. XXXIV, tit. V, l. 19.
[3] *Ibid.*, lib. XXXV, tit. I, l. 61.
[4] *Ibid.*, lib. XXXII, tit. I, l. 41, §. 4.
[5] *Digest*, l. 86.
[6] *Ibid.*, lib. XLVI, tit. III, l. 58.
[7] *Digest.*, lib. XXXII, tit. I, l. 11, §. 12.
[8] *Ibid.*, lib. XX, tit. I, l. 34.
[9] *Ibid.*, lib XXXII, tit. I, l. 16.
[10] *Ibid.*, lib. XXX, tit. I, l. 17.

Digitized by Google

CDIV. Sequitur bona questio et frequens. — Utrum hec verba : *Volo te in uxorem*, et *Volo te in virum* faciant matrimonium, et possit mutari voluntas.

Quedam mulier petens quendam sibi adjudicari in virum, probavit quod contraxerunt sic : *Volo te in uxorem*, et *Volo te in maritum*. Queritur numquid valet probacio? Arguebatur quod non, quia talia verba sunt extensiva; idcirco [reus?] voluntatem potest mutare. Arguit *ff. ad tertullianum, filii mater*, §. 1 [1]; *de verborum obligacionibus, si quis stipulatus* [2]. Dicebam contra : quia solus consensus, etc.; *de sponsalibus, cum locum* [3], cum similibus, et *c. si inter* [4]. Item idem faciunt ea que notat Hostiensis, *c. ex parte* [5]. Item quia carnalis copula secuta fuit : *de sponsalibus, c. ad id* [6]. Responde, ad I[oges?], contra quia faciunt pro parte mea; nam dicitur ibi quod potest mutare voluntatem : ergo voluntas fuit, et sic consensus, quia voluntas, placitum, et consensus, idem sunt; arguit *ff. de de* (sic) *pac.* [*pactis?*], *l.* 1 [7]. Item in matrimonium (*sic*) non habet locum penitencia. Item qui mutatam voluntatem allegat, probare tenetur; *ff. de probacionibus, cum tacitum* [8]. Item potest induci lex *in ementis* [sic, *in emptionibus?* [9]], *cum glosa sua*. Item Tobie c. VII, et ibi : « Et apprehendens dexteram filie sue, dextere Tobie tradidit dicens : « Deus Abraham, etc. »

CDV. Articuli super quibus canonici intendunt cessare a divinis. Vers 1305.

Pietatis paterne congruit officio calamitatibus compati filiorum, afflictosque filios paternis juvaminibus consolari; ad quod eciam spectat officium, inferendas injurias ab eis propulsare, et illatas congrue vindicare; ideoque ab officio pietatis paterne magis exorbitat qui miseracionum temporibus affligit, et cum consolacioni locus est, comprimit, et quod fovere tenetur, impugnat, contra illud eciam et insurgit. Licet igitur, reverende pater et domine, domine In., Dei gracia morinensis episcope, viri venerabiles et discreti decanus, et capitulum,

[1] *Digest.*, lib. XXXVIII, tit. XVII, l. 6
[2] *Ibid.*, lib. XLV, tit. I, l. 112.
[3] *Decretal.*, lib. IV, tit. I, c. 14.
[4] *Ibid.*, c. 31.
[5] *Ibid.*, lib. IV, tit I, c. 9 (?).
[6] *Decretal.*, c. 21.
[7] *Digest.*, lib. II, tit. XIV (?).
[8] *Ibid.*, l. 43.
[9] *Ibid.*, lib. XXII, tit. III, l. 5.

Digitized by Google

ac canonici morinenses, et eorum ecclesia sponsa vestra, hosti[li]bus nuper incursibus et incendiis dampnificati sint, et fuerint multiplicitер, et afflicti, vos tamen filiorum vestrorum non miserti, nec compacientes eisdem in persecucionibus supradictis, sed afflictis pocius affliccionem addentes, in ipsos, eorum ecclesie libertates, immunitates, et jura, insurrexistis, eisdem quamplurimas injurias et offensas, dampna et gravamina notoria, irracionabiliter, contra eciam paterne pietatis officium, intulistis; et inter cetera [(] tunc ponantur gravamina seriatim expressa; quibus positis sequitur: [)] et premissa fecistis, seu fieri mandavistis, aut ea vestro nomine facta rata habuistis, et habetis, in prejudicium eorumdem, et contra usus, consuetudines, et jura predictorum, et contra juramentum vestrum predictum; que fuerunt et sunt notoria et manifesta, super quibus requisiti fuistis, seu per vos stetit quominus fuerit [*sic*, fueritis?] requisitus personaliter ex parte ipsorum, ut in premissis faceretis id quod debebatis, et ea sufficienter emendaretis: que facere noluistis, sed recusastis, seu plus debito distulistis. Quamobrem premissorum occasione, vocatis omnibus qui, et prout juxta juris formam, in eleccionis [*sic*, tali?] negocio erant vocandi, deliberacione prehabita diligenti, omnibus rite actis, iterum premissa vobis denunciamus per has patentes litteras, vosque requirimus ut predicta omnia, et singula, velitis cum effectu eisdem emendare, restituere, reddere, reintegrare, et ad statum debitum reducere, et emendam ac satisfaccionem competentem prestare infra triginta dies, quos vobis pro peremptorio termino assignamus, alioquin contra vos ex nunc cessabimus a divinis ex causis predictis, et cessacionem ipsam contra vos statuimus et indicimus secundum usum et consuetudinem ecclesie morinensis notorios et antiquos; et protestamus de petendo, exigendo, et recuperando a vobis omnia dampna, deperdita, interesse, et expensas que contingent nobis et ecclesie nostre, occasione premissorum, et cessacionis predicte. Ad hec autem vobis intimanda et notificanda, et in vestra presencia legenda, et ad faciendum omnia et singula que propter hec fuerint oportuna, eciam si mandatum exigant speciale, *Talem* constituimus procuratorem nostrum, et nuncium specialem, etc. In cujus, etc. Datum, etc.

CDVI. Responsiones ad articulos predictos. Vers 1305.

Ingerannus, etc. Etsi super afflicionibus filiorum pia paterna viscera moveri debeant, si que sorciatur pietas discrimina sobolis, sic utique paterni dispendii non expers filius esse debet; si eciam in auxilium filiorum debeat patris exuberare presidium, sic in patris injuriam pacientis subsidium debet sue possibilitatis extrema filius experiri; nec in patrem debet insurgere filius, ut que patris sunt jura ledat, vel auferat, tamquam nativi federis temerarius violator, Absalonis exemplo ad patris solium aspirantis. Gratum siquidem haberet nostre compassionis humilitas, si a salutis actore indultum existeret, ut in optata pace, ad quam votis ardentibus insudamus, amor [*sic*, morinensem?] ecclesiam, et dilectos filios decanum et canonicos ejusdem ecclesie, dominus statuisset, et ortum de quorumdam motu in ea scandalum honerosum ecclesie hiis temporibus quievisset..... Verum, sicut Dominus permisit, de cujus manu nunc prospera suscipimus, nunc adversa, ita factum est, quod quasi ab aquilonis sede..... infestus nuncius supervenit litteras afferens plenas sermonibus odii, verbis blasphemie, inquietudinis quasi presagia nunciantes; unde non modicum trahebantur [turbantur?] intima cordis nostri, et doloris stimulis agitantur, cum in illis sine causa filiorum afflicio nobis imponitur, nequicie fucus ascribitur, et impie referimur juris et justicie improbus refragator; et ideo noster animus anxiatur...; nam ibi inquietamur amarius, ubi quietis pacis dulcedinem studiosius procuramus. Restat igitur, ut qui hactenus incudis pondus et ictus pacienter subivimus, mallei officium assumamus, objectis nobis et impositis sine causa legitima, debite deffensionis clipeo deffendentes nostram justiciam, responsuri. Verumtamen filiis non negamus nec negabimus quod debemus, eciam si filialis devocio non sequatur. Ad articulos igitur nuper ex parte vestra nobis exhibitos et porrectos, vobis respondemus et dicimus in hunc modum: et primo ad primum in quo fit mencio, etc. Item ad secundum, etc. [()et sic de singulis []]; et premissis racionibus dicimus et proponimus contra vos et articulos supradictos, quod ad aliquam emendacionem, restitucionem, reddicionem, reintegracionem, reduccionem seu satisfaccionem prestandam vobis in aliquo non tenemur; nec potestis licite nec debetis a di-

Digitized by Google

vinis cessare, seu cessacionem statuere, vel indicere contra nos; et protestamur de premissis dictis propositis et responsis, et aliis racionibus nostris, juris et facti, loco et tempore, proponendis, coram summo pontifice, vel alibi, prout expediens et justum fuerit, prosequendis. Protestamur eciam de petendo, exigendo, et recuperando a vobis omnia dampna, deperdita, interesse, et expensas que obvenient, vel contingent nobis, occasione cessacionis indebite a divinis, si presumpseritis contra nos injuste cessare. Quia tamen pacem et concordiam affectamus habere vobiscum, offerimus vobis quod super hiis et omnibus aliis discordiis que inter nos et vos moventur, seu moveri sperantur, parati sumus stare judicio et ordinacioni *Talium*; quod si vobis non placeat, parati sumus eligere una vobiscum alios probos viros jurisperitos per quos omnis inter nos et vos dissensio sopiatur. Et ne spretis hiis, ad cessacionem nobis comminatam a vobis, vel alias, contra nos indebite procedatis, ad sedem apostolicam in hiis scriptis provocamus, et appellamus, pro nobis et nobis adherentibus, et adherere volentibus in hac parte, contra vos et omnes qui sua crederent interesse; et apostolos nobis instanter dari petimus, et huic appellacioni deferri a vobis ob reverenciam dicte sedis; supponentes, quantum ad hoc, nos, statum nostrum, et ecclesiam nostram morinensem proteccioni ejusdem sedis.

[(] Item post responsionem ad articulos, ante provocacionem, posset sic dici : [)] Nos attendentes itaque, filii carissimi, quod discrecionis sensu carere censentur, dictante natura in speculo racionis, qui sine laboribus vivere possunt, labores importabiles amplectuntur; ne studeamus igitur qualiter dierum nostrorum brevitas dissensionum turbine et litigiis consumatur processus, vestros ex claritatis speculo elicite actus vestros, ex fonte racionis colligite, et motus vestros de virtutum puteo temperate. Hoc enim tenet nostra responsio, hoc intendimus, et hoc cum instancia postulamus, ut cujuslibet dissensionis fugata caligine, ad pacis et concordie redeamus amplexus, sitque nobis unionis vinculum, sit ydemptitas cordium, sitque dileccionis intime plenitudo. Et ad ea que scribimus et offerimus, quesumus adhiberi filialis promptitudinis intellectum.

CDVII. Littera *Placet* directa pape a capitulo pro aliquo

beneficiando. [*Vel :*] Supplicant pape quidam canonici ut conferat cuidam canonicatum et prebendam in eorum ecclesia.

Sanctissimo patri ac domino, domino C., divina providencia sacrosancte romane ac universalis ecclesie summo pontifici, *Tales* canonici *Talis* ecclesie, ejus humiles et devoti, pedum oscula beatorum. Dignum esse conspicimus ut tales socios desideremus habere quorum conversacio sit probata, et qui nobis, et ecclesie nostre, prodesse valeant bonis operibus et exemplis. Nos igitur ad prudenciam, scienciam, morum gravitatem, nobilitatem et potenciam *Talis*, dirigentes nostre consideracionis aspectum, pro ejusdem utilitate ecclesie nostre, sanctitati vestre humiliter supplicamus ut predictum *Talem* dignetur concedere nobis, et collegio nostro, in canonicum et in fratrem, canonicatum et prebendam in dicta ecclesia conferendo eidem. Valeat beatitudo vestra, bene et semper, juxta Jhesu Domino nostro (*sic*).

CDVIII. Utrum, executoribus electis cum clausula, quod duo possunt, si tercius nolit, vel non possit interesse, si duo agant antequam constet de nolle, [vel de non posse?] appareat, utrum processus ante valeat.

Quidam civis remensis in testamento suo tres constituit executores, cum illa clausula : quod si unus, scilicet Ticius qui morabatur Parisius, nollet, aut non posset interesse, alii duo presentes possent exequi. Antequam constaret de voluntate vel impotencia Ticii, duo presentes fecerunt citari coram officialibus remensibus Seium debitorem defuncti, et dederunt ejus libellum. Seius excepit de absente non excusato. Postea presentes miserunt ad absentem, qui misit litteras quod non volebat, nec poterat interesse. Quibus ostensis, petebant ulterius procedi. Reus dicebat processum ante habitum non valere, seu tenere, et petebat novum libellum. Queritur quid juris? Inducebatur pro reo : *c. prudenciam*[1], et *ff. de auctoritate tutorum, l. obligari*, §. *tutor*[2]; et *Instit. de auct. tut.*, §. *tutor*[3]. Ad idem : *Extrav. de eleccione, cum in veteri*[4]; *de arbitris, cum olim*[5]. Ad oppositum inducebam novam

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. XXIX, c. 21, ou lib. II, tit. IV, c. 2.
[2] *Digest.*, lib. XXVI, tit. VIII, l. 9, §. 5.
[3] *Instit.*, lib. I, tit. XXI, §. 2.
[4] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, l. 52.
[5] *Ibid.*, lib. I, tit. XLIII, l. 7.

Digitized by Google

constitucionem Bonifacii *de testamentis, religiosus*, §. *finale* [1], que dicit quod uno executore in remotis agente, alii possunt agere. Ticius autem erat in remotis, scilicet extra provinciam remensem, utpote Parisius. Item distabat ultra duas dietas legales, et ad hoc facit *Extrav. de prebendis, c. presenti, lib.* VI° [2], et *de rescriptis* [3], *nonnulli*. Item facit glosa dicti *c. religiosus*, super verbo : *remotis*. Item ex quo modo constat de excusacione absentis, perinde est ac si ab inicio constitisset; arguit *ff. qui pociores in pignore habeantur, l. pocior* [4], ibi : Cum enim condicio semel extitit, etc., et *l. qui balneum*, §. *amplius* [5]. Item judice procedente super notorio, sufficit revera notorium esse, licet non constet tempore processus, dum tamen [6] constet tempore sentencie coram superiore, ut notatur per Innocencium, *c. tua, de cohabitacione clericorum et mulierum* [7]. Simile notat Compostellanus, *Extrav. de eleccione, c. consideravimus, in glosa* [8], ibi : Item quero si requiritur. Arguit *Extrav. de appellacionibus, constitutis* [9]. Ista pars videtur verior; et tandem, nulla interloqutoria lata super hiis, reus respondit, et ulterius processit.

CDIX. Consuetudo de bonis apportatis per uxorem in matrimonium reddendis a marito, seu mariti heredibus, eciam si consumpta fuerit matrimonio constante.

Consuetudo est Remis, quod, uxore mortua, maritus tenetur reddere heredibus, vel executoribus deffuncte, bona que ipsa detulit cum eo in maritagium, eciam si consumpta fuerint in utilitatem et usus uxoris. Ista consuetudo probata est in curia remensi per Guidonem de Germeni, Thomam de Saceyo, magistrum Therricum de Maceriis clericum advocatum, magistrum Laurencium de Aubentono clericum advocatum, et Colardum Walec advocatum, testes productos ex parte executorum Helote Gramarie, contra Gerardum le Conte, quondam maritum dicte Helote.

[1] *Sext.*, lib. III, tit. XI, c. 2.
[2] *Sext.*, lib. III, tit. IV, c. 54.
[3] *Ibid.*, lib. I, tit. II.
[4] *Digest.*, lib. XX, tit. IV, l. II.
[5] *Ibid.*, l. 9, §. 1.
[6] C'est entre ces deux mots *tamen* et *constet* que sont intercalées les quatorze feuilles de parchemin sur lesquelles se trouve tout ce que nous appelé la *première partie* du *Liber practicus*. Voir la Notice bibliographique placée en tête de ce volume.
[7] *Decretal.*, lib. III, tit. II, c. 8.
[8] *Ibid.*, lib. I, tit. VI, c. 10.
[9] *Ibid*, lib. II, tit. XXVIII, c. 23.

CDX. Utrum probatio recognitionis non allegate in peticione sufficiat ad probationem petitionis.

Notandum. Actor agit contra reum, proponens contractum; nec allegat recognitionem. Probat recognitionem, et non contractum. Numquid optinebit? Dicebant quidam quod sic, quia recognitio valet ad probandum..... Unde cum non sit necesse allegare in peticione modum seu speciem probationis, per consequens nec recognitionem. Ad oppositum *Extrav. de successione ab intestat, cum dilectus*[1]; et ista opinio communiter tenetur et hanc tenet Du[randus?], *de teste*, §. 1, verbo : *Sed pone egi contra te.*

CDXI. Numquid in causa vili, dato libello inepto, absolvatur reus ab instancia judicii.

In causis vilibus non est necesse dare libellum : *C. de sentenciis ex periculo recitandis, aut. nisi breves*[2]. Pone ergo, aliquis dat libellum in causa vili, seu modica. Judex tempore sentencie ferende invenit eum ineptum, et intencionem actoris bene probatam. Numquid feret sentenciam pro actore? Videtur quod non, per *c. examinata*[3], ex quo elegit procedere dato libello. Contra videtur, quia pro non dato debet haberi, ex quo non valet per jura communia. Unde sicut optineret actor in tali causa, si non dedisset libellum, ita optinebit dato libello inutili, seu inepto.

CDXII. Sequitur bona questio. — Utrum officiales remenses possunt denunciare canonicum remensem excommunicatum a canone, pro verberatione clerici.

Quidam francus serviens cuidam canonico remensi, percussit notorie quendam clericum officialis remensis. Ordinarius loci eum denunciavit excommunicatum a canone. Capitulum remense dicebat hoc non licere, quia officialis nullam jurisdictionem habebat in eum. Item denunciari non poterat sine citatione, eciamsi factum esset notorium; et officialis eum citare non poterat, cum citare sit actus judiciarius; ergo, etc. Ad oppositum *de electione, venerabilem*[4], ubi apostolice

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. XXVII, c. 3.
[2] *Cod.*, lib. VII, tit. XLIV, l. 3.
[3] *Decretal.*, lib. II, tit. I, c. 15.
[4] *Ibid.*, lib. I, tit. VI, c. 34.

sedis legatus denunciavit personam Ducis indignam, eo non vocato, non tanquam cognitor, sed ut denunciator. Item glosa Compostellani in dicto *c.*, super verbo *denunciatoris*. Item glosa ejusdem, *de consuetudine, cum dilectus*[1]; ibi : Et potest hanc denunciationem ordinarius facere, licet non excommunicaverit, quia ad officium ejus spectat excommunicatos denunciare; XI, *q.* III, *cure*[2]. Item idem notat Innocencius *de appellationibus, pastoralis*[3].

CDXIII. Articuli traditi ex officio curie.

Fama publica referente, et clamosa insinuacione precedente, non semel tantum, sed pluries et frequenter, non a malivolis, sed benivolis, ad nos officiales remenses pervenit quod *Talis* sue salutis immemor, et proprie fame prodigus, *tale* crimen nequiter perpetravit, etc. Cum igitur ad cumulum et fomentum nequicie suos actores pertrahat iniquitas impunita, idcirco ex officii debito predictum *Talem* fecimus coram nobis ad judicium evocari, et presentes articulos sibi tradi; injungentes ei, ut ad premissa respondeat veritatem, ad hanc finem ut si eum invenerimus culpabilem in premissis, eum, prout justum fuerit, corrigamus, et nobis pro tanto [crimine?] condignam prestet emendam.

CDXIV. Pulchra verba faciencia ad articulos.

De hac materia invenies bona verba, XXIII, *q.* V, *c. relegentes*[4]; vel sic : Licet aliquando subditorum dissimulemus offensas, illas tamen dissimulari non convenit que contra nos notorie committuntur, cum nonnunquam subjectorum excrescat audacia, eorum excessibus remanentibus impunitis. Sane dudum audivimus, fama publica referente, et facti postmodum veritate clarius publicante, quod *Talis talia* perpetravit, ex quibus jus nostrum periculis exponitur, auctoritas ecclesiastica contempnitur, et nostrum reputatur officium vilipensum. Ut autem justicie satisfaciat, non miretur quis [*nic*, quin?] super hoc ad sumendam emendationem congruam insurgamus, cum ex premissis jurisdictioni nostre plurimum sit detractum. Nolentes premissa sub paciencie nimis grasse (*sic*) pallio preterire, predictum *Talem* fecimus, etc.

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. III, c. 8.
[2] *Decret.*, par. II, caus. XI, q. III, c. 20.
[3] *Decretal.*, lib. II, tit. XXVIII, c. 53.
[4] *Decret.*, par. II, caus. XXIII, q. V, c. 45.

Digitized by

CDXV. Utrum usura sit peccatum, et quo jure.

Videtur quod usura non est peccatum nisi quia prohibita. Primo per rationem generalem omnia videntur concessa, que non sunt prohibita; *ff. ex quibus causis majores, l. necnon*, §. *quod eis* [sic, *ejus?*][1]; unde si non esset prohibita, videretur concessa. Item dicit lex : Omnis ratio naturalis, pro lege debet servari : *Instit. de jure na.*, §. *quod vero*[2]; sed ratio naturalis dictat quod benefacienti benefaciamus, unde si tibi benefeci, tu teneris mihi ad antidota [*sic, ἀντίδωρα?*]; *ff. de petitione hereditatis, l. sed etsi lege, consuluit*[3]. Si igitur mutuavi tibi decem, benefeci tibi, quia feci de meo tuum, ad quod non tenebar; et ideo eciam instinctu nature obligatus es mihi ad remunerandum; et sic videtur licitum mihi aliquid recipere pro remuneratione, eciam ex pacto facto, jure naturali permittente; et si recipiam, non teneor restituere, quia si debitum naturaliter tantum solvatur, non potest repeti; *ff. de conditione indebiti, l. naturaliter*, et *l. si id quod* [sic, *si quod?*][4]. Item in contractibus juris gentium, et maxime in mutuo, habetur ratio temporis sicut et loci, nam ista parificantur tempus et locus, *ff. si certum petatur, l. vinum*[5]. Lex autem dicit : Si quis promisit michi decem solvere certo loco, et non solvat, et conveniam eum alibi coram judice competenti, et intersit mora (?)....., condempnabitur in decem pro principali, et in quinque pro interesse. Idem ergo erit in tempore, quia habebitur ratio temporis. Arguit *ff. de eo quod certo loco, l. secunda*[6]. In hoc considerabitur non solum dampnum quod habeo, quod non solvit die statuta, sed eciam lucrum quod potuissem fecisse ex pecunia mea; et sic mihi licet recipere ultra sortem. Arguit *C. de sentenciis que pro eo quod interest proferuntur, l. un.*[7]. Item si usura de jure naturali esset peccatum,..... nunquam jus gencium vel civile potuisset statuisse usuram, quia jura naturalia immutari non possunt : *Instit. de jure naturali*, §. *sed naturalia*[8]. Sed jus gencium et civile statuerunt pec-

[1] *Digest.*, lib. IV, tit. VI, l. 28, §. 2.
[2] *Institut.*, lib. I, tit. II, §. 1.
[3] *Digest.*, lib. V, tit. III, l. 25, §. 11.
[4] *Ibid.*, lib. XII, tit. VI, l. 13 et 64.
[5] *Digest.*, lib. XII, tit. I, l. 22.
[6] *Ibid.*, lib XIII, tit. IV.
[7] *Cod.*, lib. VII, tit. XLVII.
[8] *Institut.*, lib. I, tit. II, §. 11.

Digitized by Google

cuniam posse dari ad usuram, ut patet *ff.* et *C. de usuris*, [1] [et?] multis aliis locis, etc.

CDXVI. Utrum bone ville Flandrie possunt commonere exercitum sine licencia comitis, et utrum assignacio diei possit eis competere; et in quibus casibus, et in quibus non, dicatur conspiratio contra principem.

In questione bonarum villarum Flandrie, credo quod cum de jure tenentur subjecti ad deffensionem patrie, in prescribendo jus submonendi et ducendi in exercitum, hoc jus principaliter intenderetur de die monendi, non principaliter ageretur. Quod apparet, quia interdum plus, interdum minus; quod eciam minus quindecim diebus dari posset, si necessitas exigeret, et ville commode possent, ut magis in assignacione diei fuerit facti accidencia, quam juris ministerium : *de rivis, l. de rivis* [2]; *de ventre inspiciendo, l.* 1, *ad finem* [3]; et quod dicitur, an ordo studiose notetur, an non? *Extrav. de rescriptis cum dilecta* [4]. Licet videretur contrarium..... potissime quia modum utendi in servitutibus multum attenditur; *ff. de servitutibus, l. servitutes* [5]..... Et per hoc ego dico quod sine comite propter auctoritatem, nec sine nobilibus et feodatis (?) propter experienciam et providenciam, non procedent..... De non dando, de non mutuando comiti statuere, conspiratio esset. De non redimendo se, seu de racheto, quod id[em] est, statuere, videtur conspiracio; quia difficultatem inducent domino. Arguit XXII^a^ II^a^, *q.* 1 [*sic*, XXII^a^, *q.* V?], *c. de forma* [6]; sed istam presumptionem tollerent, si probaretur quod alias in illis rachetis fraudulenter se habuisset, ut tunc magis viderentur hoc statuisse ut maliciis occuratur, quam ut difficultas comiti ingeratur, et sic eciam statuerent inter se quod non redimerent, nisi utilitas, vel necessitas, hoc exposcat. Circa articulos de redimando [*sic*, de recedendo?], dico quod, cessante necessitate, possunt recedere, licencia petita, etsi non optenta; et si comes diceret necessitatem subesse, debet de ea subditos

[1] *Digest.*, lib. XXII, tit. I, et *Cod.*, lib. IV, tit. XXXII.
[2] *Digest.*, lib. XLIII, tit. XXI, l. 4.
[3] *Ibid.*, lib. XXV, tit. V.
[4] *Decretal.*, lib. I, tit. III, c. 22.
[5] *Digest.*, lib. VIII, tit. I, l. 14.
[6] *Decret.*, par. II, caus. XXII, q. V, c. 18.

Digitized by Google

informare, cum hoc sit ei facile, si sit verum, cum talia que ad guerram pertinent non de facili lateant. Preterea deffendere se habet ad extrinsecos; gardiare ad intrinsecos, ne fiant incendia et similia. Item deffendere contra presentem invasionem, gardiare contra futuram.

CDXVII. Utrum cives cathalaunenses sint subditi episcopo quoad pertinencia ad drapperiam.

In negocio civium cathalaunensium, quantum ad questionem fori, pro civibus [faciunt?]; primo quia cives sunt et fuerunt in possessione declinandi forum episcopi, si convenirentur de pertinentibus ad draperiam, statutis scilicet, et aliis ordinacionibus; item hoc apparet per litteram regis, quod cum questio verteretur inter episcopum et cives de potestate civium circa draperiam, rex cognitionem et judicium habuit, et pluries; et dicunt quidam quod episcopus reclamavit curiam, et exauditus non fuit, et licet hoc sit verisimile, tamen per litteram non apparet; item ex quo ordinacio tangit regem in aliquo, rex cognitionem habere debet; tangit enim illa ordinacio regem propter commoda sigillorum, emendas deffectuum, et in multis aliis; nec leditur episcopus, quia non est statutum ut non vendatur ad credenciam, sed si vendatur ad credenciam, quod fiat recognitio in nundinis propter majorem securitatem; preterea factum fuit in nundinis, et de auctoritate et consensu magistrorum, propter quod videtur factum magistrorum, et de hoc episcopus non cognoscet, vel saltem magistri negocium preoccupasse videntur, et idem quod supra; preterea quia verbum *Garde* positum in littera judicati, interpretationem recepit ab usu, qui talis est ut supra dictum est; item ejusdem nature et rationis sunt omnes de consuetudine curie laicalis contractus (?); item quia episcopus in omnibus casibus non fuit protestatus de jure suo.

CDXVIII. Utrum superior saisiendo injuriam facere videatur, et quod habet facere ille cujus bona saisita sunt.

Sciendum est quod superior saisiendo in territorio sibi subjecto non facit injuriam, saltem non reputatur. Item de consuetudine, passus saisinam debet ipsum superiorem adire, et ab eo ressaisicionem

requirere, aut jus ulteriora patent. Item actore, seu requestam faciente, proponente intentionem suam, qui se probaturum, etc.; reus ejus proposiciones debet adnichilare de jure si potest, et ad hoc primum niti et protestari, denegando proposita, si per jus negatur quod sit respondendum ad ea; quia aliter pro confessatis haberentur.

CDXIX. Utrum appellans ad curiam regis debeat prosequi infra proximum parlamentum, et utrum assignamentum possit fieri in curia regis sine mandato curie regis; et utrum pars optinens deffectum teneatur citacionem impetrare contra partem adversam, alias privatur commodo deffectus.

Item non debet admitti ad prosecutionem appellationis qui non sequitur eam infra proximum parlamentum. Item assignamentum in curia non valet, nisi de mandato curie fiat. Item ubi quis vult habere commodum ex deffectu partis adverse, oportet quod citetur pars adversa; sed ego credo quod si conquerar de violencia nova, et propter debatum res ponitur in manu regis, vel per partem stat quominus ponatur, quod id[em] est, si postea pars adversa comittit deffectum, videtur quod non debebat pars adversa citari, saltem ad hoc quod res ponatur in manu regis; licet secus, si peteretur saisina sibi deliberari. Item hic fuit primo inobediencia, postea deffectus, et ista duo debent sufficere, licet non solus deffectus; aliter esset abire in infinitum, in citationibus et adjornationibus.

CDXX. Utrum cassata communitate a rege, devolvatur juridictio ad regem; et utrum remaneant homines in eodem statu in quo erant ante tempus concessionis communitatis.

Pro negocio capituli laudunensis, dicebam quod, cassata communitate, cassata erant jura communitatis, et quicquid erat de proprietate communitatis; nec erat quicquam devolutum ad regem, nisi quod ante communitatem habebat. Nec sequitur : Habebant communitatem a rege, ergo jura communitatis revertentur ad regem; quia verum est quod communitas procedebat a rege, non ex devolucione jurium, sed auctoritate regia instituebatur, et in institutione consequ[itur?] illa jura. Sic patet in episcopo confirmato per metropolitum.

CDXXI. Utrum plicata emenda et recepta, cesset periculum mortis, et utrum facto compromisso, cesset accusatio.

Ex quo plicatur emenda, et recipitur, cesset periculum mortis. Item si fiat compromissum, cesset accusatio.

CDXXII. Quid jus habent Pares Francie.

Jus Parrie effectum habet, quod Pares judicentur per Pares; in exercitu proximum locum post regem optineant.

CDXXIII. Utrum questione pendente inter comitem flandrensem et homines Parrie, rex vel Pares debeant judicare.

Contra comitem Flandrie....., Gandenses, Duacenses, Brugenses faciebant requestas. Comes dicebat se velle deffendere requestas, sed dicebat quod non tenebatur ingredi judicium, quia spoliatus toto comitatu, nisi prius restitutus. Unde supplicabat regi extra judicium, quod eum ressaisiret, vel paratus erat recipere judicium per Pares; et si dubium esset in [*sic*, an?] Pares debe[a]nt de hoc esse judices, petebat fieri declarationem per Pares. Sed dicebatur ex parte regis, quod cum non ageretur de feodo, nec ad admissionem feodi, sed ad emendam peccuniariam propter inobedienciam, rex dicebat [*sic*, debebat?] esse judex, et hoc ipse offerebat, scilicet facere justiciam; offerebat eciam se jus facturum, si [ad?] ipsum cognitio et judicium pertinerent. Et judicatum fuit, et bene, quod rex primum haberet judicium, quia rex est superior et judex comitis simpliciter; Pares non nisi secundum quidem, scilicet in questione feodi.

CDXXIV. Utrum hec exceptio, quod est de eadem villa oriundus testis, valeat.

In causa de Origni, videtur mihi quod in finibus compulsionis debet esse status, eciam quantum ad possessionem, vel quasi; pro facto quod proponebatur contra testes, quod erant oriundi de eadem villa, videtur admittendum; quod probo a posteriori, quia prescriptio contra oriundos de Origniaco prescripta, prejudicaret futuris; sed hoc non

esset, nisi inter se aliquid haberent commune; ergo, etc. Nec obstat quod, lata sentencia contra Taxinum, non prejudicaret aliis, quia etsi non prejudicet plene, facit tamen prejudicium qualequale, quod sufficit ad testes repellendos, sicut in sociis ejusdem criminis; et forte si alii scirent causam moveri, et non deffenderent, sibi prejudicaret sentencia; arguit *l. sepe;* pro hoc faciunt *Extrav. de judiciis, causam que* [1]; *de testibus, personas* [2].

CDXXV. De questione communitatis laudunensis cassate, et utrum possit communitas sine conssensu dominorum vicinorum dari.

In questione laudunensi, visa sentencia, quia persone in quibus residebat communitas sunt private communitate, reputo communitatem cassatam, quia non erit in aere. Pro hoc facit enarracio (?) personarum, et modus facti qui narratur, et ad que in condempnatione concluditur. Si vero rectores recepissent communitatem a rege, quod non poterant sine conssensu dominorum vicinorum qui in constitutione communie de suo contulerant, tunc dicerem quod [est?] hujus retencionis ut [in?] *Extrav. de privilegiis, c. recepimus* [3]; et in dubio, quod minus est sequimur. Ad quod facit quia rex voluit suorum processuum (?) jura salva fore.

CDXXVI. Utrum contra petentem absolucionem ad cautelam possit opponi quod ante appellacionem fuerit excommunicatus.

Credo quod si aliquis petat absolvi ad cautelam a sentenciis post appellationem, et adversarius dicat quod fuerunt late ante appellationem, quod est audiendus; quia absolutio debet esse certa, cum sit sentencia, et ne apud vulgum simplicem credatur simpliciter absolutus.

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. I, c. 9.
[2] *Ibid.*, lib. II, tit. XX, c. 20.
[3] *Decretal.*, lib. V, tit. XXXIII, c. 8.

CDXXVII. Qualiter judicium potest iniquum dici ex causa et ex ordine, et quod factum advoari potest; et qualiter comes actrebatensis non potest in prejudicium regis constituere post se, et intra judicium (?) scabinorum, unum auditorium intermedium, ne rex defraudetur uno gradu; et qualiter habet duo auditoria, unum nobilium, et alterum innobilium, quorum unum non est superius altero.

In questione S. Bertini judicium fuit malum et iniquum, ex causa : quia Johannes Mostars serviens fecerat quod ei licebat; preterea ex ordine : quia abbatem et priorem qui factum ad se trahebant, noluerunt audire; et erat factum tale quod cadit in advocatione; item quia [latum fuit?] dilatione pendente, ab eo qui superior erat, scilicet a militibus, data, qui terram actrebatensem regebant; item quia non erant judices dicti Johannis ex quo abbas et conventus factum ad se trahebant, nec ipsorum abbatis et conventus; item quod causa ad comitem remitti non debeat, quia unum est auditorium majoris scabinorum, et comitis, potissime quia non judicant nisi ballivo comitis conjurante; aliter defraudaretur rex uno gradu. Preterea quia comes non potest infirmare judicatum majoris et juratorum, per conventionem habitam inter ipsos. Item quia ballivus comitis jam approbavit judicatum exequendo illud, emendando majori et juratis turpitudinem sibi dictam in appellando; et ante omnia debent revocari attemptata. Item licet comes actrebatensis habeat duo auditoria, unum de communibus, et alius (*sic*) de nobilibus personis, licet illud de nobilibus sit nobilius, non tamen in gradu superius.....

CDXXVIII. Utrum procuratio facta de persona clerici, sit nulla; et utrum laicus in curia regis, antequam repellatur clericus, se presentans, admittatur; et [utrum gracia?] adnullet deffectum alias concedendum.

Procuratio clericorum non est nulla ipso jure; unde valet quod est factum per eam, donec clericus institutus repellatur, etsi, dum exceptio proponitur, alius laicus se presentet antequam concedatur defec-

tus sufficiens. Preterea si actor habet graciam, licet procurator suus non ostendat, dum tamen competenter compareat, si postea constet de gracia, purgatur defectus.

CDXXIX. Utrum quod fit, appellacione pendente, a judice a quo appellatum est, non ut a judice, sed ut a privata persona, debeat revocari per modum attemptati.

Quod fit appellatione pendente ab eo a quo appellatum, si illud faciat ut judex, revocatur. Si vero faciat illud aliter, jure suo, ut in menburnia finita, vel usufructu finito, non revocatur.

CDXXX. Utrum et quando committatur pena ecclesie applicanda.

In causa insulensi, quod non competat pene peticio, persuadeo (*sic*); primo quia ecclesia penam legalem non potest petere ultra interesse, quia non debet locupletari cum aliena jactura; licet secus in pena convencionali. Item tales pene non sunt in usu. Item quia renunciatum est privilegio, non utendo. Item quia magis videtur pena adjecta ad comminacionem, et contra illos qui tirannice aliquid agerent, non ad illos qui velamen (?) probabile in suo facto haberent. Item quia isti usufuerunt (*sic*) jure suo. Item suspendetur judicium penale, in eventum principalis cause a quo dependet. Item pena non extenditur ad loca postmodum adquisita. Item recole de contradictione juris et facti.

CDXXXI. Quedam raciones contra litteram a rege impetratam.

Ad annullandam litteram impetratam contra cives, [faciunt?]: Primo quia cum comes repecierit curiam, et hoc pendeat, non debet fieri quod in littera continetur; quia cum omnia in eodem statu esse debeant, non debent banna suspendi, et alia fieri que in littera continentur, nisi per unum modum, quod pendente questione : Quis esset judex? rex daret judicem in questionibus et casibus emergentibus. Secundo, quia dilatione pendente, fuit impetrata, parte non vocata. Tercio quia

nichil proponebatur de novo factum, quare secundum curie consuetudinem nichil poni debet in manu regis. Quarto quia cives insulenses sunt in saisina talia faciendi, qua non debent privari lite pendente. Et istud proponebatur non ad contestandam litem, sed ad finem litere annullande. Sciendum quod, licet factum sit novum, causa tamen et jus faciendi sunt antiqua, et ita non potest dici novitas.

CDXXXII. Utrum eximatur appellans, et in quo, a juridictione ejus a quo appellavit; et quod, et quando, dicatur attemptatum; et utrum appelletur ab offic[iariis] regis ob defectum juris.

Item ubi appellatum est, quia per appellationem appellans eximitur a jurisdictione appellanti (*sic*) judicis, si judex aliquid postea faciat, potest dici attemptatum. In causa simplicis querimonie, non potest dici attemptatum, nisi sit tale quod impediat jurisdictionem judicis; et in istis solum committitur attemptatum.

Appellans exemptus est in omnibus, fallit in appellantibus ab officiariis regis..... Item ab officiariis regis non appellatur a defectu juris. Verum est de facto officiarii qui non processit ordinato judicio inter partes, et sufficit via requeste. Sed ubi judicium ordinatum est inter partes, debet et potest appellari, et pars debet vocari cujus interest.

CDXXXIII. Utrum si miles promisit non retrahere rem emptam per clericum, et retrahere incipiat coram judice seculari, possit clericus convenire militem coram judice secularis ecclesiastico, ut conventionem suam servet; et utrum eadem questio per actionis et exceptionis modos possit coram diversis judicibus agitari.

In questione magistri de Rib., dico quod ex quo miles promovit causam retractationis, magister non potuit eum convenire coram alio judice, ad hoc ut suam convencionem servaret, scilicet de non retrahendo, quia eadem erat questio, et lata sentencia in una nocet, et proficit in alia; et de eodem non debet simul, et semel, coram diversis judicibus litigari; unde excipiat si velit in causa retrac-

tationis. Arguit secundum Innocencium *Extra. de mutuis petitio, c. primo, in fine glose* [1]; *ff. de jurejurando, l. duobus,* §. *exceptio* [2]. Tamen poterit agere magister, et statim, ad interesse, eciam re non evicta, quatenus interest litem non fuisse motam, et sic deinceps, quatenus interierit successive. Dices nunc quando miles incipit agere, tunc prius incipit magistro competere actio, absurdum est quod ex eo tollatur. Respondeo : non tollitur, sed suspenditur. Unde si miles vellet supersedere, tunc magister posset agere; nec est mirum quod hoc facit juris neccessitas, ne simul, et semel, de eodem in diversis foris agatur.

CDXXXIV. Utrum rex potuit facere ordinationem per quam claves portarum civitatis de manu civium transtulit in episcopum claremontensem.

In causa claremontensi, [dico?] quod rex non potuerit (*sic*) facere ordinationem illam, per quam de manu civium transtulit in episcopum; quia peccat in tutum; XXII[a], *q.* V, *c. de forma* [3]; *ff. ad l*[*egem*] *juliam* (?) *majestatis, l.* 3 [4]; propter difficultatem fori; *ff. qui satis*-[*dare*] *cogatur, l.* 4 [5]; *Extra. de jurejurando, c. intellecto* [6]. Dato quod posset, non debuit; quia sibi prejudiciale et dampnosum, ratione predicta; item civibus a quibus tornelle antea tenebantur; et qui claves portarum civitatis debent habere patet per litteras regis. Concludetur quod rex reponat cives ad illum statum, vel quod saltem rex retrahat ad manum suam.

Littere magni codicis facti per Johannem Piquet [7].

CDXXXV. Appellacio facta a decano et capitulo remensi, contra archidiaconum remensem, propter hoc quod officialis archidiaconi, et ministri, inhibuerunt sinodum celebrari a decano et capitulo remensi.

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. IV.
[2] *Digest.*, lib. XII, tit. II, l. 28, §. 4.
[3] *Decret.*, par. II, caus. XXII, q. V, c. 18.
[4] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. IV.
[5] *Ibid*, lib. II, tit. VIII.
[6] *Decretal.*, lib. II, tit. XXIV, c. 33.
[7] A dater d'ici notre manuscrit ne nous offre plus que la table de compilations semblables au *Liber practicus*; la dernière de ces tables semble être celle de la plupart des formules contenues dans le *Liber practicus* même.

CDXXXVI. Appellacio facta ab officiali remensis archidiaconi contra decanum et capitulum...., quia celebrare sinodum nitebantur vacante archiepiscopatu per mortem Guillelmi. Vers 1334.

CDXXXVII. Instrumentum factum super procuratorio bono et super appellacione simul.

CDXXXVIII. Appellacio contra judicem, seu executorem auctoritate apostolica delegatum, pro quadam excommunicationis sentencia lata per eundem contra monachos de Altovillari.

CDXXXIX. Appellacio facta ab officiali et sigillifero curie archidiaconi, contra decanum et capitulum ecclesie remensis, quia contumaces eosdem officialem et sigilliferum reputaverant.

CDXL. Innovatio appellacionis predicte.

CDXLI. Appellacio facta ab archidiacono remensi, contra decanum et capitulum remense, pro eo quod eundem archidiaconum citaverant in capitulo coram eis.

CDXLII. Principium et finis testamenti Petri de Libera.

CDXLIII. Citacio facta a decano et capitulo remensi, contra officialem et alios ministros curie archidiaconi, ut ipsi personaliter in capitulo compareant.

CDXLIV. Peticio facta ex parte capituli remensis contra episcopum suffraganeum, ut capam solvat, et alia consueta servicia faciat ecclesie remensi.

CDXLV. Principium et finis testamenti Johannis Coquelet.

CDXLVI. Sentencia diffinitiva lata in causa appellacionis ubi jam due sentencie diffi[nitiv]e precesserunt.

CDXLVII. Procuracio ad petendum confirmacionem electi.

CDXLVIII. Instrumentum electionis abbatis S. Bazoli.

CDXLIX. Instrumentum factum super hoc quod quidam dicebant se missos ex parte decani et capituli remensis ecclesie ad videndum aliquorum privilegia.

CDL. Instrumentum factum super repeticione apostolorum.

CDLI. Item alia apostolorum repeticio.

CDLII. Instrumentum electionis abbatis S. Martini de Sparnaco.

CDLIII. Citacio facta contra quemdam dicentem se capellanum cujusdam capellanie, et [*sic*, ad?] videndum ipsum amoveri a dicta capellania.

CDLIV. Quedam presentacio facta ad capellaniam, decano et c[apitulo?] remensis [ecclesie], vacante sede remensi.

CDLV. Collacio facta de dicta capellania.

CDLVI. Commissio facta alicui canonico ad cognoscendum super jure dicte capellanie.

CDLVII. Monicio facta contra officialem suffraganeum ut clericum appellantem detentum in carcere..... abire permittat, recredat, vel sub fida custodia remittat, nisi causam, etc.

CDLVIII. Supplicatio facta a clerico detento per suffraganeum, ut libere, vel sub cautione, vel sub fida custodia, permittatur abire.

CDLIX. Citacio facta contra episcopum suffraganeum responsurum super eo quod capam ecclesie remensi non solvit, et alia debita servicia non facit.

CDLX. Proposita facta contra citacionem ad finem quod citatus non teneatur facere fidem de titulo sue capellanie.

CDLXI. Citacio facta in causa appellationis a diffinitiva.

CDLXII. Responsio ad peticionem in causa appellationis a diffinitiva.....

CDLXIII. Responsio facta [ad?] peticionem in causa appellationis a gravamine.

CDLXIV. Notula collecta ad ponendum et respondendum et probandum primo.

CDLXV. Proposita in causa gravaminis ad defencionem facti judicis.

CDLXVI. Notule collecte ad disputandum due, et tercia ad confirmandum.

CDLXVII. Supplicatio quod cessetur in causa appellationis a diffinitiva, et procedatur in causa appellationis a gravamine.

CDLXVIII. Proposita contra supplicationem predictam.

CDLXIX. Supplicatio quod presbiter (?) a carcere liberetur, mediante cautione de stando juri.

CDLXX. Appellacio propter supplicationem predictam non admissam.

CDLXXI. Alia supplicatio super eodem.

CDLXXII. Provocatio que dicitur : *Et ne spretis,* ne aliquis clericus capiatur.

CDLXXIII. Supplicatio quod aliquis ad deffensionem legitimam admittatur.

CDLXXIV. Provocatio si factum non fuerit quod supplicatur, que dicitur : *Ne spretis.*

CDLXXV. Decretum canonicorum S. Martini de Sparnaco eligentium.

CDLXXVI. Citatio ad citandum se opponere volentes contra electum.

CDLXXVII. Littera expectatoria contra opponere se volente[s] electo.

CDLXXVIII. Confirmatio abbatis de Sparnaco.

CDLXXIX. Monicio : *Nisi causam*, pro salario advocati.

CDLXXX. Citatio ad citandum aliquem processurum coram judice delegato in causa appellacionis.

CDLXXXI. Subdelegatio.

CDLXXXII. Peticio in causa appellationis facta coram judice delegato.

CDLXXXIII. Responsio ad petitionem.

CDLXXXIV. Prestit[uti]o in causa appellationis predicta.

CDLXXXV. Citatio ad videndum attemptata revocari per judicem delegatum.

CDLXXXVI. Petitio in causa attemptati.

CDLXXXVII. Responsio ad petitionem.

CDLXXXVIII. Prestit[uti]o in causa predicta.

CDLXXXIX. Articuli traditi a decano et capitulo remensi contra eorum [con]canonicum.

CDXC. Qualiter debeat fieri electio, et sic Mandagotus abbreviatus.

Digitized by Google

Codex imperfectus factus per Johannem Piquet.

CDXCI. Assignatio pentionis institute curato inutili, et resignatio beneficii.

CDXCII. Articuli dati contra suspectum de homicidio.

CDXCIII. Finis pulcher cujusdem (*sic*) testamenti.

CDXCIV. Articuli facti contra prepositum de Maceriis super quibusdam attemptatis contra jurisdicionem.

CDXCV. Responsio ad petitionem et proposita facta ad finem quod appellatio pronuncietur minus canonica.

CDXCVI. Citatio exequtoria contra illum qui conferri fecit sibi beneficium quod impetrans alius asserit sibi, pretextu sue gracie,..... debere conferri.

CDXCVII. Appellatio contra promissionem factam cum solempnitate juramenti.

CDXCVIII. Pulchra proposita ad justificandum facta judicis a quo est appellatum.

Littere magni codicis in papiro.

CDXCIX. Peticio pro salario advocati.

D. Peticio contra heredem debitoris.

DI. Peticio pro legato contra executorem.

DII. Supplicatio pro ordinatione bonorum parrochialis ecclesie ad opus creditorum.

DIII. Peticio in causa gravaminis, die minime assignata.....

DIV. Peticio in causa attemptati.

DV. Peticio pro electione confirmanda.

DVI. Peticio contra hominem de corpore.

DVII. Petitio restitutionis quasi possessionis annui redditus.

DVIII. Peticio uxoris contra maritum ad inopiam vergentem.

DIX. Supplicatio pro absolvendo aliquo in forma ecclesie.

DX. Petitio contra hominem de corpore tonsuram deferentem.

DXI. Petitio pro retrahendo rem venditam.

DXII. Petitio in actione ypothecaria.

DXIII. Peticio ad finem garandie.

DXIV. Petitio ad implendam sentenciam arbitrorum.

DXV. Supplicatio quod cadaver excommunicati qui bona sua posuit in manu sancte matris ecclesie, tradatur ecclesiastice discipline.

DXVI. Supplicatio contra hominem de corpore qui clericalem tonsuram assumpsit.

DXVII. Peticio contra illum qui post et contra provocationem bona cepit.

DXVIII. Peticio pro pena episcopo applicandi (*sic*), ratione statuti non servati.

DXIX. Supplicatio pro expensis monachorum.

DXX. Supplicatio quod clericus ordinetur ad titulum supplicantis.

DXXI. Peticio pro decimis.

DXXII. Petitio pro juribus parrochialibus.

DXXIII. Littera super retentione advocati, certo salario mediante.

DXXIV. Procuratio ad citandum in causa appellationis a diffinitiva parte absente lata.

DXXV. Instrumentum super attestationibus in formam publicam redactis, et ut valeant in futurum ad perpetuam rei memoriam.

DXXVI. Presentatio ad ordines.

DXXVII. Littere qualiter aliquis recipitur in provisione episcopi.

DXXVIII. Commissio ad inquirendum contra curatum non residentem et super aliis diffamatum.

DXXIX. Supplicatio proposita contra judicem.

DXXX. Procuratorium abbatis monachum suum procuratorem constituentis.

DXXXI. Supplicatio contra usurarium, ut relaxetur juramentum.

DXXXII. Decretum electionis.

DXXXIII. Provocatorium ad petendum confirmationem.

DXXXIV. Aliud procuratorium ad idem.

DXXXV. Electio seu nominatio arbitrorum abbatem eligencium.

DXXXVI. Collatio notule cum electo in abbatem, ad comparendum coram superiore pro electionis negotio confirmande.

DXXXVII. Admissio ad probandum, et assignatio termini ad hoc.

DXXXVIII. Electio archiclericorum [*sic*, articulorum?] super quibus ab electo in abbatem admittitur, et super quibus non admittitur probacio.

DXXXIX. Sentencia lata super confirmatione abbatis.

DXL. Appellatio contra predictam sentenciam.

DXLI. Citacio ad citandum episcopum qui confirmare recusavit.

DXLII. Littera facta super bona data uxori a marito religionem intrandi (*sic*).

DXLIII. Verba que profert officialis archidiaconi in intronisando episcopum.

DXLIV. Citatio exequtoris auctoritate apostolica contra patronum beneficii visurum informatum et testes jurare.

DXLV. Inhibicio executoris predicti contra patronum ne aliquid attemptet.

DXLVI. Citacio ad videndum publicationem attestationum testium.

DXLVII. Sentencia dicti executoris super lata [*sic*, littera?] laudabili et provisione.

DXLVIII. Absolucio ad cautelam littera [*sic*, lata?] minus juste.

DXLIX. Supplicatio ut absolvatur minus juste excommunicatus.

DL. Proposita contra supplicacionem predictam.

DLI. Littera papalis pro excommunicato minus juste.

DLII. Licencia de non residencia.

DLIII. Supplicatio pro dilatione, pro testibus absentibus habendis.

DLIV. Littera missa ad anicos [*sic*, amicos?] ecclesie remensis, in [*sic*, ut?] eam consolentur.

DLV. Responsio ad litteram predictam.

DLVI. Dispensatio papalis super natalium defectu.

Digitized by Google

DLVII. Appellatio monachi contra abbatem discipatorem.

DLVIII. Publicatio testamenti ad perpetuam rei memoriam.

DLIX. Appellatio contra judicem delegatum trahentem ad locus (*sic*) minus insignem.

DLX. Pronunciatio per ordinatum [*sic*, ordinarium?] facta per quam declaratur processus delegati nullus.

DLXI. Citacio et processus incoatio per modum notorii.

DLXII. Sentencia facta in casu notorio.

DLXIII. Ordinatio facta ad opus creditorum de fructibus beneficii, et inhibicio facta creditori.

DLXIV. Littera presentationis ecclesie honerate in vigenti libris annue pensionis, et littera collacionis, et littera commissionis, et littera impositionis honeris.

DLXV. Littera concessionis loci converse.

DLXVI. Littera placeti ad papam pro aliquo providendo.

DLXVII. Mandatum curato factum ne de cura se intromittat, et quod certus capellanus administretur idem (*sic*).

DLXVIII. Littera directa episcopo a decano et capitulo pro cessendo (*sic*) a divinis, nisi quedam emendaverit.

DLXIX. Responsio episcopi ad litteram decani et capituli.

DLXX. Mandatum exequtoris auctoritate apostolica ut aliquis mittatur in possessionem beneficii de quo idem (*sic*) est provisum.

DLXXI. Provocatio a decano et capitulo remensi contra archiepiscopo (*sic*) ne interdicat terras, et appellacio a gravaminibus.

DLXXII. Processus factus per exequtorem ad providendum.

DLXXIII. Citacio in causa gravaminis.

DLXXIV. Peticio in causa ap[ellante?] dictam peticionem.

DLXXV. Proposita ad finem quod clericus non potest (*sic*) consentire [ut?] appellatio pronuncietur canonica.

DLXXVI. Confessio gravaminis ut appellacio canonica pronuncietur.

DLXXVII. Proposita ne admittatur secunda responsio, nisi primitus pronunciatio [facta sit?] super primis propositis.

DLXXVIII. Supplicatio pro dilatione quinquennali habenda, non obstante oppositione minoris partis creditorum.

DLXXIX. Procuratio ad resignandum ex causa permutationis.

DLXXX. Articuli dati contra attemptantem contra jurisdicionem curie remensis et laicalem justiciam.

DLXXXI. Proposita laicalis justicie contra provocantem ab eis (*sic*).

DLXXXII. Replicatio contra proposita predicta.

DLXXXIII. Provisio facta ex causa permutationis per ordinarium.

DLXXXIV. Procuratio ad resignandum ex causa permutationis testium (*sic*).

DLXXXV. Sequestratio facta in provincia ne partes ad arma prosiliant contendentes de deci[mi]s (?).

DLXXXVI. Appellacio facta contra episcopum non confirmantem abbatem, sed se absentantem, frivolas excusationes allegantem.

DLXXXVII. Presentatio patroni ad parrochialem ecclesiam.

Digitized b

DLXXXVIII. Appellatio laici judicis moniti per officialem, ut laicum quem clericum asserit officialis, eum (*sic*) officiali reddat, et citatio.

DLXXXIX. Appellatio decani et capituli remensis contra officiales remenses.

DXC. Requesta facta ex parte capituli remensis officialibus remensibus, et responsio requeste ob (*sic*) officialibus data.

DXCI. Appellacio senescallorum remensis ecclesie contra officiales remenses.

DXCII. Procuratorium promotoris curie remensis.

DXCIII. Appellacio Reneri Bergier.

DXCIV. Procuratorium ad appellandum.

DXCV. Appellacio Reneri Bergier iterata.

DXCVI. Monitio *nisi causam*, pro detento per officialem suffraganei.

DXCVII. Monitio *nisi causam*, contra baillivum remensem detinentem aliquem in conductu curie archidiaconi existentem.

DXCVIII. Articuli contra attemptantem post [et?] contra inhibitionem curie remensis in provincia.

DXCIX. Citatio auctoritate apostolica contra exequtorem et substitutum cujusdam capellani mortui.

DC. Supplicatio pro absolucione ad cautelam a judice delegato.

DCI. Appellacio pulchra monachi contra suum abbatem.

DCII. Littera *minus juste*.

DCIII. Littera executoria *minus juste*.

DCIV. Appellacio ut absolvatur minus juste excommunicatus.

Digitized by Google

DCV. Peticio facta super attemptato facto curie laicali justicia.

DCVI. Forma electionis secundum Mandagotum.

DCVII. Citatio ad opponendum si quis fuerit.

DCVIII. Littera commissionis ad informandum se super facultatibus monasterii pro taxacione juste facienda.

DCIX. Appellacio facta contra exequtorem auctoritate apostolica providentem alicui de aliquo officio in monasterio.

DCX. Commissio facta alicui ut inquirat de statu et condicione alicujus condempnati ad dotandum aliquam defloratam, et de conditione deflorate.

DCXI. Articuli facti contra homic[id]am.

DCXII. Monitio facta contra officialem suffraganeum negligentem procedere in causa principali et post quindenam.

DCXIII. Appellacio a gravamine.

DCXIV. Petitio in causa attemptati, pro eo quod aliquis, lite pendente, procuravit se mitti in possessionem beneficii de quo lis pendet inter partes.

DCXV. Utrum, consuetudine remensi, ante responsionem (?) appellatum esse de facto, possit dari absolutio ad cautelam.

DCXVI. Citatio contra rumpentes litteras curie remensis.

DCXVII. Monitio ut infra mensem expediatur causa, alioquin ad curiam remensem remittatur, et citatio super eodem.

DCXVIII. Prefacio ad presentandum electum.

COUTUMES

DES

COURS ECCLÉSIASTIQUES ET CIVILES.

---

§. II.

COURS DE DROIT PROFESSÉ DANS LES ÉCOLES DU CHAPITRE.

Digitized by Google

[EXCERPTA] SUMME,

SIVE

LIBRI AUREI DE OMNI FACULTATE

COMPOSITI A MAGISTRO DROGONE DE ALTOVILLARI, CANONICO, SCOLASTICOQUE REMENSI, NECNON JURIS CIVILIS PROFESSORE, CUJUS LABOR ET STUDIUM SUE MORTIS TEMPUS ACCELERAVIT.

(Bibl. de Reims, ms. H, 643-647, fol. 1 et 7; et H, 644-648, fol. 296.)

[SUMME DE OMNI FACULTATE

AD PAPAM ET AD REGEM DEDICATIO?][1].

Incipit tractatus ad laudem et honorem summi pontificis domini Urbanis quarti [2], a magistro Drogone de Altovillari, scolastico remensi, compositus.

(Bibl. de Reims, ms. H, 643-647, fol. 108.)

Noster papa novus, Urbanus nomine dictus,
Quem Deus urbanus urbanum magnificavit
In terris merito, quia Christum semper amavit,
Nunquam peccatis se labe carens maculavit,
A cunctis viciis se totum mundificavit;
Transeat ad Gallos qui corde Deum venerantur;

[1] Bien que dans le manuscrit la double dédicace que nous plaçons ici se trouve séparée de la Somme de Drogon par plus de cent vingt feuillets, nous supposons qu'elle a été composée pour être mise en tête de cet ouvrage. La transition qui unit les deux dédicaces nous paraît légitimer cette supposition. Quant aux feuillets intercalés entre ces opuscules et la Somme à laquelle ils servaient de préface, voyez l'explication que nous donnons dans la Notice bibliographique placée en tête de ce volume.

[2] On sait qu'Urbain IV avait été chanoine et archidiacre de l'église de Laon.

Gallicus Ytalicos fugiat qui mente morantur
Confusi, tota quia [1] perdita sunt sua vota.

Poeta : Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, et immemores non sinit esse sui.

Gallia nunc gaude, quia vir bonus et sine fraude,
Ac omni laude dignus, quem tu genuisti,
Totius est orbis dominus, servus quoque Christi,
Pro quo laus et honor tibi nuper ubique paratur;
Reddo Deo grates super omnes qui dominatur
Nam nocet ingratis, et ei servire paratis
Tanquam propitius subvenit atque pius.

Expliciunt versus.

De tanti promotione viri gaudeat universalis ecclesia, cum summa Dominum laudet letitia, que multo tempore jam fuit ancilla, a servitutibus nunc erit libera; in quo religio crescet et honestas, et divinus cultus, et major potestas; multa consueta cessabunt vicia; malis et reprobis dabitur venia, quos verbis et factis, cum diligentia, Sathane subtrahet, cujus malicia in sua tenentur gravi prisonnia. Cupidis, avaris, tot beneficia ex nunc non dabuntur; egenis copia fiet prebendarum, et abundancia, ut vivere possint absque miseria, et ut auferatur eis inopia; prebende dabuntur cum residentia.

Non erit vagandi tanta licentia. Clero subtrahetur inanis gloria; que multa laborat concupiscentia, in beneficiis cesset symonia que diu regnavit, et avaricia : hec duo sunt sese concomitantia.

Viris litteratis et bene meritis dentur dignitates, et non imperitis. Cupidis, avaris, nichil conferatur; sed eis quod habent totum auferatur, ut indigentibus et largis mittatur, qui sua tribuunt bonis et egenis, qui liberales sunt et sine venenis; nam dicit Scriptura quam sepe legistis : « Gratis date, gratis accepistis. »

O gloriosum presulem! O summe veritatis preconem! O per omnia virum laudabilem! quem tanta Christus implevit gracia, quem sic

[1] Nous prévenons une fois pour toutes que nous ne nous croyons pas tenu de relever les fautes de quantité ou autres qui fourmillent dans l'étrange poésie de Drogon, lorsqu'elles ne nuisent pas à l'intelligence du texte.

Digitized by

exaltavit Christi clementia, quem sic honoravit Christi potentia, quem sic decoravit laus, honor, gloria, cui Christus contulit tot beneficia! Prius ei contulit archidiaconatum. Secundo fecit eum apostolice sedis legatum; consequenter et contulit episcopatum; postea patriarchatum. Ad ultimum eum ad summum provexit pontificatum.

Vere possumus dicere quod a Domino factum est istud, nec admirabile debet esse in oculis nostris, quia Dominus servos suos multociens temporaliter exaltat, et honorat, et ab hac luce substractos semper in suo sanctissimo recepit consortio; quia justorum anime in manu Dei sunt, et justi in perpetuum vivent. Item certum est quod in ovile ovium intravit per ostium, sicut dicit Dominus: « Qui non intrat per ostium in « ovile ovium, sed ascendit aliunde, fur est et latro. Ego sum ostium; « si quis per me introierit, salvabitur. »

Ipse intravit per ostium, id est per Christum, et propter Christum, et secundum Christum; non intravit per carnem et sanguinem, nec symoniam, nec per preces, nec per munera, nec per contractus illicitos, nec per violentiam; sed vocatus est a Domino tanquam Aaron et sicut Moyses ad regimen filiorum Israelis, et sicut Jheremias ad prophetiam; cui Dominus dixit: « Ecce posui verba mea in ore tuo, ecce « constitui te super gentes et regna. »

Item electus est a Domino sicut Josue, mortuo Moyse, cui Dominus dixit: « Facias omnia que tibi precepit Moyses servus meus, et custo- « dias mandata mea et legem meam, et ne declines ab ea ad dexteram « nec ad sinistram. Non recedat volumen legis hujus de ore tuo, sed « meditaberis in ea diebus atque noctibus. »

Item dominus Papa noster est secundus Remigius, secundus Nicholaus, et secundus Martinus, qui per inspirationem et revelationem divinam ad regimen animarum electi fuerunt.

Item secundus est Sebastianus, de quo legitur quod erat vir totius prudentie, in sermone verax, in consilio providus, in judicio justus, in interventu strenuus, in bonitate conspicuus, in universa morum honestate preclarus; de quo necesse fuit ut quem Deus diligebat, quod ab omnibus amaretur. Item legitur in *Codice, de pactis, l. ult.* [1],

[1] *Cod.*, lib. II, tit. III.

Digitized by Google

quod nemo potest pacisci super hereditatem alicujus viventis; et hec est ratio, ne quis in mortem alterius machinetur. Item in canone ex rubro et nigro dicitur, et eadem ratione prohibetur, et ne quis mortem proximi sui desiderare videatur, quod non debet fieri promissio de beneficio non vacante; sed contra Deum, et bonos mores, et contra jus divinum et positivum, quedam inolevit execrabilis corruptela, quod hodie beneficia non vacantia conceduntur et conferuntur. Sed quia secundum quod dicit Apostolus, quod horrendum est incidere in manu Dei viventis, succurrat Dominus huic pestilentie, nec sit locus ex nunc tante nequitie. Hoc totum factum est causa malicie; fuit initium fex avaricie. Concessa revocet prorsus in irritum, qui vult evadere Dei judicium; nullum exaudiat talia petentem, sed ipsum reprobum reputet, utentem precibus reprobis Deo contrariis. Non est indulgendum hominum viciis, sive maliciis, secundum quod dicit lex nostra; et ideo respondit imperator fatuo cuidam injusta petenti : « Auctorem perfidie « et perjurii sperare me non debuerat. »

Summum pontificem si quis offenderit antequam in papam creatus fuerit, offensam remittet per suam gratiam, quem decet habere misericordiam. Ypocrite tristes venient ad eum, simulantes in se quod diligant Deum; quemlibet reputo tanquam Phariseum; nam se justificant, alios contempnunt, et se magnificant contra justiciam; qui nunquam ambulant per pacienciam, sed in se retinent magnam superbiam et feram bestiam, id est invidiam, juxta illud : « Fera pessima « devoravit filium meum Josephum. » In dignitatibus optant exaltari, et ab hominibus primo salutari; super omnem terram volunt dominari, pre cunctis aliis querunt honorari; primos accubitus diligunt in mensa; in primis cathedris sunt in sinagoga; omnia faciunt ut videantur ab hominibus; de quibus Dominus dicit : « Amen, amen dico vobis, re- « ceperunt mercedem suam, » id est inanem gloriam quam appetierunt. Item dicit : « Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vesti- « mentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. » Item : « Atten- « dite a fermento Phariseorum, » quod est ypocrisis. Christus tanquam malos eos persequitur, sicut in pagina sacra repperitur; ipsos sic dicendo pravos alloquitur : « Ypocrite, vos estis similes sepulcris deal-

« batis, que hominibus a foris apparent speciosa, intrinsecus autem « plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcicia. » *Versus :*

Quilibet ypocrita specie tenus est heremita ;
Mente sed in tacita latet anguis habens achonita,

id est venenum.

Vera justicia habet in se compassionem ; falsa autem indignationem.

Diligamus Deum qui diligit justos, quorum dominus est, et fidelis custos ; pauperes, humiles, pios, mansuetos, veros, et non falsos, in Domino lectos [*sic*, letos?], juxta verbum Apostoli dicentis : « Gau- « dete in Domino semper ; iterum dico : Gaudete. » Item : « In omni « dato fac hylarem vultum. » Item : « Hylarem datorem diligit Deus. » Item : « Servite Domino in letitia. » Item Poeta :

« Interpone tuis interdum gaudia curis ;
« Quod caret alterno requie, durabile non est. »

Dominus noster summus pontifex nunc est in gradu suppremo constitutus et sublimatus. Legitur enim in canone quod in apibus unus est princeps, et grues unam secuntur ordine litterato. Item Poeta :

« ..... Fenix unica semper avis. »

Sed omnia temporalia semper transitoria sunt ; unde Ecclesiastes : « Vanitas vanitatum, et omnia vanitas. »..... Item : « Homo vanitati « similis factus est ; dies ejus sicut umbra pretereunt. » Item : « Quia « defecerunt sicut fumus dies mei, et ossa mea sicut cremium arue- « runt. » Item Seneca : « Corpora nostra rapiuntur fluminum more ; « quicquid vides currit cum tempore, nichil ex hiis que videmus ma- « net ; ego ipse dum loquor ista mutari, mutatus sum. » Item Dominus Ysaie : « Clama. Quid clamabo ? Omnis caro fenum, et omnis gloria « ejus quasi flos agri : » Item Job : « Homo natus est de muliere, « brevi vivens tempore, repletur multis miseriis, qui quasi flos egre- « ditur, et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem « statu permanet. » Idem : « Parce michi, Domine, nichil enim sunt « dies mei. » Item Poeta :

« Labitur occulte fallitque volatilis etas,
« Et nichil est annis velocius. »

Item :

« Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
« Et subito casu que valu[e]re ruunt »

Item *versus* :

« Desinat elatis quisquam confidere rebus. »

. . . . . .

Legitur in canone, quod sedes apostolica summum pontificem aut sanctum invenit, aut sanctum reddit; id est invenire debet sanctum, vel reddere sanctum. *Versus* :

« Suppremus pastor mundo sic vivat in isto
« Quod tanquam sanctus societur in ethere Christo ; »

quod ipse probare dignetur qui vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum, amen.

Magister Drogo de Altovillari, scolasticus remensis, quondam juris civilis professor, in jure canonico peritus, in liberalibus artibus eruditus, in sacra pagina doctus, verba composuit presentia ; qui de novo quandam Summam compilavit, que *Summa de omni facultate composita* nuncupatur. Predicta autem nec dixit nec fecit causa glorie mundane, vel laudis humane, quia gloria peccatoris stercus et vermis est; hodie peccator extollitur, cras non invenietur, quia conversus est in terram suam ; item quia omnis laus in ore proprio sordescit ; sed tam causa doctrine, quam salutis eterne, et ut ēmulis suis silentium imponatur, et ut sciatur quod longo tempore studuit, et quod in aliquo profecit, secundum quod in verbis, et in sermonibus, et in scriptis suis, evidenter apparet.

Deo supplicemus cum reverencia, qui plenus est omni misericordia, quod sic transeamus per temporalia, ne nos amittamus spiritualia, et quod sic vivamus ut nobis gracia detur in presenti, post hoc gloria sit nobis cum illo secla per omnia qui vivit et regnat ; et Virgo Maria cum omnibus sanctis, clemens atque pia Domino supplicet ut nobis venia detur, et requies in celi curia ; quod esse poterit illa si vicia vitemus que Paulus enarrat varia, ad Colossenses, III, dicens : « Mortificate ergo « menbra que sunt super terram, fornicationem, immundiciam, libi-

Digitized by Google

« dinem, concupiscentiam malam, et avariciam, que est ydolorum « servitus, » et cetera peccata que in sacris scripturis continentur. *Versus :*

Fiant predicta cum laude Dei benedicta.

Nos Sathanas temptat cujus superbia cum eo descendit in ignominia; resistamus ei cum violentia, ejus contempnentes sequi vestigia; conculcemus eum, ut cum victoria eterna possimus habere gaudia; ipsum comitentur mala consortia que sunt in inferno mille demonia. Multiplices Domino grates reddamus eya; omnia dat nobis cum virgine matre Maria. *Versus :*

Gloria lausque Patri, qui nos a fauce baratri
Eripiens atri, nos jungat in ethere matri.

Amen.

Incipit tractatus ad honorem et laudem illustrissimi regis Francorum Ludovici, a magistro Drogone de Altovillari scolastico remensi compositus.

Altissimo regi grates referamus, cum ab ipso regem talem habeamus, qui populum suum juste pie regis [*sic*, regit?], et secundum Deum in omnibus degit. Vacat vigiliis, operibus piis, orationibus, multis jejuniis. Semper habet Deum verum pre oculis. Peccunia fertur secum in loculis danda pauperibus et indigentibus, ut eis sit cibus corporum et victus. Talis a Domino rex sit benedictus. In elemosinis et penitentia Deo famulatur, ut ei gratia detur in presenti, postea gloria celestis cum Christo et matre Maria. Nec terrena sapit, nec munera capit, nec bona pauperum ut cupidus rapit. Principes gentium, domini terrarum, non secuntur eum; nam rerum malarum cultores mali sunt, atque rapinarum. Non vult inter tales iste computari, qui cepit in celis mente conversari, sicut Paulus dixit de se ipso : « Con- « versatio autem nostra in celis est; » et legitur de matre B. Remigii, quod licet corpore teneretur in mundo, mente tamen conversabatur in celo. Rex justus et prudens vicia non curat, ignis gehennalis ipsum ne comburat.

Ipse considerat et attendit sacras scripturas, et verba Domini dicentis : « Vendite que possidetis, et date elemosinam; facite vobis sacculos « qui non veterascunt, thesaurum indeficientem in celis; thesaurizate « vobis thesauros in celis, ubi nec erugo, nec tinea, demolitur, nec « fures effodiunt, nec furantur. » Item legitur : « Abscondite elemo- « sinam in sinu pauperis, et ipsa orabit pro vobis ad Dominum; quia « sicut aqua extinguit ignem, ita elemosina extinguit peccatum. » Item Thobias dixit filio suo, quem docuit timere Deum ab infantia sua : « Fili, ex substancia tua fac elemosinam; si multum tibi fuerit, habun- « danter tribue; si exiguum, illud libenter impertiri stude; elemosina « enim liberat a peccato, liberat a morte, nec permittit animam ire « in tenebras. » Maxima fiducia erit coram Deo summo in die judicii elemosina omnibus facientibus eam. Item Dominus dedit nobis exemplum, et Sancti, quod nos penitentiam agamus; ipse enim egit penitentiam pro peccatis nostris, non pro suis, secundum quod ipsemet dicit : « Laborare me fecistis in peccatis vestris, et laborem michi pre- « buistis in iniquitatibus vestris. » Ipse qui Dominus erat, et fuit, et semper erit celestis glorie, noluit intrare in gloriam suam, nisi per passionem, juxta illud : « Oportebat Christum pati, et ita intrare in « gloriam suam. » Item : « Proprio filio suo non pepercit Deus, sed « pro nobis omnibus tradidit illum. » Unde Bernardus : « Si proprio « filio unigenito sine culpa non pepercit Deus, quomodo filio suo « adoptivo cum culpa parcet? » Filius Dei, secundum quod dicunt Petrus et Paulus, nec peccatum fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Item : « Decebat ut talis nobis esset pontifex sanctus, innocens, « impollutus, segregatus a peccatoribus. » Item ad Phylippenses : « Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem « autem crucis. » Item in vita presenti Sancti penitentiam egerunt. Unde Paulus : « Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum « viciis et concupiscentiis. » Item : « Sancti ludibria et verbera experti, « insuper et vincula et carceres; lapidati sunt, secti sunt, temptati « sunt, in occisione gladii mortui sunt. » Item : « Tradiderunt corpora « sua propter Deum ad supplicia, et meruerunt habere coronas per- « petuas. » Augustinus : « Vita Sanctorum hec est temporaliter cru- « ciari, et in eternum delectari. » Item Paulus : « Si consurrexistis

« cum Christo, que sursum sunt sapite, non que super terram. »..... Item legitur : « Ve, ve, ve, habitantibus in terra! » id est in amore terrenorum. Item legitur in Ysaia, quod beatus homo qui excutit manus suas ab omni munere, scilicet illicito; unde B. Petrus respondit Symoni mago qui voluit emere gratiam Spiritus Sancti, nolens ejus munera recipere dixit : « Pecunia tua tecum sit in perditionem. » Item Moyses rexit filios Israelis per quadraginta annos, et fuit cum eis, et dixit quod etiam asellum ab eis non accepit. Item Balthasar rex Babilonis dixit Danieli : « Purpura vestieris, et torquem habebis circa « collum tuum, et tercius princeps eris in regno meo. » Cui Daniel respondit : « Munera tua tibi sint, et dona tua alii da. » Item cum Jerusalem esset occupata ab Anthioco rege gentili, Anthiocus misit nuntios suos ad Mathatiam qui erat in monte Modin, ut adoraret ydola; qui dixerunt ei : « Fac mandatum regis, et ditaberis multo « auro et argento, et computaberis inter amicos speciales regis. » Qui nolens ab eis recipere munera respondit : « Non est mihi utile relin- « quere legem Dei mei, et si omnes in hoc consenserint, ego non. » Verumptamen dicit lex, *ff. de officio presidis* [1], quod judex potest accipere esculentum et poculentum quod eadem die consumatur. Item Petrus : « Rapinas nolite concupiscere; divitie si affluant, nolite cor « apponere. » Item Ysaias : « Ve qui predaris, nonne et ipse predaberis? » Item : « Ve qui condunt leges iniquas, et scribentes injusticiam scrip- « serunt, ut opprimerent in judicio pauperes, et ut vim facerent cause « humilium populi mei, et ut vidue essent preda eorum. » *Versus :*

Nostri prelati sunt sumere dona parati;
Sunt nimis elati plures, et more Pilati
Mundo viventes; caveant sibi ne morientes
In baratri penis descendant atque cathenis.
Sint similes regi, Moysi, Petro, Danieli;
Munera vitantes mala, pauperibus sua dantes [2].

[1] *Digest.*, lib. I, tit. XVIII.

[2] Drogon revient sur ce sujet, et paraphrase ces vers dans diverses parties de ses ouvrages. Nous en transcrivons ici deux passages seulement, empruntés au ms. H, 643-647, fol. 199 et fol. 24 :

De prelatis.

Nostri prelati viventes more Pilati,
Ad mala translati, non sunt revocare parati
Ad te peccantes; propriis lucris inhiantes,
In vitiis stantes, humileque bonis spoliantes,
Que sua sunt querunt, non que tua; te reverentur

Rex noster Karolo potest comparari, moribus et vita sanctitate pari; quem Deus in mundo tantum honoravit, quod adversarios omnes superavit, et eum viventem sanctum demonstravit. Sic domino regi

Aut nichil, aut modicum; vix credunt quod morientur.
Corrumpunt populos exemplis penitiosis,
Commissosque greges tibi carceribus tenebrosis
Exponunt Sathane; rapidoque lupo venienti
Jam non occurrunt, et oves proprias rapienti;
Sed fugiunt, nec oves pascunt; sunt hec sicientes,
Et lanas ovium; que pinguia sunt comedentes.
Lux mundi, terre sal, debent esse, lucerna
Ardens et lucens; sed eorum lux hodierna
Dat mundo tenebras sine vero lumine crebras.
Debent arguere reprobos, justosque fovere,
Et populos vere Domini mandata docere,
Divine legis et in ore volumen habere
In qua continue debent ex corde sustinere
Ut se dirigere discant, et oves retinere
In Domini lege, Sathanasque vias prohibere
Ne tencant, sed penitcant, celeste videre
Ut possint lumen, summumque tenere cacumen.
Moribus et vita vivendo pastor honesto
Antecedat oves, ut eas baratri sine peste
Collocet in celia; tunc prudens atque fidelis
Recte dicetur, cum sic bonus invenietur.
Pastor in his qui sunt Domini debet vigilare,
Extirpare malum, discordes pacificare,
Rebus divinis de nocte dieque vacare,
In propriis ovibus, in seque, malum reprobare.
Et quia non posset mundana negotia solus
Exercere, bonis, justisque per omnia, mundis,
Non cupidis, rapidis, ea committat, nec avaris;
Immo Deo caris, qui munera nulla sequantur,
Per quos terrena feliciter expediantur.
Puniat injustos, et predicet undique nomen
Christi: si facit hec bona, felix huic erit omen.
Mundus, devotus, justus, sanctisque remotus
A viciis, humilis, et prudens, preficiatur
Pastor; vult talem super omnes qui dominatur.

De quo Paulus ait: « Dicebat ut talis esse[t] « nobis pontifex sanctus, innocens, impol- « lutus, segregatus a peccatoribus. » Item Petrus: « Qui peccatum non fecit, nec in- « ventus est dolus in ore ejus. »

Nec prece, nec precio, nec vi, quis pontificari
Debet, sed sicut Aaron a rege vocari
Summo, compelli quasi nolens, atque rogari;
Qui sic non intrat in ovile, nequit sociari
Regi celesti, quia vult Sathane copulari;
Nunc sed avaricia colitur, vigot et symonia,
Prevalet invidia, nec Christi philosophia
Regnat in ecclesia, quod Jupiter atque Maria
Nocuent, et vitia. Sed nos clamemus: Eya!
Ad Dominum, quod ea sint a nobis pharisea.
Fiunt pastores hodierni deteriores,
Fraudis cultores, cupidi, rapidi; meliores
Contempti remanent indignis inferiores.
Nunc blanditores dominantur, vie et honores
Dantur; virtutes nec habent in se, neque mores.
Qui bene sunt meriti, justi, pariterque periti,
Sepe repelluntur, et vivunt, et moriuntur,
Pauperie pleni, confusi, semper egeni.
....

De prelatis.

Amos VI: « Vhe qui opulenti estis in « Syon; » opulenti, id est divites; in Syon, id est in ecclesia Dei; « et confiditis in monte « Samarie, » id est altitudine dignitatum vestrarum et honorum; Samaria idem est quam custodia; « optimates, capita popu- « lorum, ingredientes pompatice domum « Israelis; » id est ingredientes ecclesiam Dei in superbia, et cum maxima pompa, et cum multis sequentibus; « qui separati estis in « diem malum, et appropinquatis solio ini- « quitatis, qui dormitis in lectis eburneis, « et lascivitis in stratis vestris; » scilicet vivendo luxuriose; « qui comeditis agnum de « grege, et vitulos de medio armenti, qui « canitis ad vocem psalteri; sicut David pu- « taverunt se habere vasa cantici, bibentes « in fiolo (*sic*) vinum, et optimo unguento « delibuti, et nichil paciebantur super con- « tritione Joseph; » id est super tribulatione inferiorum et minorum; « quapropter [nunc] « migrabunt in capite transmigrantium, et « auferetur factio lascivientium, qui separati « estis in diem malum, » id est in diem judicii, ut pena vobis infligatur eterna; « et « appropinquatis solio iniquitatis; » id est dignitatibus, et honoribus ad quas ascendere

omnes obediunt nobiles, potentes ad eum veniunt, et se voluntati sue subiciunt. Comites, barones, clerici, laici, metuentes eum, sunt ejus amici. Alterum dicamus eum Salomonem, in se qui continet omnem rationem; sed tandem Salomon rex apostatavit, quandam mulierem in tantum amavit, quod ejus idolum stultus adoravit, et legem Moysi violavit; in sapientia non perseveravit sicut fecit pater ejus David; unde de ipso legitur : « Inclinasti femora tua mulieribus, et posuisti « maculam in gloria tua. » Sed rex noster sanctus nunquan erit talis, qui constans et firmus vivit, spiritalis, plenus virtutibus, abstinens a malis. *Versus* :

Rex Ludovicus Satbane vivens inimicus,
Vere catholicus, regis celestis amicus,
Et pius, et providens, humilis, bonus atque pudicus,
Regnat in hoc mundo cum toto corpore mundo.
Factis et verbis, violentis atque superbis,
Obviat, et reprobis; sed favet ille probis;
Serpens antiquus delet inde ferox et iniquus,

de quo Petrus : « Vigilate, quia adversarius noster dyabolus, quasi « leo rugiens, circuit querens quem devoret, cui resistite fortes in « fide. »

Dominus rex reprobis et peccatoribus, ut supra dictum est, obviat et resistit, quia legitur in Canone, quod error cui non resistitur, approbatur; et negligere perturbare perversos, nichil aliud est quam fovere, nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obviare. Item legitur, quod Moyses Amalech in sua virtute et potentia, et armis, et equitibus, et divitiis confidentem, non in expugnando ferro, vel armis, sed sanctis orationibus ejecit et superavit. Sic dominus rex noster, rege celesti mediante, non armis, sed precibus, egregius est triumphator, et Dominus pro eo fortissimus bellator.

Exultet nunc sancta mater ecclesia, sub tanti posita regis custodia; ab omni defendit eam injuria, nec obesse potest ei potentia comitum,

gradatim queritis. Dicit enim lex quod gradatim deferendi sunt honores. Prelati gradatim ascendunt, sed non gradatim descendunt, quia non impetu gradibus omissis corruunt, et sicut dicit Job : « In puncto, » id est in momento, « ad inferna descendunt..... »

barorum et violentia, quorum regis ope cessat malicia. Ecclesiam amat, exultat, honorat, in qua conteritur devotus, et orat; ipsam ornamentis decoris decorat; auxilium Christi precibus implorat; ad divinum cultum frequenter accedit, a quo multociens invitus recedit. Ut eum sequentes justus expediat, studet ut omnibus justicia fiat, et ut Dei cultus sic multiplicetur, in quo sicut decet Christus honoretur. Legitur in Exodo, quod Moyses a mane usque ad vesperum filios Israelis prestolabatur, ut si aliqua disceptatio incidisset, quod eam secundum judicium terminaret. Nec mundum diligit, nec mundi gloriam, sed a se repulit omnem superbiam, et sibi retinet veram prudentiam; de qua Paulus : « Sapientia hujus mundi stulticia est apud Deum; sapien-« tia autem spiritus (?) pax est et vita, pax eterna, et vita perpetua. » Hanc sapientiam rex noster custodit, qui temporalia contempnit et odit, et spiritualia diligit et querit, propter quod in celis cum angelis erit.

Septem sunt virtutes, et septem vicia que mortalia sunt, et generalia. Hec sunt virtutes : fides, spes, caritas. Iste sunt principales virtutes; alie vero cardinales, scilicet prudentia, temperantia, fortitudo, et justicia. Septem autem vitia sunt, ista scilicet : gula, luxuria, avaricia, accidia, superbia, invidia et ira. Omnibus patet quod dominus rex fide prefulget, quod est maximum in principe, secundum quod legitur in *Codice, de summa trinitate et fide catholica* [1], quod nichil est quod majori lumine prefulgeat, quam recta fides in principe; quia sine fide nemo salvari potest, secundum quod dicit Dominus in Ewangelio : « Qui crediderit, et baptazatus (*sic*) fuerit, « salvabitur; qui vero non crediderit, condempnabitur..... » Dominus rex considerat et intelligit sacras scripturas de virtutibus et fide loquentes; unde dicit Johannes..... quod fides est sancte religionis fundamentum, caritatis vinculum, amoris subsidium. Hec sanctitatem firmat, caritatem corroborat, dignitates exornat, in parvis splendet, in juvenibus floret, in provectis apparet. Fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum; non enim quando de fide queritur, racionem querere debemus, sed sacras scripturas de fide lo-

[1] *Cod.*, lib. I, tit. I.

quentes firmiter tenere jubemus. Item, secundum quod dicit Jacobus, fides sine operibus mortua est, et e converso. Item certum est quod dominus rex spem veram et firmam habet, que est de futuro bono; quia spes est expectatio certa future beatitudinis ex gracia Dei et ex meritis precedentibus proveniens; sine meritis non est spes, sed presumptio decipit. Merito sperare debet in Domino, quia longuo tempore graciam Dei quesivit, et adhuc cotidie querit, et optima sua precesserunt opera..... Item presumendum est vehementer secundum exteriora que videmus, quod sit in caritate, sine qua nichil est sanctum, nichil est validum, secundum quod dicit Paulus ad Corinthios : « Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non ha- « beam, factus sum velut es sonans, aut tympanum tiniens; et si ha- « buero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scien- « tiam, et habuero omnem fidem ita ut montes transferam, caritatem « autem non habeam, nichil sum; et si distribuero in cibos pauperum « omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, « caritatem autem non habeam, nichil mihi prodest. » Item Bernardus : « Si te magnificaverint sapiencia Salomonis, pulchritudo Absalo- « nis, agilitas Asaelis, divitie Creti (*sic*), potentia Octaviani,.... glo- « ria Alexandri, numerositas annorum Enoch, caritatem autem non « habeas, nichil tibi prosunt. » Item certum est quod ipse veram prudentiam et sanctam habet. Est autem prudentia secundum Tullium, rerum bonarum malarumque discretio, in fuga mali et in electione boni. Dominus rex tanquam prudens et providus bonum elegit, et malum reliquit; juxta illud Petrus : « Declina a malo, et fac bonum. » Item legitur : « Butirum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et « eligere bonum. » Item Boetius : « Quod ante oculos est tantum non « sufficit intueri, sed prudentia rerum exitus metitur. » Item Dominus dicit in Ewangelio : « Estote prudentes, » id est futura pericula previdentes, vel providentes. Dominus noster rex non solum presentia respicit, sed futura, quia secundum quod dicit Salomon, sua considerat novissima, timet inferni supplicia, desiderat eterna gaudia, dominicam passionem habet in memoria, extremum judicium recolit, et brevitam vite presentis in corde repetit. Item certum est quod habet in se temperantiam, quia temperantia est, secundum quod dicit philosophus,

virtus vel potentia refrenandi illecebras impetum in nos facientes. Seneca : « Impetus est, non ratio, quicquid sine temperantia profi- « temur..... » Seneca : « Temperantia magnam valitudinem facit. » Jeronimus : « Si felicitas eluceat, non sis jactans; si calamitas contigit, « pusillanimis non existas. » Ex quo dominus rex habet in se temperantiam, non est impetuosus, immo omnia facit cum moderamine et deliberatione; quia sicut dicit Poeta :

« .... Male cuncta ministrat
« Impetus.....; »

et legitur in Canone, quod tempore indigemus ut aliquid maturius peragamus; unde legimus in legibus nostris, quod quidam imperator quandam sententiam impetuose tulit, et sine deliberatione, severiorem quam deberet, et statim eam fecit demandari executioni; sed penitentia ductus, quandam legem condidit in qua cavetur quod sententie in causa sanguinis late infra trigenta dies non demandentur execntioni.

Sequitur de fortitudine. Est autem fortitudo, secundum quod dicit philosophus, virtus que nec adversitatis incursu frangitur, nec prosperitatis blandimento elevatur. Item Tullius : « Fortuna non modo fortes « adjuvat, sed multo magis ratio. » Item Gregorius : « Sicut antiquus « hostis contra consentientes fortis est, contra resistentes debilis. Si « enim suggestionibus ejus prebetur assensus, quasi leo nunquam « tolerari potest; si autem resistitur, quasi formica atteritur. Ergo « aliis formica est, et aliis leo. » Idem : « Dyabolus ubi molle cor « invenit, ibi pedem persuasionis figit. » Constat enim quod dominus rex fortitudinem habet in se, quia fortis est in adversis, nec superbiam assumit in prosperis, et dyaboli temptationibus fortiter resistit, quia dyabolus in eo cor molle non invenit, et ideo pedem persuasionis et deceptionis in eo non ponit. Item Macrobius : « Magna est ejus gloria, « qui et nullius laudibus crescit, et nullius vituperatione minuitur. » Quid plura? Cunctis virtutibus est rex insignitus, nullis criminibus vivit irretitus; in omni doctrina multum eruditus, in reddendo jura cautus et peritus, licet nec sit senex, nec sit emeritus, Dei voluntati totus expositus. Que sit voluntas Dei dicit Cassiodorus : « Dei voluntas

« est stabilitas in fide, humilitas in conversatione, modestia in verbis, « justicia in factis, in operibus misericordia, in moribus disciplina; » nulli injuriam facere, sibi factam equanimiter tolerare, in Deum credere, in Deo sperare, Deum ex toto corde diligere. Si recte mores et merita domini regis consideremus, omnia predicta procul dubio concurrunt in ipso; pauperes, humiles viros litteratos querit et exaltat, reprobat inflatos, id est superbos, quia sciencia inflat; sed sibi caveat ne sint ypocrite, qui sub vulpe latent, nec sunt bone vite. Unde Oratius, *versus* :

Ne te decipiant animi sub vulpe latentes;

operibus credat; que sunt veritatis approbet et laudet, non que falsitatis. Christus ypocritas persequitur, sicut in pagina sacra reperitur. Non opus est ut rex noster commendetur, sicut in scripturis multis continetur; nam ipsum opera sua comendant, et testimonium perhibent de ipso. Dominus autem dixit de semetipso : « Si michi non « creditis, operibus credite : opera que ego facio testimonium perhi- « bent de me. » Item dicit lex *ff. de in integrum restitutionibus* [1] : « Tutulus (*sic*) iste non indiget commendatione, se ipsum commen- « dat; » quia frequens est et utilis et necessarius.

Cum devotione Deo supplicemus, in cujus manibus omnia videmus, qui celum et terram et mare creavit; qui primum hominem de limo formavit, ut domino regi vivere concedat, nec diebus nostris a nobis recedat; nam ipso mortuo multi morerentur, ecclesie bona statim raperentur a multis qui Deum parum reverentur, pauperes genere debilitarentur, adversus potentes se non tuerentur, vera justicia tota deperiret, Karoli Martelli tempus adveniret qui clerum decimis male spoliavit, quas tunc contra Deum laicis donavit, omnia destruxit; sed rex reparavit, et clerum illesum semper conservavit. Multi sunt hodie, si possent, Karoli, sed eos reprimunt regis malleoli; cessant a delictis non Dei timore, sed ne puniantur a superiore :

Oderunt peccare mali formidine pene,
Oderunt peccare boni virtutis amore.

[1] *Digest.*, lib. IV, tit. I, l. I.

Item dominus rex noster est Samuel secundus, qui ab infantia sua in templo Domini fuit, ut ubi deserviret postquam fuit ab uberibus ablactatus, presentatus, fuit et oblatus, qui maxime fuit innocentie et prudentie, et in multis intellectum et spiritum habuit prophetie; qui dixit : « Preparate corda vestra Domino, et servite illi soli, et libe-« rabit vos de manibus inimicorum vestrorum. » Et vocatus fuit Samuel quoniam ab Anna matre sua pluries fuerat postulatus. Hec de Samuele leguntur *Primo Regum*, in principio. Sic dominus noster rex tanquam sanctus, innocens, impollutus, ab infantia sua Domino cepit famulari, et se totum divinis officiis mancipavit, et jugum Domini ab adolescentia sua secundum verbum Jeremie dicentis tulit : « Bonum « est viro cum portaverit jugum Domini ab adolescentia sua. » Unde *versus* :

Qui non assuescit virtutes dum juvenescit
A viciis nescit discedere quando senescit.

Item legitur in corpore *Autenticorum, de monachis*[1], quod difficilis est vite mutatio, et cum animi fit dolore. Item legitur de B. Remigio : « Presul Remigius nobilis genere, sed nobilior sanctitate. » Dominus rex noster licet nobilissimus sit genere, nobilior tamen est moribus et sanctitate; quia nobilitas generis sine nobilitate morum parum proficit et operatur. Unde dicit Poeta :

Nobilitas sola est animum que moribus ornat;

Philosophus : « Nobilitas nichil aliud est quam inveterate divitie. » Item beata Agathes dixit : « Summa ingenuitas ista est in qua ser-« vitus Christi comprobatur. » Sed vere dici potest quod ille qui Deum timet et diligit, et ejus mandata facit, quod inter nobiles merito debet reputari; omnes enim ab Adam descendimus, cujus peccati penam et corruptionem sustinemus. Item potest merito dici de domino rege quod legitur de B. Johanne Baptista : « Erat autem Johannes « lucerna ardens et lucens; » ardens in bonis operibus, et lucens in

[1] *Auth.*, coll. I, tit. V, novel. 5.

Digitized by Google

bonis exemplis quibus mundum illuminabat universum. Item erat Johannes scola virtutum, magisterium vite, sanctitatis forma, norma justicie, totius fidei speculum, et exemplum pudicicie, titulus penitencie, via fidei et discipline. Predicta merito de ipso dici possunt, sicut in moribus suis apparet. Dominus noster Jhesus Christus, qui cunctarum largitor est graciarum, et a quo bona cuncta procedunt, domino regi multiplices contulit gracias; sed quia septies in die cadit justus, Domino supplicet ut in eo gracias suas multiplicet et confirmet. Legitur in Canticis beatissima de Virgine : « Que est ista que ascendit de deserto, « deliciis affluens, » scilicet graciarum, « innixa super dilectum suum? » Ipsa de se non confidebat, sed tantum in filio suo dilecto cui continue supplicabat ut gracias quas ei dederat in ea multiplicaret et confirmaret; non innitebatur prudentie sue, secundum quod dicit Salomon : « Ne innitaris prudentie tue, ne tibi sapiens videaris. » Item Paulus : « Nolite esse prudentes apud vosmetipsos; » quia quidam ita credunt esse sapientes, quod consilio non indigeant alieno; quod fatuum est, et contra verba Thobie dicentis filio suo : « Fili, semper a sapiente consi- « lium perquire. » Rogemus Dominum quod ei graciam donet in presenti, post mortem gloriam eternam in celis ei largiatur..... quod ipse prestare dignetur qui vivit et regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Summum pontificem cum rege laudavi [1], mores et virtutes ejus

[1] Ces louanges rapportèrent sans doute à leur auteur le titre de chapelain du roi, titre dont il se pare dans une autre dédicace, dont nous donnerons ici le début. (Ms. H, 644-648, fol. 116.)

Incipit vita cum passione sanctissime Christiane virginis et martyris gloriose et nobilis, a magistro Drogone de Altovillari scolastico remensi versibus exposita, et secundum quod melius potuit ab eo diligenter repetita :

Reverentissimo domino suo Ludovico, Dei gratia regi Francorum illustrissimo, Drogo de Altovillari, scolasticus remensis, suus minimus, humilis, et devotus capellanus, cum omni honore et reverentia, gratiam in presenti, et gloriam in futuro Reverentissime domine, vitam cum passione sanctissime Christiane virginis et martyris gloriose et nobilis genere, tamquam forte minus sapiens, et nimia ductus audatia versibus expositam, et cum magna sollicitudine secundum quod melius potui diligenter repetitam, vestre regie majestati tranamitto quam ad honorem Dei omnipotenti[s] et sanctissime Virginis, si vestre placuerit excellentie, quando clementia vestra viderit expedire, procipietis in vestra presentia recitari.....

enarravi; uterque sanctus est, et Domino gratus, in bonis operibus exemplis ornatus, Domino servire devote paratus. *Versus :*

Sint simul in celis, socius sit uterque fidelis;
Dum sunt viventes, socii sint, et morientes. Amen.

Non credat aliquis quod sim adulator [1], nam sum veritatis publice relator; hoc genus hominum Deus aspernatur qui reprobos punit, et eis minatur. Contra justiciam homini placere nec volo, nec quero, nec vera tacere.

Paulus : « Si hominibus placerem, scilicet contra Deum, servus « Dei non essem. » Sunt autem quidam qui vel timore, vel concupis-

[1] Si l'on ne veut pas accuser Drogon de flatterie, il faut convenir du moins qu'il avait une excessive propension à la bienveillance pour les princes du sang royal. Outre les dédicaces et les vers en l'honneur de Saint-Louis et de Charles d'Anjou, que nous avons imprimés ci-dessus ou que nous donnerons plus bas dans les notes du premier Appendice, nous pourrions citer d'autres vers adressés à Saint-Louis (H, 648-648, fol. 273, verso), des vers adressés à Jean de Courtenay, archevêque de Reims (*ibid.*, 274, verso), etc. En voici quelques uns adressés à Thibaut de Navarre, gendre de Saint-Louis (H, 645-649, fol. 59) :

Incipiunt versus de domino Theobaldo illustrissimo rege Navarre, a magistro Drogone de Altovillari.

Illustri regi Theobaldo vivere legi
Qui vult divine subjectus, sit sine fico
Gloria, laus, et honor, de quo bona dicere conor
Que regnant in eo multa, placente Deo.
Hunc pudor Tpoliti, vigor Erculis, Hectoris actus,
Caseus Ulixeus, Nestoreusque regunt.
. . . . . .
Est fidei cultor, pagane gentis et ultor
Trans mare magnus erit; cum Christo vivere queris
Prudens post mortem, celique tenere cohortem.
De regum genere, comitumque, per omnia vere
Nobilis est ortus, celi patent tibi portus;
Victor, non victus, paganis ait, et benedictus,
Contra gentiles armis strenuus, fore viles
Quod precor, et victos hostes fidei maledictos,
Rex, et honoretur, et ei victoria detur
Hic, et in eternum vivens evitet Avernum (id est infernum).
. . . . . .
Optima sunt opera sua, sancta, per omnia vera,
Nec fera, nec ficta, super ethera sunt benedicta.
Pauperie plenis, viduis, miseris, et egenis,
Dat sua multa bona; fert magnis maxima dona.
. . . . . .
Subjectosque regit juste, bonus undique degit
Moribus et vita; virtutibus est heremita.
Christum rex oret, et nocte dieque laboret
Quod supradicta, que sunt in eo benedicta,
Perpetuo durent, ab eo ne recedere curent.
Est sua majestas super omnes, atque potestas;
Rex est multorum, magnusque comes, populorum,
Quos regit ut fortis, audax, memor undique mortis.
Odit peccatum, se servat et immaculatum,
Terribilis, ferus, atque potens propriis inimicis,
Utilis, expositus, et largus regnat amicis.
Vivat et in Christo mundo longevus in isto,
Rex supradictus, et in eternum benedictus;

« quod ipse prestare dignetur qui vivit et regnat unus Deus, unus rex omnipotens, creator celi et terre, et omnis et universe creature, et dominus celi, dominus aeris, dominus maris, dominus terre, dominus inferni, per immortalia secalorum secula. Amen. »

Digitized by Google

centia rerum temporalium et a morte [*sic*, amore?], vel quia volunt hominibus placere, veritatem obnubilant, et obfuscant. Sed legitur in Canone, quod veritatem occultare, peccatum est mortale. Est autem triplex veritas, oris, cordis et operis; veritas parit odium, et odium incurrit qui arguit criminosos; unde Dominus noster Jhesus Christus propter veritatem quam predicavit in mundo, fuit in cruce mortuus, Baptista decollatus, maximus martyrum numerus variis supplicibus expositus. Ex precedentibus non erit elatus dominus rex noster, quia confirmatus est in virtutibus, a Deo probatus.

Digitized by Google

[SUMME DE OMNI FACULTATE

PARS PRIMA.]

(Bibl. de Reims, ms. H, 643-647, fol. 249-318.)

[I.] De justis et justicia, et de penis in jure civili contentis, secundum qualitatem et quantitatem delictorum delinquentibus infligendis.

Dominus dicit in Ewangelio : « Beati qui esuriunt et sciciunt justi-« ciam, quia ipsi saturabuntur. » Item : « Reddite que sunt Cesaris Ce-« sari, et que sunt Dei Deo. » Item, in libro Sapientie : « Diligite justi-« ciam qui judicatis terram. » Item : « Justorum anime in manu Dei sunt, « et non tanget illos tormentum malicie. » Item : « Justi in perpetuum « vivent. » Item : « Letamini justi in Domino, et gloriamini omnes recti « corde. » Item : « Exultent justi in conspectu Dei, et delectentur in « letitia. » Item : « Justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. » Item : « Justus Dominus, et justicias dilexit... » Item : « Justus cor suum « tradet diluculo ad vigilendum ad Dominum qui fecit illum, et in con-« spectu Altissimi deprecabitur. » Item, in Proverbiis : « Qui negligit « dampnum propter amicum, justus est. » Item : « Justum deduxit « Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. » Item : « Ecce « sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo, et inventus est jus-« tus. » Item : « Justi confitebuntur nomini tuo, et habitabunt recti cum « vultu tuo. » Item, lex nostra civilis dicit, quod justicia est constans et perpetua voluntas tribuens unicuique quod suum est. Item juris precepta sunt hec : Honeste vivere, alterum non ledere, jus suum unicuique tribuere. Item philosophus : « Justicia est virtus unicuique jus « suum tribuens, communi utilitate servata. » Item Clemens papa : « Justicia est bene merentes remunerans, mala autem puniens juxta « qualitatem delicti, penam vel meritum recompensans; vera justicia « habet in se compassionem, falsa vero indignationem. » Item : « Justi

« in perpetuum vivent, et apud Dominum est merces eorum. » Dominus retribuit mercedem suam justis et injustis, unde legitur in Apocalypse, quod opera illorum secuntur illos, sive fuerint opera bona, sive mala. Item dicit Dominus : « Beati qui persecutionem paciuntur « propter justiciam. » Dominus enim, et Apostoli, et Evangeliste, et S. Martyres, et B. Thomas cantuariensis propter libertatem ecclesie sue quam deffendebat, et propter justiciam, contumelias et varios labores et mortem sustinuerunt. Unde dicit Paulus : « Sancti ludibria et « verbera experti, insuper et vincula, et carceres, lapidati sunt, secti « sunt, temptati sunt, in occisione gladii mortui sunt. » Item Phalmista (*sic*) : « Domine, quis habitabit in tabernaculo? Qui ingreditur « sine macula, et operatur justiciam..... » Ex istis verbis evidenter apparet quod injusti qui non diligunt justiciam, et qui eam non exercent, maledicti sunt a Domino, dampnacionem eternam ex injusticia sua recepturi. Item dicit Salomon, quod justus prior accusator est sui, quia nunquam se justificat, nec commendat..... Item qui justus est de se ipso debet justiciam facere, et omnes sensus suos, scilicet auditum, visum, odoratum, gustum, tactum, ab illicitis actibus prohibere et refrenare, et se ipsum castigare, corrigere, punire, et cadaver suum jejuniis et vigiliis macerare. Item legitur in Canone : « Juste judicate « filii hominum, et nolite secundum faciem judicare, sed justum judi- « cium judicate. » Item legitur in Deuteronomo, quod Moyses dixit filiis Israelis : « Date ex vobis viros sapientes et gnaros, quorum con- « versatio nota sit in tribubus vestris; quia non possum solus pondus et « jurgia sustinere, constitui vobis principes, tribunos, et centuriones, « et quinquagenarios ac decanos, qui docebunt vos singula, precepique « eis dicens : Audite illos, et quod justum est judicate; sive civis sit, sive « peregrinus, nulla erit distancia personarum : ita parvum audietis ut « magnum, nec accipietis cujusquam personam, quia Dei judicium est. » Item Nicodemus venit ad Jhesum nocte dicens : « Magister, scimus quia « verax es, et viam Dei in veritate doces, non enim respicis personas « hominum. » Item Petrus dixit : « In veritate comperi quia non est per- « sonarum acceptor Deus. »... Certum est ergo quod secundum justiciam, et secundum Deum, in judiciis et negotiis sine personarum acceptione semper est procedendum. Unde dicit lex nostra, quod merita causarum

pertinenti assertione panduntur; unde judex quicumque fuerit, sive magnus, sive pedaneus, sive delegatus, vel ordinarius, in cognitionibus causarum, partibus in judicio presentibus, procedere debet, et rationes, et allegationes utriusque partis, patienter audire, et motum animi sui non ad unam speciem probationum applicare; quia secundum quod legitur in Canone, judicantem cuncta rimari oportet; sed ex diversis probationibus, et presumptionibus, et judiciis, et argumentis, se ipsum debet informare. In causis autem pecuniariis, in principio litis actio debet edi secundum quod dicit lex *Cod., de edendo* : « Edita actio spe- « ciem litis future demonstrat, quam emendari, vel mutari licet, prout « edicti perpetui monet auctoritas, vel jus reddentis decernit equitas[1], » quia nemo potest experiri sine actione, secundum quod dicit lex; oriuntur autem omnes actiones de mundo, secundum quod lege cavetur, ex contractu, vel ex maleficio, vel ex variis figuris causarum. Item debet offerri libellus ab auctore, reo, secundum quod dicit illud Auctenticum : « Offeratur ei libellus, qui vocatus est ad judicium. » Item fieri debet litis contentio per narrationem ab actore factam, et per responsionem ab reo subsecutam, quia reus debet confiteri, vel negare, ea que in petitione continentur. Lite contestata, et jurato de calumpnia, sequitur fieri testium depositio, et post hec eorum publicatio, et sic multipliciter judex de meritis cause poterit cerciorari, quandoque per confessionem rei, et tunc secundum quod dicit lex, nulle sunt partes judicis in confitentem, nisi quantum ad finem probationum, quia tunc judex in hiis que petita sunt reum poterit condempnare. Dicit enim lex, quod turpe est venire contra illud quod aliquis dilucida voce confessus est. Item Dominus dicit in Ewangelio : « Ex ore tuo te ju- « dico, serve nequam. » Item poterit liquere judici de meritis cause per rei evidentiam, secundum quod legitur in Canone : « Evidentia « patrati sceleris, clamore non indiget accusatoris. » Item quod factum de quo agitur notorium est. Item quod nulla tergiversatione potest velari, vel occultari. Istis modis predictis judice cerciorato, et concluso in negotio, judex suam sententiam diffinitivam in scriptis, et partibus presentibus, secundum justiciam, poterit promulgare, nisi

[1] *Cod.*, lib. II, tit. I, l. 3.

Digitized by Google

forte pars adversa fuit absens per contumatiam, et legitimis edictis per judicem fuit evocata, quia tunc secundum quod dicit lex, quia ipsius absentia diei repletur presentia. In scriptis dixi; quia dicit lex, quod sententia que non fuerit in scriptis redacta, et pronuntiata, nec nomen habere sententie mereatur, nisi quando episcopus cognoscit inter clericos suos, et in modicis causis, ubi non est necesse quod sententia proferatur in scriptis; a qua si non fuerit appellatum, reo perpetuum silentium imponetur, quia dicit lex quod res judicata pro veritate accipitur, et quod presumitur quod [*sic*, pro?] sententia judicis, nisi aliquid in contrarium probetur. Item dicit lex, rebus quidem judicatis standum est, nisi ab ipsius sententia fuerit appellatum. Si autem judex aliquid ex arrupto, et sine cause cognitione, nec ordine juris observato, contra justiciam fuerit interlocutus, illud poterit et debebit revocare, secundum quod dicit lex : quod jussit vetuitve pretor, contrario judicio tollere potest; secus in diffinitiva. Item, sapientis est mutare consilium. Item dicit lex, quod varietatem pretor non aspernatur. Item dici alia lex *ff. de decurionibus* [sic, *de decretis ab ordine faciendis?*][1], quod decreta ab ordine decurionum facta, si ad utilitatem ordinis revocatio respiciat, possunt revocare (*sic*). Item legitur, quod humanum est peccare, dyabolicum est perseverare. Item dicit Poeta :

Non ludisse pudet, sed non incidere ludum;

id est, si peccavi non est michi pudor, nec confusio si a ludo recedo. Nemo sani capitis, et timens Deum, sive judex, sive prelatus, alicujus pene sententiam, etiam minime, in non confessum non convictum (*sic*), in nullo prorsus delicto seu maleficio deprehensum, presumeret ex certa scientia fulminare; quia divinam in hac parte nullatenus evaderet ultionem. Item interlocutoria nunquam transit in rem judicatam quantum ad judicem, sed quantum ad illum contra quem lata est bene transit, et nisi infra decennium appellaverit ab ea, ulterius non poterit appellare, sed habebit necesse rei judicate parere. Item si altera partium, lite pendente, aliquod iniquum et injustum, et contra justiciam, et in prejudicium partis adverse, petat a judice, judex

[1] *Digest.*, lib. I, tit. IX, l. 5.

Digitized by Google

debet ei respondere sicut imperator respondit cuidam qui minoris erat etatis, qui juraverat quod non iret contra venditionem rerum suarum, quas vendiderat..... Maliciis hominum, secundum quod dicit lex, non est indulgendum, sed potius obviendum, et ex inprobitate sua, et injusticia, nemo debet commodum reportare. Item dicit lex, rescripta contra jus ellicita refutari precipimus, nisi aliquid sit quod non ledat alium, et prosit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat; id est quod alicui remittatur pena alicujus delicti. Item dicit lex, quod nec dampnosa fisco, nec juri contraria, postulari oportet. Unde legitur in Ewangelio, quod mater filiorum Zebedei dixit Domino : « Domine, « fac ut duo filii mei tecum sedeant in regno tuo, unus a dextris, et « alius a sinistris. » Unde Dominus respondit ei : « Nescitis quid peta- « tis, dicens : Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? » Sic debet quilibet judex preces injustas, et peticiones in prejudicium alterius, et contra justiciam, prorsus repellere, nec tales petitores fallaces et dolosos in aliquo debet exaudire, et quicquid per falsi suggestionem, et veri suppressionem, impetraverint a judice, debet in irritum revocari, et judex debet eos tanquam falsarios et mendaces pro sua calumpnia punire, considerata delicti qualitate et quantitate. Vult enim jus divinum et positivum quod delicta et maleficia punientur, quia facilitas venie parit incentivum delinquanti. Item dicit lex : « Expédit enim « reipublice ne maleficia remaneant impunita. » Item dicit imperator presidi provincie : « Non permitas nocentes vivere. » Item Dominus.... per Phalmistam (*sic*) : « Visitabo in virga iniquitates illorum, et in ver- « beribus peccata eorum. » Item Hely, quia non correxit excessus filiorum suorum, fracta cervice turpiter expiravit. Volunt ergo divina jura, et canonica, et civilia, ut malefactores et delinquentes, probatis eorum maleficiis et delictis, considerata qualitate et quantitate delictorum et maleficiorum, punientur, ut alii a delictis et excessibus [de]terreantur. Unde dicit lex, quod pena teneat suos actores. Innocentes autem puniri non debent; et quilibet presumitur esse bonus, donec probetur in contrarium. Dixit autem lex, quod interpretatione legum, pene potius molliende sunt quam exasperande, quia justiçia sine misericordia, crudelitas est; misericordia sine justicia, est stulticia. Verba sunt Clementis pape. Item dicit Ambrosius : « Leviter castigatus reverentiam exibet

Digitized

« castiganti, aperitatis (*sic*) autem nimie increpatione correptus, nec « correptionem recepit, nec salutem.... » Legitur enim quod misericordia est humane nature preciosum ornamentum, cujus quis expers male degenerat se ipsum hominem esse diffitetur. Nole enim misereri, est cum feris habere commercium. Dicit enim lex quod utendo jure meo, nulli facio injuriam. Item dicit lex michi, vim vi repellere com moderamine... Item dicit alia lex, quod si video debitorem meum cum pecunia mea fugientem, possum eum inpugne capere, et auctoritate mea detinere. Item dicit alia lex quod si video hominem venientem evaginato gladio qui me vult interficere, quod eum inpugne possum occidere; quia melius est ante tempus occurrere, quam post exitum vindicare. Item dicit lex, quod melius est jus suum illesum conservare, quam post vulneratam causam remedium querere. Item dicit lex, *ad legem Juliam, de adulteriis*, quod si invenio de nocte aliquem cum uxore mea, in rebus Veneris, possum impugne uno ictu, uno impetu....., utrumque adulterum et adulteram interficere, quia nox et justus dolor factum relevat. Unde si aliquis rem meam, vel jus meum, in cujus possessione sum, vel quasi, michi vult auferre, vel per violenciam suam vult me privare, licet michi de jure contra violentiam et maliciam suam me deffendere, et rem meam et jus meum integrum et illesum conservare; vel si jure meo, vel rebus meis, per potentiam et fraudem alicujus privatus sum et spoliatus, possum contra eum de jure agere, et eum convenire, et [*sic*, ut?] jus meum et bona mea sic perdita valeam recuperare. Nec aliquis judex de jure michi potest contrarium prohibere....

[II.] De inquisitione.

Multis autem modis contra aliquem proceditur; quandoque in modo inquisitionis, scilicet quandoque prelatus vult procedere ex officio suo ad inquirendum et puniendum subdictorum suorum excessus; et tunc debet inquisitionem precedere clamosa insinuatio, et quod ille contra quem fit inquisitio sit diffamatus apud bonos et graves, et quod illa infamia originem habuerit a bonis, et fide dignis, et honestis, non ab emulis et manivolis (*sic*), et inimicis; et quod clamor illius infamie non semel, sed pluries, et frequanter pervenerit ad aures superioris. Unde legitur in Ewangelio de villico illo qui diffamatus erat apud

dominum suum, quod dominus dixit ei : « Quid est quod audio de te? « redde rationem villicationis tue, jam enim non poteris villicare. » Item Dominus dixit de Sodoma et Gomora, et de quibusdam aliis civitatibus in quibus illud vitium sodometicum solo dictu nefandum regnabat :.... « Descendam et videbo.... » Item oportet quod ille contra quem fit inquisitio sit presens, nisi fuerit absens per contumatiam, et quod ei singula capitula super quibus prelatus contra eum inquirit, et nomina testium contra ipsum productorum, et forma totius inquisitionis exponantur, ut contra inquisitionem de se factam se possit defendere, et exceptiones, et rationes, et defensiones, et replicationes suas, contra inquisitionem proponere. Prelatus enim non ex odii fomite, sed ex affectu caritatis, ad inquirandum subditorum excessus debet procedere, ut illi qui correptione indigent corrigantur, et ut de statu culpe ad statum gratie reducantur.

[III.] De denuntiatione.

Item proceditur contra aliquem in modum denuntiationis, quam precedere debet karitativa admonitio, secundum quod legitur in Canone et in Ewangelio; dixit enim Dominus : « Si peccaverit in te frater « tuus, corripe eum inter te et ipsum solum; si te audierit, lucratus es « fratrem tuum; quod si te non audierit, adhibe tecum duos testes, « vel tres, ut in ore duum, vel trium, stet omne verbum; et si te sic « non audierit, dic ecclesie; si nec te, nec ecclesiam audierit, sit tibi « tanquam enuchus et publicanus. »

[IV.] De accusatione.

Aliquando proceditur contra aliquem convictum in modum accusationis, quam legitima precedere debet inscriptio. Ille qui vult aliquem de crimine accusare, debet contra eum inscribere, et se ad talionem tenetur obligare; quia secundum quod dicit lex, calumpnientes ad vindictam poscit similitudo supplicii. Unde legitur in Canone : « Qui « calumpniam illatam non probat, penam debet incurre[re], quam sus- « tinuisset utique reus, si convictus esset de crimine. » In pluribus autem casibus repellitur accusator ab accusatione; unde dicit lex, quod paria crimina mutua compensatione delentur. Item dicit lex, nil arenarius arenario, nil dolosus doloso, nil criminosus criminoso, potest obicere,

nisi in exceptis criminibus, scilicet in crimine lese majestatis, et hereseos, et expugnate patrie, ad quorum accusationem, et aliorum quorumdam, mulieres, et alii cujuscumque sint conditionis, sive libere, sive servilis, et infames, passim et indifferenter admittuntur. Item legitur in Canone, quod oves criminose pastorem suum non accusant. Item dicit Dominus in Ewangelio : « Ipocrita, eice prius trabem de « oculo tuo, et postea eice festucam de oculo fratris tui. » In quibus verbis significatur et apparet, quod qui vult alium accusare, vel arguere de crimine, quod prius se ipsum debet a sordibus mundificare, et quod nulus in personam alterius potest obicere vicium illud, sive crimen, super quo merito potest reprehendi. Istis autem modis contra aliquam (*sic*) proceditur a judice, vel a prelato, secundum quod in illa decretali, *qualiter et quando, de accusationibus* [1], plenius continetur. Ex precedentibus autem auctoritatibus divini juris et civilis et canonici propositis et allegatis, manifeste liquet, et evidenter apparet, quod judices cujuscumque fuerint auctoritatis et juridiccionis, et prelati qui in signum positi sunt ad sagitam [2], qui in semetipsis debent ostendere qualiter alios oporteat in domo Domini conversari, in causis et in judiciis et in negotiis sibi commissis, et ad juridictionem et ad judicium suum pertinentibus, in omnibus ordine juris observato, tenentur et debent procedere, et suis subditis integraliter et perfecte justicie complementum excercere; nec ab ea debent aliquatenus a dextris, vel a sinistris, declinare; sicut dixit Dominus Josue : « Moyses servus meus « mortuus est, vade et fac omnia que tibi precepit servus meus Moyses, « et doce filios Israelis precepta mea, et legem meam, non declines ab « ea ad dexteram, nec ad sinistram, nec recedat volumen legis hujus « de ore tuo, sed meditaberis in ea diebus et noctibus, ut diriget viam « tuam, et ut scias quid agas. » Domini prelati judices sunt hujus seculi, unde debent esse in sacra pagina eruditi. Unde dicit Phamista (*sic*) : « Erudimini qui judicatis terram. » Vult ergo Dominus, secundum quod superius dictum est, et expressum, qui justus est et pius, et misericors, quod in terris ab omnibus, omni acceptione personarum re-

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. 1.

[2] Ce passage nous paraît contenir une allusion à la flèche du Sagittaire dirigée par les chanoines contre le cerf des archevêques de Reims. Voyez plus haut, note, p. 4.

mota, justicia dirigatur et excerceatur. Et nos summi doctoris, et totius creature gubernatoris, vestigiis inherentes, justiciam perfecte diligamus, et eam taliter excerceamus, quod ipsa mediente, in bonis operibus et virtutibus intervenientibus cursu vite presentis temporalis feliciter consummato, inmarcessibilem eterne glorie coronam percipere mereamur; quod ille prestare dignetur qui super omnem terram, et super omnes choros angelorum et sanctorum, qui in celis exaltatur, et solus sine fine dominatur. Amen. *Versus :*

Nos in justicia foveat Deus, atque Maria :
Vitemus vicia, Dominumque rogemus eya
Ut nobis venia sit, sine tristicia,
Ac ut salvemur in celis cum moriemur,
Ne nos damnemur, cum sanctis sed dominemur.

[V.] Qui ad accusationem admittuntur.

Mulieres non admittuntur ad accusationem in publicis judiciis, nisi suam, vel suorum, injuriam, prosequantur, veluti patrum, et matrum, et liberorum suorum, et quarumdam aliarum personarum sibi ex linea cumsanguinitatis contingentium. Item pupillus et impuberes pro morte parentum suorum admittuntur ad accusationem, ita quod de consilio tutorum suorum in publico judicio procedant. Quid autem in libello inscriptionis debeat contineri? Dicit lex, quod nomen accusatoris, et nomen rei, et mensis, et nomen criminis super quo reus accusatur, et locus ubi dicitur crimen fuisse perpetratum; ut si accusetur reus de crimine adulteri, debet exprimi cum qua, et in quo loco; vel si accusetur de homicidio, similiter debet exprimi locus, [et] nomen illius qui dicitur interfectus. In levibus autem criminibus et minoribus, inscriptio non est necessaria, sed judex accusatorem et reum de plano eos debet audire, et breviter expedire. Si aliquis incipit aliquem accusare de crimine, debet in accusatione usque ad sententiam diffinitivam perseverare, et si voluit desistere, debet a judice abolitionem impetrare; et si super diversis criminibus reum accusat, super quolibet crimine debet abolicionem petere, et si auctoritate sua desistat, abolicione non impetrata, incidit in penam senatus consultus (*sic*) Turpiliani. Si autem reus super crimine, vel criminibus super quibus fuerat accusatus, liberatus

sit et absolutus, judex non debet sustinere quod iterum super ejusdem criminibus accusetur. Item si accusator accusatione pendente moriatur, nomen rei post mortem ipsius debet aboleri; sed dicit lex quod alius ex integro reum super eodem crimine infra triginta dies, et utiles, poterit accusare. Item dicit lex *Cod. de accusationibus*, *l.* si accusatoribus [1] non per contumatiam absentibus, reus sine cause cognitione fuerit liberatus, accusatio nichilominus coram eodem judice, vel successore suo, iterum poterit inchoari, et etiam terminari. Item dicit lex, quod si aliquis super aliquo crimine coram judice fuerit accusatus ab alio, super eo pendente accusatione, non poterit accusari. Dicit enim lex *ad senatus consultum Turpilianum* [2], quod accusatoris temeritas tribus modis detegitur, et tribus penis subicitur. Aut enim accusator quandoque calumpniatur, quandoque prevaricatur, quandoque tergiversatur. Calumpniator dicitur quando cienter falsa crimina contra reum proponit; prevaricator, qui vera crimina abscondit, et qui ex utraque parte consistit, et una parte corde et mente, et ex altera corpore; tergiversator dicitur, qui in universum ab accusatione desistit. Accusatore autem non probante, reus ab accusatione contra ipsum proposita a judice debet absolvi, sed statim calumpniator non debet reputari, nec pro sua calumpnia statim puniri, sed judex debet inquirere qua intentione ad accusationem processit, et si justum errorem accusatoris invenerit, reus a judice debet absolvi; si autem ejus calumpnia est manifesta, et in evidens, tanquam calumpniator pena legitima punietur, et infamis efficietur. Si autem dixit : « Non probasti quod objecisti; » vel dixit : « temere accusasti; » tunc et in pena infligenda, et in infamia pepercit.

Agitur autem duobus modis de crimine, quandoque criminaliter, quandoque civiliter. Si accusator de crimine reum criminaliter accuset, tunc tendit ad hoc quod penam sustineat corporalem, scilicet ut ultimo supplicio puniatur; quod secundum quod dixit lex, solem (*sic*) mortem interpretamur; vel quod religetur, id est ut ad tempus puniatur, vel deportetur, id est imperpetuum exuletur; vel quod in metallum dampnetur. Unde *versus* :

> Exulabit sine spe patrie, reditusque, reique;
> Atque relegatus, sua non remeabit habebit.

[1] *Cod.*, lib. IX, tit. II, l. 4. [2] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. VI.

Digitized by Google

Iste pene predicte continentur in jure civili. Qualiter autem pene debeant infligi, et quibus modis, dixit lex *ff. de penis, l.* [1] aut facta punientur aut [*sic*, ut?] furta, aut scripta, aut dicta, et cetera crimina. Et in penis inflagendis (*sic*) istorum criminum, et aliorum, septem consideranda sunt : causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas delictorum, eventus; causa, quia si magister discipulum suum verberaverit, vel pater filium suum, istud remanebit impunitum, quia correptionis causa, non injurie, videtur esse factum; si autem ab extraneo per iram fuerit aliquis verberatus, tunc verberans legitime punietur. Item consideratur persona injuriantis, et injuriam patientis; aliter enim punitur servus pro suo delicto, et aliter liber, et magis punitur qui in dominum, aut patrem, aut matrem, aut in magistratum, manum violentiam injecerit, vel aliam injuriam eis intulerit, quam alicui extraneo et privato. Item consideranda est etas utriusque injuria[n]tis et injuriam passi. Item locus considerandus est ubi delictum est perpetratum, ut si in sacro loco deliquerit, furtum vel sacrilegium dici poterit, vel in alio loco non sacro, ut tunc, habita consideratione, delinquens majori pena, vel minori, puniatur. Item tempus considerandum est, utrum aliquis de nocte vel de die furtum fecerit, vel domum fregerit, vel aliquem verberaverit, ut consideratis circunstanciis delicti, majus vel minus vindicetur [*sic*, judicetur?]. Item qualitas et quantitas delicti debet considerari, ut facto considerato, secundum quod est attrocius, vel levius, puniatur; sicut in fure, quia fur manifestus magis punitur quam non manifestus. Item eventus et finis in penis infligendis considerandus est, quia si furiosus vel deementissimus injuriam alicui intulerit, vel maleficium fecerit qui ratione caret et intellectu, excessus talis remanet impunitus; quia secundum quod dicit lex, ei afflicto non debet addi afflictio, satis ipso furore torquetur. Dixit enim lex eadem *aut facta puniuntur* [2], quod si quis inventus fuerit cum telo causa hominis occidendi, quod non minus punitur quam ille qui hominem occidit. Item dixit alia lex *ff., de extraordinariis criminibus* [3], quod sollicitatores aliarum nuptiarum, licet effectu sui sceleris potiri non possunt, nec suum propositum ma-

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XIX, l. 16.
[2] *Ibid.*
[3] *Digest.*, lib. XLVII, tit. XI.

Digitized by Google

lum ad finem quam volebant perduxerint, tamen propter voluntatem pernitiose libidinis, extra ordinem puniuntur. Unde leges iste contrarie videntur illi legi *ff. de penis* [1], que dicit quod cogitationis penam nemo meretur, et quod sola voluntas et cogitatio non punitur. Sed ad hoc responderi potest, quod nemo cogitationis penam meretur quando stat in finibus sue cogitationis, et maxime in minoribus delictis et criminibus, nec procedit ad aliquem actum, nec laborat nec nititur quod sua mala cogitatio perducatur ad effectum; secus est in majoribus maleficiis, cum aliquis cogitationem suam et voluntatem pessimam pro suo posse laborat et procurat quod sua cogitatio et voluntas ad effectum perducatur; et licet non perduxerit, nec per eum steterit, tunc punitur, et voluntas pro facto reputatur; sicut legitur de Lucifero qui cogitavit, et dixit: « Ponam sedem meam ad aquilonem, « et ero similis Altissimo..... » Item alio modo punitur servus quam liber, quemadmodum (?) supra dictum est; unde dicit lex *ff. de injuriis, l. ult.* [2], quod servi qui maleficium aliquod fecerunt dominis suis, restituti (*sic*) debent ut flagellis cedentur; liberi autem homines, et humiliores, et in gradu inferiori constituti, pro suis delictis fustibus debent cedi; alii autem majores et digniores pro suis delictis relegari de jure possunt, vel deportari, considerata qualitate delicti majoris vel minoris. Item si aliquis in metallum dampnatus fuerit, si valitudine, vel etate fuerit impeditus, et illi operi perficiendo inutilis et minus ydoneus fuerit inventus, per judicem ab illa pena sibi injuncta poterit dimitti, vel absolvi. Item dicit lex *ff. de penis* [3], quod crimen vel pena paterna nullam maculam, vel infamam (*sic*), filio de jure potest irrogare; quia patris delictum et infamia de jure, nisi in certis casibus, non transit ad heredes; secundum quod alibi legitur, quia pena suos debet tenere auctores; et secundum quod dicit Ezechiel propheta: « Filius non portabit iniquitatem patris, et pater non por- « tabit iniquitatem filii. » Dicit autem lex *ff. de penis, l. capitalium penarum genera* [4], quod pene que pro capitalibus criminibus imponuntur, multe sunt; quedam est ultimun supplicium, alia est ad furcas dampnatio; quia dicit lex quod publici latrones, et raptores, et itine-

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XIX.
[2] *Ibid.*, lib. XLVII, tit. X, l. 45.
[3] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XIX, l. 26.
[4] *Ibid.*, l. 29.

Digitized by Google

rum et viarum aggressores, ad furcas publicas suspendi debent. Item alia pena est vivi crematio, quia delinquentes et malefactores igne temporali comburuntur, et frequenter perpetuo igne gehennali concremantur. Item alia pena est capitis amputatio, quia quandoque malefactor, considerata qualitate et quantitate delicti et persone, capite punitur. Item alia pena est in metallum dampnatio; alia est in insulam deportatio; et ista pena est non temporalis, sed perpetua. Istis autem penis in lege contentis puniuntur illi a quibus majora crimina et majora enormia perpetrantur. In.... ordinariis criminibus inferioribus, extra ordinem, secundum quod judex estimaverit et expedire viderit, puniuntur. Lex dicit quod multis..... delinquantibus opus est exemplo; id est ubi multi sunt delinquentes, oportet quod eorum delicta puniantur, ut alii [de]terreantur a delictis, et ut pena unius sit metus multorum. Jura volunt quod delicta punientur quando delinquentes legitime convicti sunt, vel sunt confessi, aut in ipso maleficio vel delicto sint deprehensi; aliter non. Unde legitur in Canone: « Nos in quemquam sententiam ferre « non possumus, nisi legitime convictum, aut sponte confessum. » Item dicit lex quod vane voces populi non sunt audiende, nam innocentes aliquando condempnant, et nocentem absolvunt. Legitur enim de Assuero rege, quod com mero incaluisset, quod misit nuntios suos ad uxorem suam reginam Vasti, quod veniret ad eum; sed ipsa contempsit imperium mariti sui, nec ad eum venire voluit. Hoc audito, rex tantam concepit indignationem [ut?] proceres, et seniores, et satrapas, et omnes sapientes de regno suo convocavit, et eorum habito consilio uxorem suam repudiavit, et misit ei libellum repudii, et per litteras suas patentes causam quia repudiaverit eam continentes, per totum regnum suum manifestavit; quod excessum et delictum uxoris sue taliter indicavit, et hoc fecit, ne mulieres regni sui contempnerent imperium maritorum suorum in futurum. Item legitur *ff., vi bonorum raptorum* [1], in principio, si quis rem meam violenter rapuit, quod possum agere contra ipsum infra annum in quadruplum, ita quod in illo quadruplo estimatio rei continebitur, et raptor propter violentiam et rapinam in triplum punietur; elapso autem

[1] *Digest.*, lib. XLVII, tit. VIII.

anno non possum eum nisi in simplum convenire, et ita pena per lapsum unius anni particulariter evanescit. Si autem prius egero contra ipsum criminaliter, postea ipsum potero nichilominus convenire civiliter; postea, etsi prius egero civiliter, postea nichilominus agere potero criminaliter; sed simul, et semel in eodem libello, utrumque judicium michi non licet intemptare. Lege *Favia* (sic) *de plagiariis*[1] punitur qui scienter hominem liberum emerit, et adversus eum capitale crimen ex lege Favia potest intemptari; et si venditor sciat illum esse liberum, et eum vendiderit, ad penam tenetur. Item lege Favia tenetur qui sciens liberum hominem esse, donaverit, vel in dotem dederit. Item ex quacumque causa sciens eum liberum esse, eum acceperit, ex eadem causa tenetur, sicut venditor et emptor tenetur. Idem est etsi pro eo res permutata fuerit. Supradictum est quod innocentes in nullo debent puniri. Item dico quod si judices et prelati et terrarum domini quicumque fuerint, sive magni, sive parvi, puniant innocentes, et inculpabiles, quod Pilato qui Dominum innocentem crucifixit, et Neroni, cum aliis principibus gentilibus qui crudeles erant et infideles, et injusti, qui sanctos martyres variis tormentis et penis afficiebant, et Herodi qui multos pueros occidit in Bethleem Jude, propter Dominum, innocentes penitus et intellectum carentes, merito de jure poterunt et debebunt comparari. Caveant ergo sibi ne propter injusticias suas, et peccatis suis exigentibus, cum illis mereantur in profundo inferni sine fine sepeliri. Legitur in libro Sapientie : « Stabunt justi in magna constan-« tia adversus eos qui se angustiaverunt, et qui abtulerunt labores eo-« rum. » Pauperes, humiles, impotentes, qui viventes in hoc mundo justi fuerunt, potentes, et seculi judices, et dominos terrarum, qui eos oppresserunt, et per sui potentiam et injusticiam et maliciam bonis suis spoliaverunt, in die judicii coram supremo judice viriliter accusabuntur (*sic*).....

[VI.] Ad legem Juliam majestatis.

Item secundum legem Juliam majestatis, tenetur ille de crimine lese majestatis qui confugit ad hostes principis, et populi romani, et qui juvat eos armis, vel peccunia, vel eis alio quocumque modo auxilium

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XV.

Digitized by Google

vel consilium prestando; vel qui seditionem fecerit in civitate contra dominum suum, et contra principem, vel qui procuraverit quod provincie que subjecte sunt imperio fient opposite et rebelles, vel qui conspiraverit vel machinatus fuerit in mortem principis, vel magistratus, vel quocumque modo proditionem, et contra fidelitatem suam, fecerit, et dignitatem et honorem principis, hac lege tenetur, et ultimo supplicio punitur, et bona sua confiscantur; sicut legitur *ff., ad legem Juliam majestatis, l. prima* [1] et in legibus sequentibus. In crimine lese majestatis, multa spiritualia continentur, quia omnes illi qui alias ab accusationibus repelluntur, sicuti mulieres et impubes (*sic*), nisi in certis casibus, et infames, et servi, et familiares, et milites, et quedam alie persone, tamen in crimine lese majestatis, et in quibusdam aliis criminibus exceptis propter eorum enormitatem, ut supradictum est, passim et indifferenter admittuntur.

[VII.] Ad legem Juliam de adulteriis.

Item, ad legem Juliam de adulteriis; lege Julia tenetur qui adulterium committit; quod inter alia crimina majus reputatur, et stuprum, et incestus, [et?] lenocinium; nam ex hoc crimine multa alia profiscicontur (*sic*) crimina; scilicet violentia, injuria, perjurium, falsa testimonia, homicidium..... Unde propter enormitatem criminis, super adulterio transigere non licet, quamvis in aliis criminibus qui penam sanguinis irrogant, licite transigatur; quia secundum quod dicit lex, licet unicuique sanguinem suum et vitam suam, prout melius potest, redimere; quod autem non possit transigi dicit lex *C. de transactionibus, l. transigere vel pascici* [2]. Unde *versus :*

> Sanguinis in penis, nisi metus, transigit omnis;
> In reliquis, nulli licet, nisi crimine falsi.

Est autem adulterium cohitus illicitus cum uxore vel sponsa aliena perpetratus; stuprum est virginis illicita defloratio; incestus autem committitur cum consanguinea, vel affini, vel moniali, vel alia persona religiosa. Unde legitur in Canone, quod triplex peccatum comittitur in sanctimoniali, quando cognoscitur ab aliquo; adulterium, quia Deo

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. IV.

[2] *Cod.*, lib. II, tit. IV, l. 18.

Digitized by Google

desponsata est et dedicata. Unde dixit beata Augnes : Ipsi sum desponsata, cui angeli serviunt. Aliud est incestus, aliud est stuprum; alia species luxurie est simplex fornicatio, aliud est vitium contra naturam propter quod ira Dei venit in filios diffidentie, ut dictum est supra. Leno dicitur ille qui procurat et auxilium et consilium prebet, ad hoc quod adulterium committatur, et qui mulierem scienter retinet in adulterio deprehensam. Eadem pena punitur leno, ratione lenocinii, qua punitur vir in adulterio deprehensus, vel mulier deprehensa. Maritus prefertur omnibus aliis, si vult adulterium accusare. Sententia super adulterio ferenda, partibus presentibus, nisi ex justa causa absentes fuerint, debet sententia proferri. Si autem aliquis accusatur de crimine pendente accusatione, debitores rei tenentur ei solvere, alioquin secundum quod dicit lex *ff. de solutionibus* [1], plures innocentes sumpto negotio [*sic*, sumptu necessario] egebunt; et ipse similiter reus suis creditoribus solvere tenetur. Lex sic incipit : « Reo criminis postulato, interim nichil prohibet recte pecuniam a debitoribus solvi; alioquin plerum noventum [*sic*, plerique innocentium] sumptu negotio [*sic*, necessario?] egebunt. Si maritus invenerit cum uxore sua adulterum, et dimisit eum, et uxorem suam in adulterio deprehensam retinuerit, puniendus est [2]; quia ventrum (*sic*) pro thoro suo violato [non?] punivit, nec ignorantiam suam aliquo modo potest excusare. Hec autem que de adulterio supradicta sunt, leguntur *ff. de adulteriis, l.* 1, *et legibus sequentibus* [3].

[VIII.] Ad legem Ponpeiam, de parricidiis.

Hac lege tenetur ille qui patrem, aut matrem, aut avum, aut aviam, fratrem, sororem, patruelam, matruelam, patruum, avunculum, amicum [*sic*, amitam?], consobrinum, uxorem, nurum, generum, vitricum, et ceteras conjunctas personas occiderit, vel dolo fecerit ut occiderentur; sicut in prima lege tituli continetur [4]. Si aliquis fuerit accusatus de parricidio, accusatione pendente decesserit, si mortem sibi constituit, et se ipsum interfecerit, bona sua debent confiscari; si autem hoc non fecit, et testamentum condidit, suos habebit successores

[1] *Digest.*, lib. XLVI, tit. III, l. 41.
[2] *Ibid.*, lib. XLVIII, tit. V, l. 29.
[3] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. V, l. 29.
[4] *Ibid.*, lib. XLVIII, tit. IX.

Digitized by Google

qui in testamento continentur. Si intestatus decesserit, proximiores heredes suos habebit successores. Pena parricidii est ut parricida virgis sanguinis verberetur, id est usque ad sanguinem et enormiter, post hoc in culeo insuatur cum cane, et gallo gallinatio, et vipera, et simia; postea in profundum maris jactatur. Si autem mare remotum fuerit, bestiis et feris..... tradatur et exponatur..... Qui autem alias personas extraneas quas supradictas occiderit, capite puniatur. Si autem aliquis furiosus, vel [non?] compos mentis patrem, aut matrem, aut unam de personis predictis, occiderit, ejus excessus remanet impunitus, quia satis ipso furore torquetur; secundum quod dicit lex penultima ipsius tituli [1]. Item dicit lex *Cod., titul. si quis imperatori male dixerit* [2], quod si maledictio ex levitate processerit, contempnendum; sed ex insania, miseratione dignissimum; si ex contemptu, vult imperator eum retinendum et puniendum.

[IX.] Quibus personis, et in quibus casibus, jura subveniunt.

Jus divinum et positivum quibusdam certis personis in certis casibus favent et parcunt, scilicet mulieribus in ignorantia juris, ut legitur *C. de juris et facti ignorantia l.* 1 [3] [*sic*, 13?]. Item minoribus, et reipublice, et sacerdotio, *l. ecce* (*sic*). Unde legitur in auctore, quod minor, et respublica, et sacerdotium, id est ecclesia, eodem jure funguntur et censentur. Item jura favent militibus in ignorantia juris, et in quibusdam alii[s] propter simplicitatem armate milicie. Item parcunt rudicitati. Item pupillis, viduis, egenis, et pauperibus, non tamen in delictis; quia dicit lex *ff. de ritu nuptiarum* [4], quod non est innoscendum ei qui optentu paupertatis turpissimam vitam egit. Item parcunt senibus, et emeritis, et septuagenariis, quia non compelluntur esse tutores, vel curatores, et a publicis muneribus excusantur a jure, sicut legitur *ff. de administratore tutorum* [5], in pluribus legibus illius tituli. Item minor si lesus fuerit, et deceptus in suis contractibus, et respublica, et ecclesia, petere possunt in integrum restitutionem. Item jura subveniunt oppressis, et infirmis, et incarceratis; unde dicit Dominus

[1] *Digest.*, l. 9.
[2] *Cod.*, lib. IX, tit. VII.
[3] *Ibid.*, lib. I, tit. XVIII.
[4] *Digest.*, lib. XXIII, tit. II.
[5] *Ibid.*, lib. XXVI, tit. VII.

per Ysaiam : « Querite judicium, subvenite oppresso, deffendite vi-« duam, judicate pupillo.... » Item dicit lex, *ff., si quis cautionibus* [1] quod si aliquis debeat comparere coram judice certa die, et sub certa pena, et detentus fuerit infirmitate, vel positus in carcere, vel quia pons erat solutus, vel alia justa de causa fuit impeditus quia non potuit coram judice comparere, non committitur pena cum effectu, nec tenetur ad solutionem; immo excusatur a jure ejus absentia. Item dicit Paulus : « Corripite inquietos, suscipite infirmos. » Item quando Dominus erat in mundo compaciebatur infirmis, et eos ab infirmitatibus suis sanabat. Item dicit lex *ff., de captivis, et postliminio reversis* [2], quod illi qui capti sunt ab hostibus, et in carcere positi, quando reversi sunt ab hostibus, quod jure postliminii omnia bona sua recuperant que habebant eo tempore quo a liminibus domorum suarum recesserunt; nec currit ei[s] interim prescriptio, nec in aliquo dampnificantur. Item jura subveniunt orphanis; unde dicitur per Psalmistam : « Dominus tibi derelictus est pauper; orphano tu eris adju-« tor. » Item furiosis, sicut dictum est, jura subveniunt. Unde legitur, *de parricidiis* [3], in fine, quod furiosus diligenter debet custodiri, et si necesse fuerit in vinculis coherceri. Item jura subveniunt senibus, et emeritis; unde dicit lex, quod fuit semper in civitate nostra veneranda senectus. Item dicit Dominus : « Coram capite cano consurge, et « personam senis honora. » Item legitur quod in antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia. Item dicit lex *C., de testamentis* [4], quod juvenes non debent tractare consilia prudentum. Subveniant (*sic*) ergo jura, sicut ante dictum est, miserabilibus personis, et inpotentibus, sed domini terrarum, et magnates, et potentes, et terre principes non juris sed Sathane vestigiis inherentes, Deum et justiciam in nullo pre oculis habentes, nec eum timentes, nec reverentes, inpotentes, et pauperes, et humiles, et personas supradictas, intollerabiliter opprimunt, et bonis suis spoliant, et variis penis, et pecuniariis, et corporalibus, afficiunt; Deum contempnentes, et divitias et inanem gloriam citientes, ipsos non convictos, non confessos, non in aliquo delicto deprehensos, contra Deum et justiciam, et omnia jura, condempnantes,

[1] *Digest.*, lib. II, tit. XI.
[2] *Ibid.*, lib. XLIX, tit. XV.
[3] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. IX.
[4] *Cod.*, lib. VI, tit. XXIII.

Digitized by Google

et maxime contra legem illam *ff. de penis, l. absentem* [1], que dicit quod absens super crimine non debet condempnari, nec etiam, pro sola suspicione, contrariam sententiam reportare, quia sanctius est, et melius, inpunitum reli[n]quere facinus nocentis, quam innocentem condempnare. Si autem aliquis fuerit contumax quia spernit mandato judicis, et denuntiationibus suis, et edictis, propter hoc in eum capitalis sententia non debet ferri, sed pena pecuniaria potest puniri, et infamis effici, et usque ad relegationem contra eum potest procedi; et si contumax majori pena dignus fuerit, potest in metallum dampnari, non tamen pena capitis ei de jure poterit irroga[ri]. Si autem accusator absens fuerit, et ab accusatione destiterit, incidit in penam senatus consulti Turpi[lli]ani. In majoribus autem criminibus distinguendum est et videndum, utrum ex certa scientia consulto an a casu committantur ut habita tali distinctione delinquentes majus vel minus puniantur, tam in majoribus, quam in minoribus criminibus et delictis. Item dicit lex, *ff., de bonis proscriptorum* [sic, *damnatorum*] [2], quod si quis trinis edictis, et maxime in causa criminali, et legitime fuerit ad judicium evocatus, et tanquam contumax non comparuerit, quod bona sua de jure possunt annotari, et saisiri; et si venerit infra annum coram judice, juri pariturus, bona sua recuperabit; elapso autem anno, super bonorum suorum recuperatione nullatenus audietur; sed si voluerit etiam post annum innocentiam suam excusare, et purgare, de jure per judicem admittetur.

[X.] De penis in jure civili.

Supra dictum est, et breviter tactum, de gradibus penarum capitalium; et sciendum est quod multa genera inveniuntur in jure civili; et isti sunt gradus et genera penarum. Primum est ultimum supplicium; mutilatio, quando quis ratione sui delicti manbrum aliquod amittit, justicia exigente. Item relegatio, quando scilicet alicui infligitur quod ad certum tempus in partibus extraneis, propria patria relicta, moretur. Item, in insulam deportatio; et ista pena non est temporalis, sed perpetua. Item in metallum dempnatio. Item ad furcas

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XIX, l. 5.

[2] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XX.

suspensio. Item capitis ampatatio. Item vivi crematio. Item civitatis admissio (*sic*). Item servitutis impositio. Item bonorum publicatio. Item fustium castigatio. Item flagellorum verberatio. Item bonorum annotatio, vel saisitio. Item triplex est capitis diminutio : maxima est quando quis admittit civitatem, et libertatem; media quando quis admittit civitatem, et retinet libertatem; minima quando quis est emancipatus, vel in adoptionem datus, quia per ista duo mutatus est ejus status. Item alia pena est proprie dignitatis amissio. Item infamie perpetue notatio. Item alicujus actus quam (*sic*) prius excercebat..... prohibitio. Item vinculorum detentio, sive cohertio. Si autem aliquis fuerit condempnatus, ut ad certum tempus aliquam penam sustineat, nec secundum sententiam judicis sibi penam injunctam sustinuerit, nec mandato judicis paruerit, tempus in pena taxata contemptum, ratione contumatie, de jure potest duplicari. Ea que supra dicta sunt de variis gradibus et generibus penarum, leguntur *ff. de penis*, *l. capitalium*, et *l. si quis*, et *l. aut dampna* [1], cum aliis legibus.

[XI.] De penis in jure canonico contentis.

Visi[s] et enumeratis penis legalibus, de penis canonicis (*sic*) juris videamus; que plures sunt, scilicet interdicti, suspensionis, excommunicationis, beneficii privationis. Unde quedam pena est eterna, alia est temporalis; penam eternam Dominus infligit peccatoribus, nec penitentibus, nec veniam petentibus, sed in stercoribus viciorum suorum remanentibus et perseverentibus, qui nunquam volunt ad frugem melioris vite reverti; et quia Dominus hanc penam sibi reservavit, eam Domino relinquamus. Pena temporalis est quedam canonica, et quedam legalis; de ea jam supra dictum est. Pena canonica duplex est, quia quedam est spiritualis, et quedam corporalis; alia est pecuniaria. Pena spiritualis quadruplex est, de tribus dictum est supra; quarta pena est increpationis.

[XII.] De sententia excommunicationis.

Excommunicatio major est pena spiritualis que quandoque infligitur a jure, quandoque a judice. A jure infligitur in sexdecim casibus.

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XIX, l. 29, 6, 8.

Primus casus est cum aliquis clericum verberat, vel monialem; vel monachum, vel aliam quamcumque personam religiosam, ut legitur [x]VII., *q. quarta, c. si quis suadente dyabolo* [1]; et ista pena videtur quod debeat extendi ad illos qui consentiunt quod hujusmodi persone verberantur; quoniam agentes, et consentientes, pari pena puniendi sunt, *Extra., de sententia excommunicationis, c. quante presumptionis* [2]; item videtur extendi ad illos qui vident hujusmodi personas verberari, et possunt eos (*sic*) deffendere et non defendunt; sed quidam dicunt quod istud refertur ad judices, et ad potestates, et ad juridicionem temporalem habentes. Secundus casus est cum aliquis cecidit in heresim jam dampnatam, ut sunt Nestoriani, Manuchei, vel similes; ut legitur XX[a] *quarta, q. prima, et secunda, et tertia* [3]. Tercius casus est cum aliquis invenit novam heresim, ut *Extra., de hereticis, ad abolendam* [4]. Quartus casus est, quando aliquis est credens, vel retemptor, vel defensor hereticorum. Quintus casus est, cum quis asserit et dicit ecclesiam romanam non esse caput, nec ei obediendum, ut legitur *dist.* XX, *nulla* [sic *nulli*] [5]. Sextus casus est, quando consules civitatum, et rectores, et alii qui potestatem habent, vel habere videntur, faciunt exactiones indebitas, et collectas, in clericos, vel ecclesias, et amoniti quod desistent, nolunt desistere; nec debent absolvi, donec satisfaciant competenter, et donec restituant que turpiter ab eis exegerunt, ut *Extra., de immunitate ecclesie, non minus* [6]. Septimus casus est, cum aliquis ecclesiam incendit, ut *Extra., de immunitate, et quoniam (sic)*. Quidam dicunt quod si aliquis combusserit ecclesiam, vel cimisterium, quod incidit in minorem excommunicationem, et non in majorem; ut supra de raptoribus, pena incendiarii est. Octavus casus est cum aliquis frangit ecclesiam, vel in ecclesia committit aliquod enorme crimen, ut delictum rapiendo corpus Christi de altari, vel crisma, vel altare frangendo, vel crucem violenter asportando, ut *Extra., de sententia excommunicationis, c. conquestus* [sic, *conquesti*] [7]; XVII *quest.* III, [sic, IV?] *omnes ecclesie* [8]. Nonus

[1] *Decret.*, par. II, caus. XVII, q. IV, c. 29.
[2] *Decretal.*, lib. V, tit. XXXIX, c. 47.
[3] *Decret.*, par. II, caus. XXIV, q. I, 2, 3.
[4] *Decretal.*, lib. V, tit. VII, l. 9.
[5] *Decret.*, par. I, dist. XX, c. 5.
[6] *Decretal.*, lib. III, tit. XLIX, c. 4.
[7] *Ibid.*, lib. V, tit. XXXIX, c. 22.
[8] *Decret.*, par. II, caus. XXVII, q. IV, c. 3.

casus est quando quis electus est in papam a minori parte cardinalium quam duobus partibus, et se gerit pro papa; ut *Extra., de electione, licet* [1]. Decimus casus est quando aliquis falsas litteras pape, vel impetrat, vel eis scienter utitur, ab alio impetratis; ut *Extra. de falsariis, ad falsariorum* [2]. Undecimus casus est, cum quis defert arma ferrea, vel ligamina galeorum (*sic*), vel alias merces prohibitas Sarracenis, vel excercet negotiationem in navibus eorum, seu galeas, vel aliqua consilia vel negotia eorum excercent (*sic*); et quicumque consilium et auxilium in prejudicium Christianorum, et Terre sancte, prebent eis. Duodecimus casus est cum quis magister, vel scolaris, tractat Bolonie de condutione hospitiorum, inquilinis inrequisitis, in quibus *Extra., de locatione et conductione, ex rescripto* [3]. Tredecimus casus est cum monachi, vel canonici regulares, archidiaconi, decani, prepositi, plebani, cantatores, et alii clerici personatus habentes, et presbiteri, leges et physicam audiunt; *Extra., ne clerici vel monachi*, [*non*] *magnopere* [4]. Sunt et alii 11 casus, quos quidam recipiunt, quidam non; unus est quartus decimus, de eo qui communicat excommunicato in crimine, et prestat ei auxilium et consilium, vel favorem; *Extra., de sententia excommunicationis, nuper* [5]. Alius est quintus decimus, de illis qui excercent artem balystariorum in Christianos; *Extra., de sagittariis, c.* 1 [6]. Decimus sextus casus est de his qui servari faciunt statuta edita et constitutiones abusiones (*sic*) contra ecclesiam introductas. Item statutarii, et scriptores statutorum ipsorum, necnon et potentes, et consules, et rectores, et consiliarii eorum, ubi hujusmodi statuta et consuetudines edite sunt. Regulare est quod excommunicatus propter violantam manuum injectionem in clericum, vel monachum, vel in aliam quamcumque personam religiosam, non potest absolvi, nisi a papa, vel ejus legato, vel de suo mandato speciali; fallit tamen in octo casibus.

[XIII.] Casus in quibus verberans clericum potest absolvi ab alio quam a papa.

Primus est si sit in articulo mortis, secundum quod legitur VII^a^ *de-*

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 6.
[2] *Ibid.*, lib. V, tit. XX, c. 7.
[3] *Ibid.*, lib. III, tit. XVIII, c. 1.
[4] *Decretal.*, lib. III, tit. L, c. 3.
[5] *Ibid.*, lib. V, tit. XXXIX, c. 29.
[6] *Ibid.*, lib. V, tit. XV.

Digitized by Google

cima, q. IIII, *si quis suadente dyabolo* [1]. Secundus est si hostiarius alicujus potentis, sub pretextu officii sui malignatus, clericum leserit, [ab episcopo suo potest absolvi]; et [*sic*, sed si?] graviter eum vulneraverit, non casu fortuito, sed cum deliberatione eum percusserit, tunc a papa debet absolvi. *Extra., de sententia excommunicationis, si vero* [2]. Tercius est si monachus verberat monachum, vel regularis regularem, vel secularis secularem, dum tamen vivent in excommunicatione [*sic*, communi?], *Extra., eodem, monachi* [3], et *de vita et honestate clericorum, quoniam* [4], in fine; istos autem possunt absolvere eorum abbates, nisi fuerit eorum enormis lesio. Quartus est si sit mulier, *Extra., eodem, mulieres* [5]. Quintus est si sit servus, et hoc in duobus casibus: unus est si verberaverit clericum in fraudem domini, ut sic se subtraheret a servitio domini; alius est si propter hoc dominus sine culpa sua grave dampnum pateretur; et istos duos casus ubi non est gravis et enormis lesio, quia propter vitandum scandalum, et tollendum exemplum, esset ad papam remittendus (*sic*), ut *c. mulieres* [6]. Sextus casus est si levis injuria illata fuerit clerico, ut *Extra., eodem, pervenit* [7]; si [*sic*, sed?] iste casus non recipitur ab omnibus; dicunt enim decretalem illam continere specialem indulgentiam, et ideo non esse trahendam ad consequentiam. Septimus est si sit infirmus, vel pauper, inpubes, senex vel valitudinarius. *Extra., eodem, c. secundo*, et *c. quod de hiis* [8]. Octavus est si habet inimicitias capitales *Extra., eodem, c. ult.* [*sic*, LVIII?] [9]. In istis VIII casibus potest verberans absolvi ab episcopo suo. In primo tamen casu, et duobus ultimis, debet ei quem absolvit injungere, sub debito juramento quod illico debet recipere, secundum formam infra positam, quod cessante impedimento, ad romanam ecclesiam, vel ejus legatum, accedant, super talibus mandatum apostolicum recepturi; ut *Extra. eodem, de cetero*, et *c. ea nascitur* [sic, *noscitur?*], et *c. quod* [*de*] *hiis* [10]. Omnes isti casus continentur *Extra. eodem, quamvis incidens* [11]. Sed ponamus quod aliquis infir-

[1] *Decret.*, par. II, caus. XVII, q. IV, c. 29.
[2] *Decretal.*, lib. V, tit. XXXIX, c. 3.
[3] *Ibid.*, c. 2.
[4] *Ibid.*, lib. III, tit. I, c. 9.
[5] *Ibid.*, lib. V, tit. XXXIX, c. 6.
[6] *Ibid.*
[7] *Decretal.*, c. 17.
[8] *Ibid.*, c. 2 et 26.
[9] *Ibid.*, c. 58.
[10] *Ibid.*, c. 11, 13, 26.
[11] *Ibid.*, c. 58.

mus, vel in articulo mortis, vel impubes, vel alius legitimo detentus impedimento, non potuit personaliter ad curiam romanam accedere, beneficium absolutionis petiturus; absolutus fuit ab episcopo suo in articulo necessitatis, et juravit quod illo cessante impedimento, a papa, vel ejus legato, se faceret absolvi; modo cessat impedimentum, nec adimplet illud ad quod tenetur; queritur utrum ipso jure redeat ipsa excommunicatio, an non? Quidam dicunt quod non; sed dicas quod excommunicatio semel extincta non revivicit (*sic*), et idem est in actione; sed de jure poterit ab episcopo suo post excommunicari, nec debet absolvi donec injuncto sibi mandato pervenit [*sic*, paruerit?]. Item ponamus quod regularis verberavit regularem, vel clericum secularem, queritur quis absolvet eum? In hoc casu distingue si regularis verberavit regularem ejusdem claustri, tunc abbas suus poterit ipsum absolvere; si verberavit regularem alterius claustri, tunc abbas utriusque in absolutione sua partes suas interponet; et istud habet locum quando levis est injuria, nec enormis est lesio. Si autem fuerit lesio vel injuria usque ad mutilationem, vel usque ad effusionem sanguinis, vel quia manus injecit violentas in abbatem suum, vel in episcopum, tunc non poterit absolvi nisi a papa, vel ejus legato, propter scandalum evitandum. Si autem regularis verberaverit clericum secularem, sive ante ingressum, sive post, ab abbate suo poterit absolvi; quia volunt jura quod religiosis evagandi materia subtrahatur, nisi fuerit enormis lesio, sicut superius est expressum. Si autem abbatis discretio non sufficiat in talibus absolutionibus conferendis, dyocesiani diligentia et auctoritas tunc debebit adhiberi. Item ponamus quod clericus secularis excommunicatus scienter ad ordines se fecit promoveri; dico quod a susceptis ordinibus in perpetuum deponendus est, nisi forte factum propter quod incidat in canonem *late sententie* probabiliter ignoraret, vel si esset juris ignarus, quod nesciebat quod propter tale factum in canonem *late sententie* deberet incidere; tunc poterit archiepiscopus, vel episcopus ipsius, cum eo dispensare, de mandato sedis apostolice speciali, post responsum summi pontificis habitum, adhibita discretione diligenti, que consuevit in talibus, ubi periculum anime vertitur, adhiberi. Aliter enim nec ab excommunicatione [liberetur?], nec quod possit in susceptis ordinibus remanere.

Si autem clericus regularis excommunicatus, scienter fuerit ad ordines fuerit (*sic*) ordinatus, ab executione ordinis suscepti, et beneficii, debet manere suspensus; si vero ignoranter hoc fecerit, facti memoriam et juris peritiam non habendo, monasterii sui utilitate pensata, postquam (*sic*) sibi penitentiam injunctam et perfectam, abbas ipsius regularis poterit cum ipso dispensare, nisi factum ita grave fuerit et enorme propter quod incidit in sententiam, quod propter hoc ortum est maximum scandalum, vel nisi ille qui taliter se fecit ordinari fuerit ita sapiens et discretus quod ejus ignorantia, vel imperitia non presumatur. Hec autem abbas ipsius et formam dispensationis diligenter tenetur observare, et ita debet caute in talibus casibus procedere, quod de negligentia vel imperitia, vel indiscretione merito non possit reprehendi; quia legitur in Canone, quod privilegium meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate; ista distinctio colligitur ex quadam Innocentii *Extra., de sententia excommunicationis, cum illorum absolutionem* [sic, *absolutio?*] [1].

[XIV.] De minori excommunicatione, et in quibus casibus infligitur a jure.

Supra dictum est in quibus casibus excommunicatio major infligitur a jure, que separat a participatione sacramentorum, et a communione fidelium. Nunc autem videndum est in quibus minor excommunicatio que separat tantum a sacramentis, et a Deo, infligatur a jure, et ipso facto, quantum ad Deum et ecclesiam. Quantum ad Deum tantum infligitur cum aliquis peccat mortaliter; quia legitur in libro Sapientie, quod perverse cogitationes separant a Deo, et perverse locutiones, et perverse actiones. Ille autem qui est in mortali peccato constitutus, si recipit eucaristiam, et alia sacramenta, potius ad dampnationem suam recipit quam ad salutem eternam.

Quantum ad Deum et ecclesiam, in multis casibus infligitur minor excommunicatio ipso jure. Primus est cum quis communicat excommunicato; *Extra. de sententia excommunicationis*, §. *sequitur* [sic, *c. significavit?*] [2]. Secundus casus cum quis committit sacrilegium

[1] *Decretal.*, lib. v, tit. xxxix, c. 32. [2] *Decretal.*, c. 18.

auferendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro, vel monialem corrumpendo, ut supra, *de sacrilegiis, pena sacrilegii est* [1]. Tercius casus est cum quis notorius fornicator, vel simoniacus, ut supra, *de simonia, certam penam* [2], et supra, *de scandalo et prolixitate, de pena clerici* [3]. Quartus casus est cum quis recipit ecclesiam de manu laici, sine consensu episcopi, et per hoc intendit ibidem esse prelatus; ut XVI, *q.* VII, *si quis deinceps* [4]; quidam tamen non admittunt casum istum, *Extra. de jure patronatus, c. pastoralis* [5], quod ibi videtur dicere quod sint excommunicandi. Sed dic quod c. illud loquitur de majori excommunicatione, non de minori. Quintus etiam cum quis communicat excommunicato, in crimine consilium vel auxilium est [*sic*, ei?] prestando. Sextus est cum quis excercet contra Christianos artem balistariorum et sagitariorum; quidam tamen intelligunt istos duos casus de majori excommunicatione. Item diffidentes, id est desperantes, pauperum oppressores, manifesti raptores, usurarii publici, meretrices; omnes isti dicuntur excommunicati minori excommunicatione, nec eorum oblationes ad altare de jure recipiuntur. Item illi qui moriuntur in torneamentis, quia non sepeliuntur in cimiteriis, etiam si non penituerint de peccato, ut supra, *de torneamentis* [6]. Item quicumque est in notario (*sic*) crimine, quia repellitur a sacramentis et vivus, et mortuus, nisi penituerit. Consuevit autem queri, utrum de injuste acquisitis posit (*sic*) elemosina fieri, sicut de bonis ex furto, ex rapina, ex meretricio, ex histrionatu, ex usura turpiter acquisitis; et responderi potest, quod dominium rei furtive, et per rapinam et usuram acquisite, non transfertur in eo qui turpiter acquirit; unde cum hujus[modi] res non sint sue, sed aliene, de ipsis non potest facere elemosinam. Sed licet, secundum quod dicit lex, meretrix turpiter faciat, et quamvis se turpiter exponat, non tamen turpiter accipit, et in eam transfertur dominium, nec ab ea potest repeti; unde potest elemosina fieri de re taliter acquisita. Idem est in histrionatu tenendum et servendum.

[1] Vid. Gratian., *Decret.*, par. II, caus. XVII, q. IV, c. 20.
[2] *Decretal.*, lib. V, tit. III. Vid. c. 13.
[3] Vid. Leon. const. LXXXVI (?).
[4] *Decret.*, par. II, caus. XVI, q. VII, c. 12.
[5] *Decretal.*, lib. III, tit. XXXVIII, c. 29.
[6] *Ibid.*, lib. V, tit. XIII.

Supra dictum est in quibus casibus excommunicatio major et minor infliguntur a jure.

[XV.] Quando utraque excommunicatio infligitur a judice.

Nunc autem sciendum est quod aliquando infligitur a judice; et secundum quorumdam oppiniones dicitur quod solus archiepiscopus, et episcopus, et majores prelati, possunt majorem excommunicationem in suos subditos provulgare, que gladius est sive mucro specialis episcopi, quoniam excommunicatio pena spiritualis est, et maxima; sed, talibus opinionibus abjectis, dicas, quod archiepiscopus et episcopus solus cum quadam magna solempnitate majorem excommunicationem possunt provulgare, videlicet duodecim sacerdotibus cum eo presentibus et assistentibus, et candelas ardentes in manibus tenentibus; et postquam episcopus tulerit sententiam, ipsi statim debent similiter excommunicare, et hoc facto, candelas super terram projicere, et eas pedibus conculcare; his factis, debent litteras mittere per totam regionem continentes quod tales sunt excommunicati auctoritate sua, et in tali ecclesia. Ista autem sollempnitas continetur XI, *q. tercia* [1]. Alii autem prelati, scilicet abbates, archidiaconi, archipresbiteri, plebani, et presbiteri alii juriditionem habentes possunt in suos subditos, justis de causis, et majorem et minorem excommunicationem proferre, quia tantummodo juriditionem habent infra terminos suos, et non in subditos alterius juriditionis; secundum quod dicit lex, *ff. de officio presidis, l. illicitas* [2], que dicit quod preses provincie egressus provinciam suam amittit imperium et suam juriditionem, nec habet etiam in extraneos imperium vel potestatem, nisi ratione delicti. Major autem excommunicatio pro sola contumatia debet infligi, ut X, [*sic*, IX?] *q.* II, *episcopi* [3]. Est autem contumatia multiplex; est autem quedam in conveniendo coram judice, quia peremptorie citatus ad judicium venire contempnit, vel quia quandoque malitiose se occultat; aliquando quia impedit ne citatio possit ad eum pervenire; aliquando quia citatus venit coram judice, sed non vul[t] coram eo stare juri. Supradictum est de sententia excommunicationis, et de juribus ejus, et effectu; nunc de pluribus sententiis videndum est.

[1] *Decret.*, par. II, caus. XI, q. III.
[2] *Digest.*, lib. I, tit. XVIII, l. 6.
[3] *Decret.*, par. II, caus. IX, q. II, c. 8.

[XVI.] De pluribus sententiis.

Est autem quedam sententia preceptionis, sive precepti, quedam diffinitionis, quedam excommunicationis [1].

[1°. *De sententia precepti.*]

Sententia precepti est cum quis major precipit aliquid minori, sive suo inferiori; et in ista sententia precepti tria considerare debemus : primum in quibus consistit obedientia; majoritas secundum in quibus consistit; tercium de necessitate et virtute precepti. Dicitur autem aliquis major ordine, etate, sive antiquitate, moribus et scientia, dignitate, consecratione, dispensatione; ut *Extra., de electione, dudum* [2]; est autem major presbyter ordine diacono, subdiacono, ut XXII [*sic*, XCIII ?] *dist., c. legimus* [3], in fine, *Extra. de majoritate et obedientia, statuimus* [4]. Major est episcopus consecratione presbitero, ut XXV [XCV?] *dist., olim* [5]; major dispensatione, quia archidiaconus major est archipresbitero, ut XXV *d., cap. perlectis* [6]. Item major antiquitate, sive tempore, quod prius fuit ordinatus et institutus in ecclesia, ut LXXV *dist., c. ordinatio res* [7]; et *Extra. de majoritate et obedientia, c.* 1 [8]. Constitit (*sic*) autem obedientia in tribus, scilicet in reverentia, in judicio, in precepto. Reverentiam debet inferior majori ordine, vel etate, vel antiquitate, vel moribus et scientia, exhibere in assurgendo, primum locum in choro, in mensa, in sedendo, ei credere [*sic*, cedere?], nec majorem debet precedere, sed sequi. Est autem virtus et effectus sententie precepti, quod quilibet subditus in omnibus rebus honestis, et in licitis, vel que secundum Deum sunt, et ad officium suum pertinent, et ad correptionem et ad salutem animarum, de necessitate tenetur obedire; alioquin peccat mortaliter, quoniam inobedientia maximum est peccatum.

[1] Tout ce qui concerne les sentences d'excommunication se trouve plus haut dans les nombres XII et suivants; il est évident que le copiste a interverti l'ordre des chapitres.

[2] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 54.

[3] *Decret.*, par. I, dist. XCIII, c. 24.

[4] *Decretal.*, lib. I, tit. XXXIII, c. 15.

[5] *Decret.*, par. I, dist. XCV, c. 5.

[6] *Ibid.*, dist. XXV, c. 1.

[7] *Ibid.*, dist. LXXV, c. 7.

[8] *Decretal.*, lib. I, tit. XXXIII.

[§. I.] De inobedientia.

Unde legitur quod Christus factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Omnis autem inobedientia procedit ex superbia, et ex inobedientia primorum parentum nostrorum sumpsit exordium omnis perditio; et propter hoc Dominus custodivit obedientiam, ut, secundum quod dicit Paulus, sicut per unius inobedientiam multi constituti fuerunt peccatores, quia [*sic*, ita?] per unius obedientiam, scilicet Jhesu Christi, multi justi constituerentur. Unde dicit lex *ff.*, ... *de re militari* [1], quod si miles contra mandatum principis, milicie aliquid fecerit, licet res bene gesserit, tamen capite puniatur, quia noluit obedientiam custodire. Si autem prelatus, vel aliquis major, suo subdito precepit aliquid inhonestum, et quod sit contra Deum, nullatenus ei, quantum ad hoc, debet obedire. Si autem aliquid precepit, et de quo probabiliter dubitat utrum justum sit, vel injustum, in dubio, propter bonum obedientie, debet ei obedire. Sed si precipit aliquid quod evidenter omnibus apparet quod esset contra Deum, et inhonestum, nullatenus in hoc ei deberet obedire; quia dicit Apostolus: « Si hominibus placerem, servus Dei non essem. » Unde inferiores, et subditi, favorem et gratiam dominorum suorum, et prelatorum suorum, contra Deum et justiciam querere non debent. Sed ponamus quod episcopus precepit alicui clerico, quod eat Romam pro negotiis suis, et ecclesie sue, et ipse se excusat dicendo, quia plures alii sunt magis idonei quam ipse ad talia negotia procuranda? Dicat quod non valet ejus excusatio, quia in legationibus ordo non observatur, ut *ff.*, *de legationibus, lege secunda* [2].

[§. II.] De regularibus.

At sciendum est quod canonici regulares, et monachi, et alii religiosi, magis suis prelatis quam aliis tenentur obedire; quia mundo renuntiaverunt, et bonis temporalibus, et proprie voluntati; et velle suum, et nolle, et posse, in alterius potestate posuerunt.

[1] *Digest.*, lib. XLIX, tit. XVI.

[2] *Digest.*, lib. IV, tit. VI.

[§. III.] De uxore.

Item posset obici de uxore, que magis aliquando viro suo tenetur obedire quam Deo, quia si fecerit aliquid votum contra salutem anime sue, et obedientie, sine licentia mariti, non valet votum illud, et ut adimpleat prohibente marito, non tenetur inde adimplere. Ad hec dicat, quod hoc ipso quod est obediens marito, obediens est et Deo, quia Dominus vult quod uxores maritis suis sint obedientes, quia vir caput est uxoris, et una caro facti sunt per matrimonium inter eos contractum. Unde dicit lex quod in multis juris articulis mulieres deterioris sunt conditionis quam viri, et propter hoc mariti majoris dignitatis sunt et potentie quam eorum uxores. Item dicit lex quod uxores..... debent a maritis suis defendi, sed non e contra.

[§. IV.] De pluribus judicibus.

Item ponamus quod aliquis habet plures judices, sive prelatos; unus ei precipit aliquid, et alius contrarium quam cui potius tenetur obedire. Tu dicas quod Augustinus pro regula videtur tenere, quod in isto casu majori quilibet debeat obedire, ut XI^a, *questione* III^a, *qui resistit* [1], et *dist.* VIII^a, *que contra mores* [2]; sed alii dicunt contrarium, quod subditus episcopo magis ei tenetur obedire quam metropolitano, nisi in casibus illis in quibus metropolitanus habet juriditionem in homines sue provincie; item monachi magis tenentur ab abbatibus suis, quam episcopo suo, ut *dist.* LVII, *c. secundo* [3]. Habet autem locum regula Augustini, quando appellatum est ad superiorem, vel etiam quando judex habet juriditionem ab aliquo alio, ut *ff., de judiciis, judicium* [4]. Item clerici magis quam laici suis prelatis tenentur obedire.

[2°.] *De sententia diffinitionis.*

Dictum est supra de sententia prefecti [*sic*, precepti]; nunc de sententia diffinitionis que duplex est, videamus. Est enim duplex sententia : interlocutoria, et diffinitiva. Interlocutoria est que super aliquo

[1] *Decret.*, par. II, caus. XI, q. III, c. 97.
[2] *Ibid.*, par. I, dist. VIII, c. 2.
[3] *Decret.*, dist. LVII.
[4] *Digest.*, lib. V, tit. I, l. 58.

assessorio in causa exigente [*sic*, existente?] profertur ; scilicet quando tractatur de procuratore recipiendo, vel non, vel super aliquo teste, vel super aliqua exceptione incidenti. Est autem diffinitiva sententia per quam questio principalis destruitur, et terminatur ; ut *ff., de regulis juris, l.* 1ª (?) [1] ; debet autem a judice proferri, et non ab alio. Item debet in scriptis proferri, ut xª [*sic*, IIª?], *questione secunda* [sic, *prima?*], *c. in primis statutum* [sic, *statutis?*] [2]. Fallit autem in duobus casibus, cum episcopus cognoscit inter clericos suos, et in modicis causis pecuniariis ; quia tunc non est necessaria scriptura, ut *Extra., si quis cum clerico*, et in *Autenticis, de mandato principis*, §. [*sit*] *tibi* [3]. Dicuntur autem modice cause que non valent ultra quantitatem trecentum (*sic*) aureorum, ut, in *Autenticis, de defensoribus civitatum, audiatur* [4] [sic, *audient?*]. Item in die proferri debet, et non in tenebris, et non in diebus feriatis, et maxime sollempnibus et festivis. Item debet ferri in loco publico et honesto, non in coquina, vel lupanari ; non a judice procedente, sed sedente, ferri debet. Item sententia non debet esse venalis ut IIª, *questione* Vª [*sic*, VIª?], §. *diffinitiva* [5]. Hec et alia multa requiruntur in prolatione sententie ; que si obmissa fuerint, vel aliquid eorum, sententia nulla est ipso jure. Item ponamus quod duo judices proferunt diversas sententias, cujus sententia prevalebit ? Dicas quod si sunt judices ordinarii, quod sententia lata pro reo tenet, et non pro auctore, nisi lata fuerit in causa favorabili, scilicet pro matrimonio....., pro libertate, pro testamento. Si autem fuerint judices delegati, et diversas tulerunt sententias, utraque dependet ex arbitrio delegantis, et tanquam superior de utraque sententia, secundum quod sibi viderit expedire, poterit ordinare.

[XVII.] De multiplici effectu sententie.

Est autem effectus sententie multiplex. Primus quia res judicata pro veritate accipitur et [6] quantum ad forum contempsiosum, et prejudicat veritati quantum ad illos inter quos lata est, *ff. ut de re judicata, leges judic.* [sic, *sepe constitutum?*] [7]. Alii[s] autem non prejudicat, quia

[1] *Digest.*, lib. L, tit. XVII.
[2] *Decret.*, part. II, caus. II, q. I, c. 7 et 8.
[3] *Auth.*, coll. III, tit. IV, novel. XVII, c. 2.
[4] *Ibid.*, tit. II, novel. XV, c. 6, §. 1.
[5] *Decret.*, part. II, caus. II, q. VI, c. 41, §§. 2 et 9.
[6] Ce mot *et* nous semble devoir être effacé.
[7] *Digest.*, lib. XLII, tit. I, l. 65.

Digitized by Google

regulare est quia res inter alios acta aliis non prejudicat; ut *Extra., de fide instrumentorum, c. inter*[1]. Item alius effectus est quia post IIII^or^ menses in personalibus actionibus sententia executioni judicis auctoritate (?) demandantur (*sic*), ut *Extra., de officio delegati, conquerenti* [sic, *querenti?*][2]. Potest autem quandoque executio sententie ex justa causa per judicem prorogari, quia forte appellatum est ab ea, vel quia per superiorem impeditur ne possit executioni demandari. Si autem actione reali lata fuerit sententia, quia petebam a te equum vel codicem, vel digestum, vel domum, vel agrum, post decem dies debet executioni demandari, quoniam infra talem terminum ab ea poterit appellari. Hoc enim verum est si res est in presentia. Si autem sententia lata fuerit in causa criminali, statim debet executioni demandari quoniam in criminibus [et?] delictis non est executio differenda, ut *secunda, questione prima, sicut*[3]; quod sententia lata statim demendetur executioni, fallit in IIII^or^ casibus.

[XVIII.] In quibus casibus executio retardetur.

Unus est quando princeps vult aliquod maleficium vindicare, et fert sententiam forte severiorem quam deberet super vindicta facienda; tunc differtur executio ad minus usque ad triginta dies, ut possit esse locus penitentie vel misericordie; ut *Extra.* (sic) *C. de penis, si vindicari*[4]. Item si sententia lata fuerit in mulierem pregnantem differtur executio usque ad tempus donec pepererit [*ff. de*] *penis, lege prangnantis* (sic)[5]. Item si lata fuerit in servum, debet executio differri, donec reddiderit rationem aministrationis sue quam gessit, ut *ff. de bonis proscriptorum, lege prima*[6]. Item cum aliquis est confessus de crimine sibi objecto. Item etiam quandoque debet executio retardari in aliquibus casibus, nisi hoc ratio humanitatis exposcit.

[XIX.] In quibus casibus sententia retractatur.

Item notandum est, quod sententia pluribus auxiliis relevatur; quandoque per appellationem que fieri debet infra decem dies a tempore sententie late, ut *secunda, questione sexta, can. primo, et c. an-*

[1] *Decretal.*, lib. II, tit. XXIII, c. 6.
[2] *Ibid.*, lib. I, tit. XXIX, c. 26.
[3] *Decret.*, par. II, caus. II, q. I, c. 3.
[4] *Cod.*, lib. IX, tit. XLVII, l. 20.
[5] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XIX, l. 3.
[6] *Ibid.*, tit. XX.

teriorum [1]; quandoque per supplicationem, quando lata est a principe, vel ab aliquo a quo non licet appellare. Item per querelam falsi, quia si dicatur lata per falsos testes, vel per alias probationes falsas, judice decepto, poterit revocari, ut probatur *C., de falsis, l. querela* [2]. Item revocari potest per in integrum restitutionem. Supra dictum est de diversis sententiarum generibus [et?] penarum; [3] et sciendum est quod secundum can. x, multiplex est pena corporalis.

[XX.] De pluribus penis corporalibus.

Prima est servitutis, quando quis liber est, et ratione sui delecti servus efficitur, vel quando manumissus est, propter ingratitudinem, [aut?] alia juxta [*sic*, justa?] de causa, redigitur in servitutem. Item alia pena [est?] jejunii, vel abstinentie, que consuevit inponi pro peccatis ut peccator jejuniis et vigiliis, et penitentiis maceretur. Item alia pena est exilii, cum aliquis recluditur in monasterium (*sic*), vel in alio certo loco ad tempus, vel in perpetuum, ad penitentiam delictorum suorum peragendam. Item alia pena est verberationis; episcopus enim, per clericos suos, sue dyocesis delinquentes potest facere verberari, et corporaliter puniri; ipse autem in sua persona neminem debet verberare, nec laicis auctoritate procurare quod clericos verberant, licet ministri sui ad mandatum ipsius capere possunt clericos incorrigibiles. Consuevit autem pena pecuniaria [infligi?], et est multum in arbitrio judicis illam infligere que magis consuevit timeri. Item videamus quis possit penam infligere; et generaliter dicendum est quod domini terrarum, et judices, sive fuerint ordinarii, sive delegati, subditos suos possunt punire secundum qualitatem et quantitatem delictorum, et nullus alius de jure, ut legitur VI°, *questione sexta* [sic, *tercia?*], *cap.* I°; [4] quod secundum quod dicit lex, jurisdictio sine magna [*sic*, modica?] cohartatione nulla est..... Dicendum est quod major penam (*sic*) sit decapitare, quantum ad forum seculare; quantum ad forum ecclesiasticum pertinet, non possunt, nisi majores judices qui merum (*sic*) omnimodam juridictionem, sicut episcopi, habent, majora negotia [diffinire?] in ecclesiasticis, et ad ipsos pertinent[ia] ut legitur districione XXV°, *c. perlectis* [5].

[1] *Decret.*, par. II, caus. II, q. VI, c. I et 28.
[2] *Cod.*, lib. IX, tit. XXII, l. 12.
[3] Ne serait-ce pas ici qu'étaient primitivement placés les nombres X et XI?
[4] *Decret.*, par. II, caus. VI, q. III, c. I.
[5] *Ibid.*, par. I, dist. XXV, c. I.

[XXI.] Quando judex ordinarius, vel delegatus, vel episcopus, vices suas aliis possint delegare [1].

Sed queritur utrum judex ordinarius alii possit vices suas delegare? Indicas quod episcopus ea que pertinent ad ordinem episcopalem, si juxta [*sic*, justa?] de causa fuerit impeditus quod hoc in propria persona non possit exercere, dedicationes ecclesiarum, consecrationes virginum, ordines clericorum, coepiscopis suis poterit delegare; quia quedam sunt ordinis, quedam officii, quedam juridictionis; ut legitur *Extra. de ordine judiciorum*, [sic, *de officio judicis ordinarii?*] *c. quo*[*d*] *sedem* [2]. Si autem episcopus voluerit aliquem clericum pro suo crimine deponere, cum ista causa criminalis sit, alii non potest delegare, nisi forte propter necessitatem ecclesie sue ipsum oporteat abesse, vel propter aliam arduam causam non possit de tali causa criminali personaliter cognoscere; et tamen non diffinitivam sententiam, sed tantum cause cognitionem committet; ut *ff. de officio ejus cui mandata est juridicio, lege prima, et lege secunda* [3]. Sunt tamen plures alie cause que, licet non sint criminales, sed civiles, et peccuniarie, tamen eas propter ipsarum excellentiam, nisi juxta (*sic*) causa fuerit impeditus, alii non potest delegare; et tunc eas committet non idiotis, et indiscretis personis, sed litteratis, et justis, gravibus, et moriginatis; ut sunt cause matrimonii, et ubi forte agitur de articulis fidei, et similes, que per viros peritos et litteratos debent terminari. Item queritur si episcopus potest committere potestatem dispensandi cum inregularibus, et cum aliis qui indigent quod cum eis dispensetur? Unde dicunt quidam, quod non, quia lex dicit, quod ea que cause cognitionem desiderant per libellum non possunt expediri; absolutionem tamen excommunicati pro violenta manuum injectione in clericum, alii poterit committere, in casibus a jure concessis, non tamen laicis, sed tantum clericis, ut *Extra. de officio ordinarii, c. eisdem* [sic, *his?*] [4]. Alias autem causas minores, et spirituales, ut causam de jure patronatus, et similes, satis dici potest, quod possit alii delegare, ut *Extra. de judiciis, c. decernimus* [5]. Causas autem pecunarias indi-

[1] Ce nombre fait évidemment suite au nombre XVI.
[2] *Decretal.*, lib. I, tit. XXXI, c. 10.
[3] *Digest.*, lib. I, tit. XXI.
[4] *Decretal.*, lib. I, tit. XXXI, c. 20.
[5] *Ibid.*, lib. II, tit. I, c. 2.

stincte potest alii delegare. Si autem fuerit judex delegatus, causam sibi commissam alii non potest delegare, nisi in duobus casibus: unus est quando lis est coram eo contestata, et sic intelligitur illa decretalis, *Extra. de sententia et re judicata, c. Beltaudus* [sic, *cum Bertoldus?*][1], et *Cod., de probant., neque lege, neque tutores;* [sic, *de procuratoribus, neque tutore?*][2]. Alius casus est quando commissa est alicui universitas causarum alicujus civitatis, vel castelli, vel ville, ut puta quia officium est, et tunc potest unam causam alii delegare; ut *ff. de judiciis, cum pretor*[3]. Ista regula fallit in eo qui delegatus est a papa, vel a principe, quoniam indistincte potest totam causam sibi commissam, vel partem eedem alii delegare, ut *Extra. de officio delegati, c. quamvis,* et *c. super quo* [sic, *eo?*][4].... Ille tamen cui papa committit inquisitionem, vel provisionem alicujus ecclesie de prelato, vel de ministris aliis, faciendam, committere non potest, quia in istis casibus industriam et fidem persone cui talia committit videtur elegisse. Item cui committit predicare crucem, excommunicare, vel absolvere aliquos, dispensare cum inregularibus, penitentiam injungere, salva tamen apostolice sedis auctoritate, non potest alii delegare; quia non sibi juridicio, sed certum ministerium, est ei commissum, ut *Extra. de officio delegati, quoniam apostolica*[5]. Item distinctiones supradicte fallunt in summo pontifice, qui de plenitudine potestatis omnes causas criminales, et civiles, et pecuniarias, alii cuicumque voluerit delegare potest.

[XXII.] Videamus casus in quibus quedam persone liberantur, [et?] excusantur a pena.

Multe sunt que excusant hominem a pena. Primus casus est in quo excusatur, mentis alienatio, que tribus modis aliquando contingit: quandoque propter nimium stuporem et timorem, et cordis turbationem; quandoque propter ebrietatem quam Dominus et sacre Scripture detestantur; quandoque propter furorem, quia furioso jura parcunt in delictis, ut supra dictum est. Intelligimus autem illum alienatum mente, sive furiosum, qui penitus nichil intelligit, nec discernit bonum a malo,

[1] *Decretal*, lib. II, tit. XXVII, c. 18.
[2] *Cod.*, lib. II, tit. XIII, l. 11.
[3] *Digest.*, lib. V, tit. I, l. 12.
[4] *Decretal.*, lib. I, tit. XXIV, c. 6 et 15.
[5] *Ibid.*, c. 43.

Digitized by

nec verum a falso, quia totum per[di]dit intellectum. Sunt autem furiosi qui habent dilucida intervalla, et sunt in umbrata quiete; et tales a delictis et a pena non excusantur in toto, sed in parte; voluerunt tamen quidam distinguere utrum furiosus per culpam suam incidit in furorem, et tunc non excusatur a pena; vel sine culpa, et tunc excusatur. Idem est si inciderit in ebrietatem. Sed benignius est dicere, quod quocumque modo inciderint in furorem et ebrietatem, quod excusantur a pena; verumptamen si postea liberati fuerint a furore, pro delicto quod in furore commiserunt pena debet ei[s] infligi, sed tamen levior quam si sani et incolumes delictum commisissent; ut xv^a *decima*, [sic, xv^a] *questione prima, sicut insanias* [sic, *si quis insaniens ?*] [1]; et hoc fit ad cautelam; ne disciplina ecclesie pereat et deleatur. Item excusat a culpa et a pena coactio, a toto si fuerit absoluta, in parte si fuerit condictionalis, ut *prima* [sic, I^a ?] *distinctione, c. presbiteros* [2]. Item excusat deceptio si aliquis fuerit deceptus per fraudem et dolum alterius, vel per errorem alicujus facti probabilem fecit non faciendum, vel obmisit faciendum; ut v^a *decima, questione* v^a [3]. Si tamen aliqua precepta, vel prohibitiones, facta fuerint contra fidem, vel articulos fidei, ille qui talia fecerit nullatenus excusatur, quia sine observantia vere fidei nemo salvatur. Unde dicitur in Ewangilio : « Qui cre-« diderit, et baptizatus fuit, salvus erit; qui vero non crediderit, con-« dempnabitur. » Nec prodest, nec excusat, ignorantia juris in toto, nec in parte, contra fidem et articulos fidei, et maxime si habuerit a quo, vel a quibus, in fide potuit instrui et certificari. Item multitudo, et consuetudo, et diuturnitas temporis, non minuunt delicta, sed augent; nec aliquem excusant in delictis, ut *Extra. de simonia, capitulo primo* [4]. Et quamvis multitudo non excuset a culpa, in duobus tamen casibus relevat a pena temporali; scilicet quando multitudo est in culpa, quia tunc detrahendum est severitati; et cum ille qui delinquit est cum aliqua multitudine constitutus, ut *Extra.* [sic, *ff.?*] *de incendio, palagrapho : tunc qui fiet.* Item excusat aliquando, vel in toto, vel in parte, cum [*sic*, ut?] etas, si est infans, nec doli capax.... ut *Cod., de*

[1] *Decret.*, par. II, c. XV, q. I, c. 12.
[2] *Ibid.*, par. I, dist. I, c. 32.
[3] *Decret.*, par. II, caus. XV, q. V.
[4] *Decretal.*, lib. V, tit. III.

falsa moneta, lege prima[1]. Si autem doli capax fuerit, et ad annos discretionis pervenerit, et maleficium perpetraverit, secundum qualitatem et quantitatem delicti punietur, ut *Extra. de delictis puerorum, capitulo primo*[2]. Item dicit lex *ff. de penis, l. in metallum*[3], quod si quis fuerit dampnatus in metallum, et processu temporis factus fuerit inutilis, et impotens valetudine, vel nimia etate, vel proprii corporis infirmitate, ad penam injunctam, et ad opus illud faciendum, vel alia juxta (*sic*) causa interveniente, quod pena, propter impotentiam suam, debet ei remitti; et ex hoc habemus quod casus novus superveniens viciat et irritat factum, licet juri consonum fuit, et justum, antecedens. Item dicit lex *ff. de penis, l. ultima*[4], quod preses provincie non potest alicui subjecto suo interdicere ne utatur arte sua, ultra tempus sue juriditionis, et statim ex quo desiit esse preses arte sua potest uti, et ad statum pristinum reverti. Item dicit lex, quod si quis sub pretextu religionis, vel voti solvendi, vel alicujus alterius boni, delictum egerit, quod non excusatur a delicto, vel a pena. Item dicit lex, *ff. de bonis dampnatorum*[5], quod si alicujus bona, ratione sui delicti fuerint publicata, quod filii ante concepti, et post sententiam in patrem suum latam nati, portionem suam de jure sibi debitam non amittunt, immo ipsam percipiunt, dum tamen fuerint de legitimo matrimonio procreati, quia spurii, et minus legitime nati, parentibus suis non succedunt. Item si quis ductus fuerit in carcerem, ratione sui delicti, ante condampnationem latam, bona sua non amittit; hoc autem dicunt due prime leges. Item dicit lex que sic incipit : *Qui in utero est*[6], quod ille [*sic*, illi?] qui nundum natus est omnia sua jura servantur; et utilitas, postquam conceptus est, et quamdiu est in utero, ac si mater eum jam peperisset. Item dicit lex *ff.* :

[XXIII.] *de bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi consciverunt, vel adversarium suum corriperint* [sic, *corruperunt*[7]],

quod si quis accusabatur de crimine capitali, super quo convictus

[1] *Cod.*, lib. IX, tit. XXIV.
[2] *Decretal.*, lib. V, tit. XXIII.
[3] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XIX, l. 22.
[4] *Ibid.*
[5] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XX.
[6] *Ibid.*, lib. I, tit. V, l. 7.
[7] *Ibid.*, lib. XLVIII, tit. XXI.

Digitized by Google

ultimo supplicio puniretur, si corrupit adversarium suum ita quod interventum [*sic*, interventu?] pecunie destitit ab accusatione, quod in nullo punitur, quia licet unicuique redimere sanguinem suum, prout melius potest; item dicit lex *secunda istius tituli*, quod si quis accusatur de crimine, et metu presentis accusationis, et criminis contra eum propositi, quod non habet heredem nisi fiscum, si se interfecerit..... Item dicunt alie leges ejusdem tituli, quod si accusatus de crimine, vel in ipso scelere, vel in ipso maleficio, deprehensus, vel ei [*sic*, etiam?] propter metum conscientie sue, quia sciebat se esse reum criminis capitalis, licet super hoc nundum esset accusatus, si se interfecerit, quia in istis tribus casibus bona sua fisco debent applicari, nec habet alium heredem nisi fiscum. Item si quis modicum furtum fecerit, et propter hoc laqueo se suspenderit, bona sua non debent confiscari; et hec est ratio, quia si convictus fuisset super modico furto, propter hoc bonis suis privari non deberet. Item si quis tedio vite affectus, quia tedebat eum vivere, vel propter nimiam etatem, vel alia de causa, sicut dixit Job: « Tedet animam meam vite « mee », vel propter inpacientiam doloris quem sustinebat, quia gravi laborabat infirmitate et intollerabili, se ipsum interfecerit; bona sua fisco propter hoc non applicantur. Item si pater proprium filium occiderit, et postea penitentia ductus propter dolorem filii sui quem amisit sibi mortem paravit, et intulit, propter hoc bona sua non confiscantur. Item ponamus quod aliquis qui nullum delictum penitus commiserat se ipsum interfecerit, et sine causa, numquid puniendus est? Dicit lex quod sic, quum ex quo sibi parcere noluit, multo minus alii parceret. Unde dicit Salomon : « Qui sibi nequam, cui bonus? » Unde versus :

Qui sibi non parcit, michi, vel tibi, quomodo parcet?

Item si quis accusatur de crimine in vinculis detentus, vel fidejussoribus commissus, nundum de crimine convictus, decesserit, bona sua non debe[n]t confiscari. Item aliquis accusabatur de crimine; accusatione pendente, sibi mortem intulit; heredes ejus volunt ipsum taliter defunctum innocentem ostendere; queritur utrum si[n]t audiendi? et dicit lex quod sic, nec debent bona sua confiscari donec convictus fuerit de crimine.

[XXIV.] De illis quibus aliqua loca sunt interdicta, vel qui sunt relegati, vel deportati.

Prima lex hujus tituli dicit quod antiquitus bona alicujus relegati per avariciam dominorum confiscabantur, sed jure novissimo aliud obtinet, quia temporibus nostris relegatus bona sua non amittit, sed ei omnia bona sua et jura reservantur, et liberos in sua retinet potestate; at relegatus in insulam aliam penam sustinet, quia ei ab insula non licet exire, sed eum oportet ibidem usque ad tempus sibi prefixum remanere. Est autem triplex exilium secundum quod dicit lex: primum est ecclesiasticorum locorum interdictio; secundum est quod omnia loca alicui quandoque interdicuntur, uno tamen excepto in quo morari jubetur; item est in insulam deportatio. Est autem differentiam (*sic*) talem inter relegatum et deportatum que versibus istis duobus continetur:

Exulabit sine spe patrie, reditusque, reique,
Atque relegatus sua cum remeabit habebit.

[XXV.] De dampnatis per sententiam, postea restitutis; et de cadaveribus punitorum [1].

Dicit lex secunda hujus tituli, quod si quis in dignitate constitutus deportatus fuerit, et post restitutus a principe, quod dignitatem suam recuperat, ad bona tamen sua non est restitutus, nec a suis creditoribus poterit conveniri; sed si concessum ei fuerit a principe quod omnia bona sua si voluerit recipiat et recuperet, et noluerit, sed ea dimittit, propter hoc nichilominus a suis creditoribus quibus ante sententiam tenebatur poterit conveniri. Item si princeps in insulam deportato penam remiserit, et eum revocaverit, a suis creditoribus quibus ante ea tenebatur non poterit conveniri; sed si recuperaverit dignitatem cum bonis suis, tunc a suis creditoribus merito poterit conveniri. Item ponamus quod alicui caput est amputatum, vel est suspensus ad furcas, eorum cadavera non sunt cognatis et proximis deneganda, nec sepeliri possunt, nisi fuerit a domino seculari, vel judice, petitum et promissum [*sic*, permissum?]. Si quis autem capite punia-

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XIV.

Digitized by Google

tur pro crimine lege magestatis, propter enormitatem criminis non debet sepeliri. Si autem aliquis igne fuerit consumptus et conbustus, ejus cineres et ossa possunt peti ut sepeliantur. Item si quis deportatus in insulam, nec relegatus, mortuus ibidem fuerit, ipsius pena durat et[iam?] post mortem quantum ad hoc, quia nisi de mandato principis inde poterit removeri, nec alibi sepeliri.

[XXVI.] Rubrica, qualiter accusatus de crimine, accusatione pendente, custodiri debeat, et exhiberi.

Item si quis accusatus [est?] de crimine capitali, judex considerare debet et estimare utrum in carcere debeat detineri, vel militibus custodiendus tradi, vel sibi ipsi committi. Item judex debet estimare si reus est in dignitatem constitutus et honorem; item qualitatem et quantitatem criminis; item si magnis habundat divitiis, vel si pauper fuerit; item innocentiam suam quoniam alias honeste vixit, et bene se habuit, quia qui semel calumpniatus est, in futurum presumitur calumpniari; et sic judex in negotium procedat, istis diligenter consideratis. Dicit autem lex illius tituli, que sic incipit : *Dominus pius* [1], quod accusatus de crimine, si vult dare fidejussores idoneos de stando juri, quod non debet in carcere detineri, nisi tam enorme delictum et grave commiserit, quod non debeat fidejussoribus vel militibus comitti; et hoc locum habet si de delicto suo constiterit, quia tunc debet in carcere detineri, vel penam et supplicium sui delicti sustinere. Item dicit lex quod si quis pro illo qui de crimine accusatur fidejusserit, et eum in loco indicto et tempore non exhibuerit, pecunialiter debet puniri; quod si fraud[ul]enter et dolose fecerit quod minus [minime?] ipsum exhibeat, potest extra ordinem et ad arbitrium judicis corporaliter puniri. Sed si ille qui fidejussit pro eo, sub certa quantitate pecunie non fidejussit, nec judex in fidejussione certam quantitatem apposuit, nec consuetudo ostendit formam fidejussionis, nec certa quantitas pecunie debeat in ea contineri, tunc quid super hoc sit judicandum? Erit in arbitrio judicantis. Si autem accusatus de crimine confessus fuerit crimen, statim debet in carcere detineri, donec contra

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. III, l. 3.

Digitized by Google

ipsum sententia condampnationis feratur, sicut dicit lex illa : *si confessus fuerit* [1].

[XXVII.] Rubrica, de termino moto [2].

Lex ejusdem tituli dixit, quod si quis amoverit terminos..... causa finium appositos, et hoc intentione corrupta et dolosa ut vicini sui agrum, vel partem agri, copularet, et agro suo conjungeret, secundum conditionem persone, et mentem illius qui terminos avulsit et amovit, cum factum istud pessimum sit, lege Aquilia statuendum est contra eum ; nam si nobilis fuerit, et juvenis, et in dignitatem constitutus, in partibus remotis debet relegari ; si autem senex fuerit, ratione senectutis et debilitatis cum eo mittius debet agi, et in locis non ita remotis relegari. Si autem ille qui tale delictum commisit, non suum hoc faciendo, sed alienum negotium gerendo, corporaliter debet castigari, in metallum usque ad biennium condampnari. Si autem lapides positi causa finium per ignorantiam, vel casu fortuito, furati sunt, sufficit quod fures verberibus castigentur, et puniantur. Item lege Aquilia [3] in quinquaginta aureos tenetur qui terminos, vel fines, extra suum locum et gradum fraudulanter et dolose, sicut dictum est, amoverit, vel ejecerit. Si autem servus, vel serva, terminos amovit, capite puniantur, nisi dominus ipsorum, vel domina, pro eis penam pecuniariam solvere sint parati. Si autem aliquis fecerit ut fines, sive termini, oscurentur, et ne videantur, arbores ibi plantando, et ibidem arbusta faciendo, puniendi sunt secundum conditionem et facti violentiam. Dicit autem lex quod vetera monumenta sequenda sunt, nisi appareant nova.

[XXVIII.] Rubrica, de injuria et famosis libellis [4].

Multis modis dicitur injuriam fieri. Dicitur injuria omne illud quod non jure fit. Item dicitur injuria contumelia, et contempnando. Item dicitur injuria dampnum per culpam datum, sicut in lege Aquilia. Item iniquitas dicitur injuria, veluti quando quis inique judicat, et injuste, et sententiam fert iniquam et injuriam continentem. Item injuria quandoque fit re, quandoque verbis ; re fit quando quis in ali-

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. III, l. 5.
[2] *Ibid.*, lib. XLVII, tit. XXI.
[3] *Digest.*, lib. IX, tit. II.
[4] *Ibid.*, lib. XLVII, tit. X.

Digitized by Google

quem manus fert violentas. Item injuria quandoque infertur in corpus, quando quis pulsatur, vel verberatur. Item injuria, quando fit, pertinet vel ad dignitatem, vel ad infamiam; ad dignitatem pertinet, cum comes [*sic*, coma?] matrone abducitur, id est ei aufertur; ad infamiam quando pudicitie adtemptatur, id est quando mulier ab aliquo sollicitatur ut se corrumpi patiatur, et ut de pudica fiat impudica. Item aut per semet-ipsum, et sibi ipsi, fit injuriam, aut per alias personas, con fit injuria liberis, vel servo, vel uxori, vel nuri, et per consequens con fiat injuria patrifamilias ratione talium personarum, potest agere actione injuriarum, quia sunt in potestate patrisfamilias et subjectione constitute. Item si fiat injuria testatori, sive alicui defuncto cadaveri, heres qui successit ei, vel possessor bonorum suorum, sub nomine, potest agere actione injuriarum. Injuria aut[em] que fit liberis, pudorem et infamiam patrisfamilias in tantum tangit, quod si quis vendiderit filiumfamilias liberum, et de sua voluntate, paterfamilias potest agere contra venditorem actione injuriarum; filius autem familias non potest agere actione injuriarum, quia scienti et volenti dolus vel injuria non infertur. Quantum autem fit injuria cadaveri vel funeri testatorem (*sic*), si post adhitam hereditatem, fit injuria heredi; quia semper est heredi defuncti famam et honorem illesam et illesum conservari; si autem ante adhitam hereditatem fiat injuria defuncto, acquiritur actio injuriarum hereditati, et per consequens heredi. Item ex una et eadem injuria tribus personis quandoque competit actio injuriarum, nec una semel intemptata consumit aliam; ut puta si uxori mee, filiefamilias, facta fuerit injuria, et patrifamilias, et uxori competit actio injuriarum; si autem marito facta fuerit injuria, uxor non potest agere actione injuriarum, quum uxor a marito debet defendi, et non e converso. Sunt autem quedam persone, sicut dicit lex *illa relatio* [sic, *illud relationis?*], *ejusdem tituli* [1], que non possunt injuriam facere, sed injuriam pati possunt et sustinere, sicut inpubes qui non doli est capax, et furiosus; injuria non fit, nisi ex animo et affectu; sed isti nec habent animi discretionem, nec habent affectum, nesciunt discernere bonum a malo; unde si pulsaverint aliquem, vel

[1] *Digest.*, lib. XLVII, tit. X, l. 3.

Digitized by Google

verberaverint, vel aliquid convicium dixerint, injuriam fecisse non debentur dici. Sed si eis facta fuerit injuria, tutores ipsorum possunt agere actione injuriarum, et istis jura subvenient, minoribus, et furiosis, et miserabilibus personis, sicut superius est expressum. Actio autem injuriarum que oritur ex lege Cornelia, locum habet in tribus casibus; competit autem illi qui dicit se pulsatum, vel verberatum, vel aliquem domum suam violenter ingressum; est autem verberare, cum dolore cedere; pulsare, sive [*sic*, sine?] dolore; ingredi domum alicujus violenter, intelligere dum [*sic*, intelligendum?] est an fuerit ei commodata, sive conduxerit eam, sive fuerit sua propria, sive habuerit ibidem domicilium, vel non. Domicilium autem habere [potest?] quisquis in duobus locis, quando equaliter dimidiam partem habet bonorum suorum et fortunarum suarum, et pro dimidia parte anni in utroque loco equaliter utitur balneis, spectaculis, et dies festos agit, et ibi cum domesticis suis moratur. In uno loco tamen dicitur habere domicilium, quando ibi, et non alibi, pro majore parte temporis facit omnia supradicta. Nusquam dicitur quis habere domicilium, cum sit vagabundus; quia nullam habet certam mansionem. Si ergo quis violenter domum alicujus ingrediatur, domus illa ad omnem habitationem refertur. Item si filiusfamilias fuerit verberatus, potest agere actione injuriarum que descendit ex Cornelia. Item si quis composuerit librum, vel scripserit, vel ediderit, ad infamiam alterius pertinentem, vel dolo malo curaverit quod ex istis tribus fieret, vel alterius nomine, et non suo, librum ediderit, sive nomen illius quem diffamat in libro continetur, vel non, super hoc convictus, et condampnatus, notatur infamia, nec potest condere testamentum. Item si aliquis diffamat aliquem verbis et scripto, eadem pena tenetur. Item si quis agit actione injuriarum, in libello debet exprimi nomen rei et nomen actoris, et nomen criminis, et injurie; quia cum actione famosum tangat, debet esse certus libellus, et in eo certa debent contineri, et declarari, quia non licet vagari cum discrimine alterius estimationis, nam condampnatus actione injuriam perpetua notatur infamia. Item multa sunt in quibus magis gravis et atrox efficitur injuria, persona injuriam passa; ut puta quia magnus, et dives, et potens, et honestus; item locus, quia in loco sacro facta est injuria; item tempus, quia de nocte, et

com prodictione, facta est, vel in die magne festivitatis. Item magnitudo vulneris facit atrocem injuriam; item locus in quo quis est vulneratus, ut puta in oculo; est enim oculus membrum nobile. Ista omnia, et plures alie circunstantie, faciunt injuriam atrocem judicari, et illum qui injuriam intulit magis puniri. Item in actione injuriarum licet actori jusjurandum reo deferre. Dicitur autem atrox injuria ratione persone que intulit injuriam, ut si filius patri fecerit injuriam, vel servus domino, vel libertus patrono. Si autem pater filio suo emancipato fecerit injuriam, datur ei actio injuriarum contra patrem; si autem fuerit in patris potestate, non datur ei actio, etsi atrox fuerit injuria. Sed ponamus quod aliquis plures intulit injurias alicui; nunquid poterit agere injuriarum cunjunctim, vel separatim? Dicit lex quod simul, et semel, et in eodem libello, omnes injurie debent comprehendi, et simul agitari, et nomen cujuslibet injurie debet exprimi; de qualibet injuria potest agi civiliter. Si autem fiat injuria judici, vel alicui coram judice, atrocior [est?] injuria. Tenetur actione injuriarum ille qui aliquem percussit, vel qui injuriam fecit; et ille cui mandavit fieri, et ille qui mandatum suscepit; et ille qui ratam injuriam habuit. Si autem aliquis alicui injuriam remiserit tacite, vel expresse, et postea vult agere, dicit lex quod non potest, quia secundum quod dicit lex, turpe est redire cui quis dilucida voce renuntiavit. Item legitur in Canone : « Culpa semel remissa, recidivo dolore iterum ad ani-« mum revocari non debet. » Item lex, quod actio semel extincta non revivit. Item dicit lex quod quilibet juri sibi competenti potest renuntiare. Item dicit Poeta :

Litis preterite noli maledicta referre.

Si autem annus transierit infra quem injuriarum actio debet intemtari, vel transactum fuerit de injuria, vel actor reo detulerit jusjurandum, injuverit [*sic*, et juraverit?] se non fecisse, ex tunc actio injuriarum non habebit locum. Ille qui sustinuit injuriam per se, vel per alium, actionem injuriarum non poterit intentare. Si autem aliquem induxero nollentem, exhortando, persuadendo, ut injuriam faciat, teneor actione injuriarum; non enim datur actio liberto contra patronum, sed si patronus fecerit injuriam liberte sue, maritus pro tali injuria poterit agere

contra patronum, non pro levi injuria, sed pro magna liberte facta. Injuriarum actio heredi injuriam passi (*sic*), nec in heredem illius qui intulit injuriam, datur. Idem est si servo meo facta fuerit injuria, heredi meo non datur actio..... Si autem lis contestata fuerit, in actione injuriarum tunc perpetratur, et transit ad successores. Si quis jure publico utatur, nulli facit injuriam, quia juris executio in se non habet injuriam; si autem pretor, vel judex, aliquod justum decreverit, vel suo subjecto fieri mandaverit, et decreto judicis non obedierit, si tanquam contumax puniatur, non ei propter hoc competit actio injuriarum, quia nulla ei fit injuria; si autem aliquis me per injuriam et calumpniam coram judice citari fecerit, et principaliter ut me vexare posset, possum agere contra ipsum actione injuriarum. Si autem aliquis me prohibuerit in mari piscari, ubi communis est usus piscandi, vel in loco publico sedere, vel conversari, vel via publica uti, qua, secundum quod dicit lex, nemo prohibetur uti; item ne rebus meis utar, vel jure meo, injuriarum actio contra eum michi competit. Dicit lex *Cod.*, *de injuria*, *l. si non convitii* [1], quod si aliquid dixisti, vel fecisti, non animo nec intemptatione (*sic*) injuriam faciendi, nec consilio prohibito, quod accusatus es [*sic* accusari?], nec injuriarum actione conveniri potes; quia non committitur injuria, nisi ex animo. Item si quis calore iracundie inconsulto objecit omicidium, vel aliquod convitium, elapso anno, actione injuriarum conveniri non potest; elapso anno expirat actio. Item dicit lex *ff. de divortiis*, *l. divortium* [2], quod si maritus mittat uxori libellum repudii calore iracondie, non eo animo, vel ea intentione, ut in perpetuum revertatur [*sic*, revellatur?] ab ea, non dicitur esse divortium inter eos celebratum, et si mulier revertatur in brevi, non videtur a marito devincisse [*sic*, divertisse?]. Item dicit quod si quis revertatur ab hostibus et habeat animum revertendi ad hostes, quod ab hostibus reversus esse non videtur. Item dicit lex, quod non videtur versum, quod non durat versum. Item dicit lex quod ea que calore iracundie fiunt, vel dicuntur, nec valent, nec penam merantur (*sic*). Si quis autem in actione injuriarum fuerit condampnatus, infamis efficitur, et extra ordinem, secundum judicis arbitrium, punitur.

[1] *Cod.*, lib. IX, tit. XXXV, l. 5.

[2] *Digest.*, lib. XXIV, tit. II, l. 3.

[XXIX.] Rubrica, que persone debeant admitti ad accusationes criminum, et in quibus casibus de jure possit in causis criminalibus constitui procurator, et ex quibus causis infamia irrogatur.

Supradictum est de accusationibus, et scriptionibus; sed quia quedam oburrissa [*sic*, obmissa?] sunt que principaliter locum habent in ipsis, et cum aliquis accusatur de crimine, diligenter ea videamus, et ad memoriam revocemus. Est autem editum de judiciis, de procuratoribus, de testibus, de accusationibus, de arbitriis, de postulando, de prohibitorum (*sic*); unde quilibet admittitur ad singula supradicta, nisi prohibeatur a jure; quia secundum quod dicit lex, *ff. de judiciis l. con pretor*[1] quod si plures sunt judices, et pretor uni prohibeat judicare, per consequens conceditur aliis judicare; et quod de uno conceditur, de alio denegatur, et e converso. Unde dixerunt Judei Domino, cum esset in mundo: « Nonne Samaritanus es tu, et demonium habes? « Qui statim respondit eis: Ego demonium non habeo, sed honorifico « patrem meum qui in celis est. » Unum autem expresse negavit, et alterum, scilicet quod esset Samaritanus, tacite concessit. Samaritanus idem est quod custos. Unde dicit Psalmista: « Nisi Dominus cus- « todierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. » Ipse enim est custos tocius creature que in celis est, et in terris. Sunt autem quedam persone que de jure non debent ad accusationes criminum admitti; unde, visis illis personis qui (*sic*) non possunt admitti, videbitur per consequens qui possint alium, vel alios, de crimine accusare. Legitur enim *ff. titulo: de his qui notantur infamia*[2], quod ille notatur infamia qui, innominie causa, ab imperatore, vel qui potestatem habet ab eo, fuerit ab exercitu dimissus, vel remissus; item istriones, et joculatores, qui ludibrium sui corporis faciunt in publico; item qui lenocinium fecerit; item qui calumpniatus, vel prevaricatus, vel tergiversatus fuerit, vel dampnatus in publico judicio fuerit; item in actione injuriarum; item de dolo malo, et de fraude, suo nomine dampnatus, vel pactum cum adversario suo fecerit, vel pro socio tutele, mandati, depositi, suo nomine, dampnatus erit. Item ille qui mulierem

[1] *Digest.*, lib. v, tit. 1, l. 12. [2] *Digest.*, lib. III, tit. II.

Digitized by Google

maritum habentem, habet in sua potestate, et infra tempus luctus, id est infra annum, mortuo marito, eam scienter in matrimonio collocat; item qui bina sponsalia, et binas nuptias, simul et semel, et eodem tempore, contraxit. Item mulier qui junxit infra tempus luctus; debet enim maritum suum per annum lugere, et infra tempus illud triplici ratione nubere prohibetur : propter sinistram incontinentie suspitionem; item propter turbationem, quia quandoque incertum est et dubium ne conceperit ex priori marito, et ne hereditas ad heredem minus legitimum devolvatur; item ne videatur gaudere de morte mariti, et ne presumatur quod in mortem ipsius fuerit machinata. Item ille qui in cenam prodierit artis ludicie causa, ut ibi ludum aliquem, vel aliquos, excerceret in publico, et spectaculum sui faceret. Si autem locavit, non notatur infamia, quia res non est ita turpis cum ad actum et ad effectum locatio non pervenerit. Est autem cena que ludorum faciendorum causa quolibet loco ubi quis consisterit [1], et locus in quo conveniunt joculatores ut facient spectaculum sui in publico. Item athlete qui pugnant et certant causa sue virtutis excercende, et agilitatis ostendende, non sunt infames; secus est si causa lucri locant opera sua et pugnant, et certant in publico, quia tunc efficiuntur infames. Item qui lenocinium commiserit; lenocinium autem commisit qui questuaria mancipia detinet, et habet in domo sua, quorum questum et lucrum sibi retinet, in toto, vel in parte. Item qui in liberis suis hunc questum exercent, in eadem causa sunt, in qua sunt qui lenocinium committunt. Videamus autem frequenter, quod quedam maledicte mulieres filias suas causa turpis questus inducunt et exponunt ut a multis, contra Deum et justiciam, corrumpantur, et ut publice meretrices efficiantur; tales enim matres, et filie, merito notantur infamia; de talibus dicit enim lex *ff. de ritu nuptiarum* [2], quod nec sunt sub lege, nec sub jure, quia vilitas vite sue fecit eas indignas legum observatione. Qui autem lenocinium principaliter commiserit, vel alterius occasione negotiationis mancipia habuerit, sicut sint caupones, et hospites, et tabularii, qui sub specie vini ministrandi in domibus suis, in popina meretrices causa turpis questus

[1] Voir *Digest.*, *ibid.*, l. 1, § 5.

[2] *Digest.*, lib. xxiii, tit. ii.

Digitized by Google

retinent, notantur infamia. Item si quis habet balnea sua, et sub specie ministrandi, et in balneis serviendi, talia mancipia retinet, est in eadem causa. Item si quis in servitute constitutus, questuaria mancipia tenuerit, et habuerit, post libertatem assecutus, notatur infamia. Item non sufficit aliquem calumpniari tantum vel prevaricari ad hoc quod notatur (*sic*) infamia, donec lata contra eum fuerit sententia. Dicitur autem prevaricator a varia certatione, qui prodita causa suam partem adversam et contrariam adjuvat, et qui ex utraque parte consistit, secundum quod dicit lex; quin imo ex alterea [*sic*, existit?] ex una parte corpore tantum; et ex altera consilio et auxilio et corde. Qui autem de crimine pactum aliquod facit, crimen confitetur. Item si quis fuerit condampnatus de furto manifesto, vel non manifesto, notatur infamia. Sed ponamus quod aliquis fuerit condampnatus de furto, vel in aliis famosis actionibus, et a sententia contra se lata superiorem appellavit tanquam ab injusta sententia, non prosequitur appellationem suam, et tempus juxta quod debuit causa prosequi lapsum est, a tempore late sententie retro natura [*sic*, notatur?] infamia; idem est et si ejus appellatio quam prosecutus est a superiori pronuntiata sit injusta; a tempore late sententie, non a tempore quo pronuntiata fuerit injusta, retro notatur infamia. Item si quis alieno nomine fuerit condampnatus furti, vel alia actione famosa, vel tutor, curator, heres, qui aliena negotia gerunt non notabuntur infamia; nec ego si conventus fuero super furto vel actione famosa, notabor infamia per sententiam contra me latam, si causa per procuratorem tota fuit agitata. Item si pretor jusserit accusato quod aliquid det, ut desistat, non notatur infamia; quia pretoris et judicis autoritas eum excusat. Item ponamus quod accusator detulerit juramentum accusato, et juraverit se non deliquisse, non notatur; quia jurejurando innocentiam suam purgavit. Est autem infamia, fame privatio, sive diminutio; fama autem, sive opinio, sive estimatio, nomina sunt sinonima; idem significant, ut hec tria, ensis, mucro, gladius.

[XXX.] De fama et de dignitate hominis.

Est autem fama illese dignitatis status, legibus anterioribus et alias ac moribus comprobatus, et in nullo diminutus. Dignitatis autem

nomen in diffinitione fame non apponatur pro honore pudico, ut alias, sed pro potentia cuilibet homini a natura tradita. Homo enim dignior est omni creatura, cum et ei serviat, sed et angelica natura, nam et angelus homini servitio deputatus est, ut legitur in divinis. Item ex eo dignior reputatur, quod omnes proprietates creature in se admittit; nam in [*sic*, cum?] animatis habet commune ut sit, cum herbis et arboris (*sic*) ut vivat, cum brutis ut sentiat, cum angelis ut discernat et mente contempletur celestia. Unde Ovidius :

Pronaque cum spectent animalia cetera terram,
Os homini sublime dedit, celumque videre
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus;

et apud Virgilium : Celestique illi origo est [*sic*,

Igneus est ollis vigor, et celestis origo.]

Minuitur autem quandoque fama hominis, quandoque consumitur et extinguitur ex toto, scilicet per maximam et mediam capitis diminutionem, vel quandoque de statu gratie revertitur ad statum culpe; sicut dicit Petrus : « Canis reversus ad vomitum. » Minuitur autem hominis fama cum libertas, [vel?] civitas, retinetur, sed [*sic*, aut?] aliqua certa pena ponitur [*sic*, punitur?], ut *ff. de variis*, (sic) *et extraordinariis cognitionibus, lege peneultima*, §. *estimatio* [1]. Est autem multiplex infamia, quia quedam juris, et quedam facti, quedam est ex genere penarum.

[1°. *De infamia facti.*]

Irrogatur autem infamia facti, quando pater in suo testamento unum ex filiis suis increpando protulit ut fieret, vel non fieret; vel filium ratione sui delicti exheredavit. Item irrogatur, quando judex causa non cognita decrevit aliquid, [vel?] ordinavit juris ordine pretermisse [*sic*, pretermisso?] ut aliquid [*sic*, aliquis?] ad frugem melioris vite se reformaret, vel quando judex dicit aliquem perfidum, vel calumpniatorem, ut, *Cod. de hiis qui notantur infamia*, *l. ea*, vel *l. verbum*, et *l. interlocutio* [2]; et *ff. eodem l.* [sic, *tit.?*] *ob hec* [3]. Sed et quando-

[1] *Digest.*, lib. I, tit. XIII, l. 5, §. 1.
[2] *Cod.*, lib. II, tit. XII, l. 13, 17, 19.
[3] *Digest*, lib III, tit. II, l. 20.

que, ordine judiciario observato, irrogatur infamia facti; ut si quis condempnetur in interdicto unde vi, vel conditione, vel si procurator meus nomine meo dampnetur furti, apud bonos et graves non effugio notam infamie, ut *ff. de obsequiis, l. ho. non* [sic, *honori*] [1]. Unde dicit lex : « Indulgentia, patres conscripti, quos liberat, notat; libe- « rat a pena, sed notatos reliuquit infamia [2]. » Unde versus :

Pena potest demi, culpa perempnis erit.

Sed et infamia facti est quod quis non est ex legitimo thoro procreatus, sive natus. Sunt autem duo effectus infamie facti : primus est quando infamis deficto [*sic*, de facto] repulitur a dignitate; secundus quia repellitur a querela, ut *c. de dignitatibus, l. secunda* [3]; et *ff. de decurionibus, l. generaliter*, §. *spurios* [4]; et *C. de inofficioso testamento, l. fratres* [5].

[2°.] *De infamia juris.*

Juris autem infamia quandoque irrogatur ipso jure, et ipso facto propter quod aliquid factum est; quandoque per sententiam, quandoque ex genere pene, quando pena alicui infligitur ipso facto, ut si mulier deprehendatur in adulterio, secus forsitan in viro; lex enim in muliere factum notat, licet absolvatur a sententia, ut *ff. de ritu nuptiarum, l. pale an*, alias *palam*, §. *que in adulterio* [6]. Item in muliere que nubit, vel stupro cognoscitur infra tempus luctus, vel nubit contra sacramentum subjecta [*sic*, suscepta?] liberorum tutela, ut *C. de secundis nuptiis, l.* 1 *et* 2 [7], et in *Auctenticis, de testibus*, [sic, *de restitutionibus?*], *et ea que parit*, §. *et uterum* [8]; et *de nuptiis, l. se* [sic, *si?*] *autem* [9]; et *ff. tit. eodem*, [*de his qui notantur infamia*] §. *uxores* [10]. Item si mulier suo nomine, propria voluntate, non jussu alterius in cujus erat potestate, bona [*sic*, bina?] sponsalia, vel binas nuptias contraxerit, infamis est ipso jure, ut *ff. eodem tit.*,

[1] *Digest.*, lib. xxxvii, tit. xv, l. 2.
[2] *Cod.*, lib. ix, tit. xliii, l. 3.
[3] *Ibid.*, lib. xii, tit. i.
[4] *Digest.*, lib. i, tit. ii, l. 5.
[5] *Cod.*, lib. iii, tit. xxviii, l. 27.
[6] *Digest.*, lib. xxiii, tit. ii, §. 12.
[7] *Cod.*, lib. v, tit. ix.
[8] *Auth.*, coll. iv, tit. xviii, novel. xxxix, cap. ii.
[9] *Ibid.*, tit. i, novel. xxii, cap. xl.
[10] *Digest.*, lib. iii, tit. ii, l. 9.

Digitized by Google

l. 1; in fine, et *l. quid ergo* [1]; item sed et paterfamilias qui filiam suam, mortuo genero, scienter, infra tempus luctus, alteri maritaverit; item qui eam acceperit, non jussu ejus [cujus?] est in potestate, vel qui eum quem habet in potestate pariter [*sic*, passus est?] ducere eam que nubit infra tempus luctus, infamatur ipso jure. Excusa[u]tur enim filii in hiis obtemperantes patribus jubentibus; patres autem jubentes, vel patientes notantur infamia; secus si ratum habeant matrimonium filii vel filie que reprehensibiliter contraxerit, ut dictum est, nec enim rati habitio hic trahitur retro, ut *ff. eodem, l.* §. *que eam* (sic), et *l. liberorum* [2]. Ultra sic, et alias, non trahitur retro in hereditate quam adivit servus meus, non precedente mandato meo, et in bonorum possessione quam quis petiit nomine meo, et ego ratum habeo post tempus bonorum possessionis; ut, *ff. de acqui. hereditate, si quis*, §. *jussu*[*m*] [3]. Sunt et quedam persone que non admittuntur ad postulandum, que continentur his versibus :

Aditus pene, servus, puer, actor harene,
Luminibus casus, mulier, muliebria passus.

Aditus pene, id est si aliquis fuerit relegatus, vel in insulam deportatus, vel alia pena gravi puniatur. Item servus, quia de jure prohibetur ne ad actus legitimos admittatur. Item puer, id est inpubes, qui nondum pervenit ad annos discretionis. Item actor harene, id est campiones isti, et athlete, qui pugnantur cum bestiis cum [*sic*, in?] harena, id est in loco publico, et locans operas suas. Item luminibus casus, id est qui omnino cecus est, et nichil videt, ficus [*sic*, sicut?] erat Brutus [*sic*, Publilius?] qui cecus erat, et postulavit coram pretore [Bruto], adversa sella, et propter hoc dedit causam edicto : Ne cecus admittatur ad postulandum [4]. Item mulier propter verecundiam et fragilitatem sexus in multis casibus non admittitur ad actus legitimos; quia secundum quod dicit lex in multis juris articulis deterior est conditio feminarum quam masculorum; unde secundum jus civile, non potest in testamento, et de testamento, testimonium perhibere. Unde *versus* :

In testamentis nunquam sit femina testis.

[1] *Digest.*, lib. III, tit. II, l. 1 et 13.
[2] *Ibid.*, l. 13 et 11.
[3] *Digest.*, lib. XXXX, tit. II, l. 25, §. 4.
[4] *Ibid.*, lib. III, tit. 1, l. 1.

Item dicit lex quod mulieres [non debent?] inverecunde se cetibus hominum ingerere, nec eorum consortia frequentare; unde quedam mulier improdissima (*sic*) nomine Karfunea [*sic*, Carfania?], que se cetibus hominum ingerebat inverecunde, dedit tamen [*sic*, causam?] edicto, quia mulieres ad postulandum non admittuntur. Est autem postulare secundum quod dicit lex, *ff. eodem* [*tit.*], *l.* 1, desiderium suum in jure, vel amici sui, apud eum [qui] juridictioni preest, exponere, vel alterius desiderio contradicere.

[XXXI.] Quando procurator possit constitui in causa criminali.

Est autem procurator qui mandato domini aliena negotia administrat, ut legitur *ff.* [*de procuratoribus*], *l.* 1. Est enim officium procuratoris valde necessarium, quum illi qui non possunt, vel volunt (*sic*), negotiis suis interesse, judiciis et extra, in ipsis possunt constituere procuratorem. Si procurator habeat liberam et generalem administrationem, tunc potest rem in judicium deducere, et transigere, et componere, et etiam alienare. Si tantum habeat liberam, tunc restriguitur (*sic*) ejus potestas, quia nec transigere, nec alienare, potest. Constituitur autem procurator in civilibus causis pecuniariis; in causis autem criminalibus, in certis casibus; scilicet, in illis causis in quibus aliqui pro suis delictis puniuntur usque ad relegationem; si autem supra, tunc non potest constitui procurator, secundum quod legitur *ff. an per alium appellationis reddi causa possit* [1]; quoniam ibi dicitur, et alibi, quod in causis pecuniariis potest constitui procurator, in causis capitalibus non licet. Item si causa pecuniaria est ex qua sequitur infamia, potest etiam tunc constitui procurator; et si accusator in hoc casu, vel accusatus, appellaverit, in causa appellationis potest ab utroque constitui procurator. Et generaliter dicendum est, quod causa que non potest agi per procuratorem, nec appellatio in ea interposita per procuratorem potest agitari. Dicit lex *ff. de pudicis* [sic, *publicis?*] *judiciis* [2], quod ille qui aliquem accusat in publico judicio, nec potest constituere procuratorem, nec accusatus,

[1] *Digest.*, lib. XLIX, tit. IX.

[2] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. I.

Digitized by Google

ut procurator alleget causas cause; sed procurator constitutus est ut alleget causas absentie, et si reus justa de causa fuerit absens, sententia ferenda differtur. Pudice (*sic*) interest, secundum quod dicit lex *ff. eodem* [sic, *de procuratoribus?*] [1] absentes a quibuscumque deffendi, et etiam excusari, et debet admitti procurator pro reo, in causis pecuniariis, qui vult deffendere reum, etiam sine mandato sufficienti, prestita cautione de judicato solvendo; et debent admitti quincte [*sic*, cuncte?] persone secundum quod dicit lex *ff. eodem* [2]; sed hec persone sine mandato, dum tamen caveant dominum rem ratam habituri (*sic*). Supra dictum est quid sit procurator, et in diffinitione continetur : procurator est qui mandato domini [ad]ministrat aliena negotia, ad differentiam tutorum, et curatorum, collegiorum in [*sic*, et?] prelatorum ecclesiarum. Isti predicti non possunt constituere procuratorem, sed syndicum, vel actorem, ut *ff. eodem, l. nec civita*[*ti*]*s* [3]; et *C. eodem, l. neque* [4]. Si autem tutor, vel curator, vel prelator (*sic*) suo nomine conveniatur, per procuratorem agere possunt, et deffendi, ut *Autentica, de sanctissimis episcopis*, §. *si quando* [5]. Hodie, secundum canones, ista differentia non habet locum, quum omnis in Canone, sive fuit actor, sive syndicus, procuratores vocantur. Procurator autem constitutus ad negotia, et etiam servus, alium potest constituere procuratorem; secus est in eo qui constitutus est ad causam, vel ad causas; quia tunc demum, et non ante litem constestatam (*sic*) per quam factus est dominus litis, potest constituere procuratorem, ut *ff. eodem, quoque* (sic), et *ff. mandati, l. si procuratorem*, §. *si quis* [6]..... Gratuito debet constitui procurator, quia si mercedem acceperit, tunc dicetur locator operum suarum. Item dicit lex *C., de sacramentis sanctis* [sic, *sacrosanctis?*] *ecclesiis* [7] quod yconomus dicitur, et est, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur auctoritate episcopi. Constituitur autem procurator et presens, et absens, in judiciis, et extra, et pure, et sub conditione, et ad omnia negotia, vel ad unum, et ad plures causas, vel ad unam, et ad plures dies, vel ad unam

[1] *Digest.*, lib. III, tit. III, l. 33, §. 2.
[2] *Ibid.*, l. 35.
[3] *Ibid.*, l. 74.
[4] *Cod.*, lib. II, tit. XIII, l. II.
[5] *Auth.*, coll. IX, tit. VI, nov. CXXIII, c. 27.
[6] *Digest.*, lib. XVII, tit. I, l. 8, §. 3.
[7] *Cod.*, lib. I, tit. II.

diem, secundum voluntatem constituentis, et secundum formam mandati a domino procuratori concesso. Contrahitur autem mandatum per hoc verbum : Rogo, sive Mando, vel per equipollentia verba, ut *ff. mandati, l.* 1 [1]; et debet esse certum, et declaratum, et oportet quod procurator consentiat, et mandatum suscipiat, presens, vel absens; ut *ff. eodem, l.* 1, §. *ult.*, et *l.* 2 *et* 3 [2]. Item si constituatur unus procurator, vel plures postea procuratores, (*sic*) scilicet posterior procurator non aufert potestatem prioris, nisi dominus mandatum sibi datum specialiter revocaverit ante litem contestatam, ut *ff. eodem, l. pluribus* [3]. Item si plures constitua[n]tur procuratores, non hoc objecto, in solidum, dicendum est quod pro parte quilibet cum alio possit et debeat exequi procurationem, licet in tutoribus aliud possit dici; ut *ff. de negociis, l. cum alicui* [4]; et *de administratione tutorum,* §. *ult.* [5]. Constituuntur autem procuratores simul, et in eodem tempore; similiter in diversis temporibus; posteriorem autem dando, priorem videtur prohibuisse, ut *ff. eodem, l. si quis,* §. *ult.* [6]. Constituit autem procuratorem paterfamilias, homo liber, major xxv annis, compos mentis, dominus rei vel cause (?); sed filiusfamilias quandoque constituit procuratorem, ut si habet castranse peculium, vel quasi, vel etiam si habet adventicium paternum, ut *ff. eodem, si filius* [sic, *filiusfamilias?*] [7], et *de judiciis, l. si lo*[*n*]*gius* [8], et *de injuriis, sed si un*[*i*]*us,* §. *filio* [9]. Servus autem non potest constituere procuratorem, nisi causa status ei moveatur, scilicet quod ab aliquo petatur in servitutem, cum ipse sit in possessione, vel quasi, libertatis; tunc enim potest constituere procuratorem in causa que sibi movetur, quia pro libero debet haberi, donec contra eum servitus probetur; ut *ff. eodem, l. servum* [10]. Minor autem xxv annis, cum auctoritate tutoris, vel curatoris, constituit procuratorem; sed tutor, vel curator, non, ut dictum est. Si autem minor constituit sine tutore procuratorem, et pro eo feratur sententia, tenet; ut *C. eodem, l. nemo*

[1] *Digest.*, lib. xvii, tit. i.
[2] *Ibid.*, lib. iii, tit. iii.
[3] *Ibid.*, l. 32.
[4] *Ibid.*, lib. iii, tit. v.
[5] *Ibid.*, lib. xxvi, tit. vii, l. 61.
[6] *Digest.*, lib. iii, tit. iii, l. 31, §. 2.
[7] *Ibid.*, lib. iii, tit. iii, l. 8.
[8] *Ibid.*, lib. v, tit. i, l. 18.
[9] *Ibid.*, lib. xlvii, tit. x, l. 17.
[10] *Ibid.*, lib. iii, tit. iii, l. 33.

Digitized by Google

[sic, *non eo?*] [1]. Constituent tamen tutores actorem, vel implorabunt constitui judiciali auctoritate, quotiens diffusa sunt negotia, vel dignitates, vel etas, vel valitudo tutoris id postulet, ut *C. eodem, l. neque* [2].... Compos mentis constituit procuratorem, etiam si sit surdus, vel mutus, ut *ff. eodem, l. mutus* [3].... Quilibet autem potest constituere procuratorem, nisi prohibeatur a jure, ut *ff. eodem, l. mutus* [4], vel ratione persone, vel cause. Si autem dominus justus et fidelis fuerit, procurator autem nunquam [*sic*, nequam?] et perfidus, non agetur causa per talem procuratorem, ut *ff. eodem, l. si actor* [5]; quia jura juris fraudulando [*sic*, fraudulosos?] et dolosos puniunt, et detestantur. Constituitur autem procurator paterfamilias, et filiusfamilias, ut *ff. eodem, l. filius* §. *ipse quoque* [6]. Item major xxv, et non minor, ut *ff. eodem, l. si minor* [7], nisi, quando minor lite contestata contra absentem constituitur ad ejus deffensionem, vel ipse minor sponte sui intervenit, nam cert[i]us est talem differentiam admittere, quam absentem gravi condempnatione afficere, ut *C. eodem, l. exigendi* [8]. Item enim constituitur compos mentis, non furiosus, loquens, vel audiens, non surdus, non mutus, ut *ff. eodem, l.* 2, §. *furiosus*, et *l. mutus*, in rubrica [9]. Item is qui est de crimine accusatus, pendente accusatione, non constituitur procurator, nec ad novos aspirat honores, ut *C. eodem, l. merus* [sic, *reum?*] [10]; multo magis est non constituendus qui jam est de crimine condempnatus, ut si amiserit civitatem, vel libertatem; infamis enim persona, procuratorem constituere non potest. Item constituitur masculus, non femina, nisi pro parentibus, si morbus, vel etas impedit eos, nec alium invenire possunt, in hoc casu potest femina constitui procuratrix; item pro libertate suorum cognatorum recipitur, et pro deffensione dampnati ad supplicium. Item milites non possunt esse procuratores, etiam volente adversario; si tamen hoc [*sic*, hec?] except[i]o opposita non fuerit a principio, postea non habebit locum.... Procurator actoris cavere debet rem ratam dominum

[1] *Cod.*, lib. II, tit. XIII, l. 14.
[2] *Ibid.*, l. 11.
[3] *Digest.*, lib. III, tit. III, l. 43.
[4] *Ibid.*
[5] *Ibid.*, l. 29.
[6] *Digest.*, l. 8 (?).
[7] *Ibid.*, l. 51 (?).
[8] *Cod.*, lib. II, tit. XIII, l. 12.
[9] *Digest.*, lib. III, tit. III, l. 2, §. 1, et l. 43.
[10] *Cod.*, lib. II, tit. XIII, l. 6.

Digitized by Google

habiturum. Procurator rei cavere debet judicatum solvi appellatione cauptionis invida... Legatur *ff. de privatis delictis* [1]. Item *de publicis judiciis* [2]; item *de extraordinariis criminibus* [3]. Dicitur autem privatum delictum super quo passus injuriam injurientem potest convenire, vel accusare. Dicantur autem publica judicia, vel crimina, ad quorum accusationem non tantummodo illi quorum interest, sed omnes indifferenter admittuntur. Dicuntur autem extraordinaria crimina, quorum pena non est in jure contenta, nec statuta, sed in certis casibus delinquentes, extra ordinem, secundum arbitrium judicantis, puniuntur. Dixit *lex prima, de privatis delictis*, quod heredes, vel successores, ex persona defuncti non tenentur etiam actione furti, nec aliqua alia actione penali possunt conveniri; sed ponamus quod possideant rem furtivam ex parte defuncti, tenentur actione ad exhibendum, et rem exhibere, et poterit ab eis vendicari. Idem est si dolo desierint possidere, quia dolus pro possessione habetur, et fraus et dolus nemini (*?*) debet patrocinari. Item heredes furti possunt agere, et adversus eos conditio furtivo [*sic*, furti non*?*] competit ad rei furtive repeticionem; ipsi autem possunt agere actione legis Apulie, pro dampno dato, sive facto, defuncto.... Heredes autem nullis actionibus ex delictis, sive maleficiis, descendentibus ratione successionis, vel hereditatis eis delate, tenentur; nec in aliquo, tanquam heredes, puniuntur. Supra dictum est de accusationibus, et qui possit constituere procuratorem, et qui possit constitui procurator, et in quibus casibus, et quibus modis, et ex quibus causis irrogatur infamia; sed in fine sciendum est, quod omnes persone supradicte que notantur infamia, vel ipso facto, vel per sententiam, vel ex genere penarum, ab accusationibus, a testimoniis, a judiciis, ab arbitriis, a postulando, et ab aliis actibus legitimis, repelluntur, et removentur a jure.

[XXXII.] De nativitate B. Virginis [4].

. . . . . .

[1] *Digest.*, lib. XLVII, tit. I.
[2] *Ibid*, lib. XLVIII, tit. I.
[3] *Ibid.*, lib. XLVII, tit. XI.

[4] Sous ce titre se trouve intercalé ici, sans doute par la méprise du copiste, un des sermons de l'auteur.

[XXXIII.] De natura et conditione mulierum.

Lex quedam *ff. de statu hominum* [1] dicit, cum aliis suis concordantiis, quod in multis juris articulis deterior est conditio feminarum quam masculorum. Videamus ergo diligenter in quibus casibus lex predicta locum habeat, et quando conditio feminarum sit deterior quam masculorum. Certum est quod maritus caput est uxoris, et esse debet subjecta viro, et secundum quod dicit lex *Co. de procuratoribus* [2] et alibi legitur, mulieres debent deffendi a maritis suis, sed non e contra, quia mulieres sunt in potestate maritorum suorum, et administrationem habent mariti bonorum communium, et, secundum quod dicit lex, socii sunt divine domus et humane, et promiscue inter eos bonis communibus utuntur, et sustentantur. Mulieres enim judices esse non possunt, secundum quod dicit lex *ff. de judiciis, l. cum preter* [sic, *pretor?*] [3], unde [*sic*, ubi?] cum uni ex pluribus judicibus prohibet judicare, per consequens aliis potestatem judicandi concessisse videtur. Item in eadem lege continetur, quod quidem [*sic*, quidam?] prohibentur esse judices a natura, ut mutus, surdus, perpetuo furiosus, et impubes quia judicio caret. Item quidam prohibentur a lege, ut illi qui remoti sunt a senatu causa turpitudinis et ignominie, et tales notantur infamia. Item mulieres ne sint judices moribus prohibetur. Item arbitrium non possunt in se suscipere, secundum quod dicit lex *Co. de* [*receptis*] *arbitris, l. femine* [sic, *sancimus?*] [4]. Item non admittuntur ad postulandum, secundum quod dicit lex *ff. de postulando, l.* 1 [5], §. *sexum*. Quid autem sit postulare, dicit lex in *eodem titulo*. Est autem postulare desiderium suum, vel amici sui, apud eum qui jurisdictioni preest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. Fuit autem causa quia mulieres removentur a postulando, quia Cafarnea, (*sic*) quedam mulier improbissima, se cetibus hominum ingerebat inverecunde, et judicia, et causas, et controversias coram pretore frequentabat. Pretor autem videns quod erat contra bonos mores, et con-

[1] *Digest.*, lib. I, tit. V.
[2] *Cod.*, lib. II, tit. XIII.
[3] *Digest.*, lib. I, tit. V, l. 12.
[4] *Cod.*, lib. II, tit. LVI, l. 6.
[5] *Digest.*, lib. III, tit. I.

tra muliebris sexus verecundiam, generaliter edicit, et statuit, quod mulieres ad postulandum de cetero non admitterentur. Item mulieres de jure non admittuntur ad accusationes criminum, nisi suam, vel suorum, injuriam prosequantur, vel in exceptis criminibus et majoribus, ad quorum accusationes omnes infames, et meretrices, et servi admittuntur indistincte, ut *ff. de accusationibus, l. prima* [1], et in legibus sequentibus. Item dicit lex ibidem, quod qui accusare possunt intelligemus, si scierimus qui non possunt. Itaque prohibentur accusare alii propter sexum, vel etatem, ut mulier et pupillus; alii propter sacramentum, ut qui stipendium merentur; alii propter delictum proprium, ut infames; alii propter turpem questum, ut qui duo judicia adversus duos reos scripta habent..... Excepta crimina sunt, et majora, crimen lese majestatis, expugnate patrie, perduellionis, crimen hereseos, simonie, et alia quidam (*sic*) crimina, ad quorum accusationem, propter enormitatem et immanitatem eorum, omnes, ut supradictum est, indifferenter admittuntur. Item dictum est supra, quod mulieres non possunt in se suscipere arbitrium, secundum quod legitur *Co. de* [*receptis*] *arbitris, lege ult.* [2], que sic incipit : « Sencimus mulieres sue pudicicie « memores, et operum que eis natura permisit, et a quibus jussit absti- « nere, licet summe atque optime opinionis constitute, si arbitrium « in se susceperint, vel fuerint patrone, et[iamsi] inter libertos suam « interposuerint audientiam, ab omni judiciali agmine separari, ut ex « earum electione nulla pena, nulla pa[c]ti exceptio, adversus justos « earum contemptores habeant [*sic*, habeatur ?]. » Item mulieres non possunt esse testes in testamentis, secundum quod legitur *Institut. de testamentis ordinandis*, §. *testes* [3], in quo legitur, quod hii possunt adhiberi testes, cum quibus est factio testamenti ; sed neque mulier, neque impubes, neque surdus, neque servus, neque mutus, neque furiosus, nec cui bonis interdictum est, ut his [*sic*, et hic?] quem leges jubent vel improbum, intestabilemque esse, possunt in numero testium adhiberi. Item vere potest dici, quod testimonium mulieris sive sit in contractibus, sive sit in maleficiis, sive in alio quocumque casu, in

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. II.
[2] *Cod.*, lib. II, tit. XVI, l. 6.
[3] *Instit.*, lib. II, tit. X, §. 6.

Digitized by Google

testimonio viri [*sic*, viro?] nonquam preferatur, dum tamen vir sit bone conversationis, et honeste, et talis cui fides debeat adhiberi, quia sunt instabiles, et de facili pervertuntur, et convertuntur ad malum. *Versus* :

In testamentis nunquam sit femina testis.

Item mulieres in judiciis, nec possunt pro alio agere, nec alium defendere, nec officium sive vices procuratoris gerere, secundum quod legitur *C. de procuratoribus, l. alienam* [1], ubi dicitur quod alienam suscipere defensionem virile est officium, et ultra sexum muliebrem esse constat; filio itaque tuo [si] pupillus es, tutorem pete. Item mulieres sunt deterioris conditionis quam masculi in tabularum deponere [*sic*, depositione?], quia non debent apud eas deponi, secundum quod legitur *ff. de fide instrumentorum, l.* [*si*] *de tabulis* [2]; et hec est ratio quia minor fides mulieribus quam masculis adhibetur. Item deterioris sunt conditionis quam masculi in intercessione, quia prohibentur pro aliis fidejubere, secundum quod legitur *ff. n* [sic, *C.?*] *senatus consulto Velleiano* [3], nisi in certis casibus, scilicet pro libertate, pro dote, et si renuntiaveri[n]t Velleiano. Item si precium accipiat, ut fidejubeat animo decipiendi aliquem. Item si primo fidejusserit et secundo. Item deterior est conditio mulieris quam masculi in susceptione tutele, quia tutores dari non possunt, secundum quod legitur *ff. de tutelis, l. ultima* [4], ubi dicitur, femine tutores dari non possunt, quia id munus masculorum est, nisi a principe filiorum tutelam specialiter impetrent. Item dicit alia lex, eodem titulo, quod tutela plerumque virile officium est. Item deterior est conditio mulierum quam masculorum, quia neminem adoptare possunt, secundum quod legitur in *Institut. de adoptionibus, l. non solum*, §. *femine* [5], ubi dicitur femine quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in potestate sua habent, sed ex indulgentia principis ad solatium liberorum amissorum, adoptare possunt. Item deterioris conditionis sunt mulieres quam masculi, quantum ad dolorem quem sustinent, et paciuntur in partu. Dominus

[1] *Cod.*, lib. II, tit. XIII, l. 18.
[2] *Digest.*, lib. XXII, tit. IV.
[3] *Cod.*, lib. IV, tit. XXIX.
[4] *Digest.*, lib. XXVI, tit. I.
[5] *Instit.*, lib. I, tit. XI, §. 10.

ogle

enim maledicit mulieri, sicut legitur in Genesi, dicens : « Multiplicabo « tibi erumpnas, et conceptus tuos, et in dolore pariet (*sic*) filios « tuos. » Non enim est dolor similis dolori mulieris parturientis. Unde dicit Dominus in Ewangelio : « Mulier cum parit tristiciam habet, « quia venit hora ejus; cum autem pepererit puerum, non meminit « pressure ejus, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. » Item legitur quod Rachel, pre nimio dolore pariendi, defecit in puerperio. Item dicit Psalmista : « Ibi dolores ut parturientis, in spiritu « vehementis conteres naves Tharsis. » Item mulieres sua frequenter violant matrimonia, et adulterantur, quod est maximum peccatum, et maximum delictum quod multum Deo displicet, et hominibus debet displicere; quia mulieres quandoque concipiunt, et liberos pariunt, constante matrimonio, non ex maritis suis, sed ex alieno cohitu illicito; et ex hoc sequitur quod liberi spurii, et non legitimi, taliter nati, legitimis heredibus suam auferunt hereditatem et successionem, quia liberi qui, constante matrimonio, nascuntur, ex marito procreati et geniti presumuntur, et creduntur; et propter hoc, et alias multiplices causas, jus divinum et positivum adulteros, et adulteras, et adulteria, mirabiliter detestantur, et persecuntur. Unde dicit lex *C. ad legem Juliam, de adulteriis*[1], quod si maritus inveniat aliquem cum uxore sua, de nocte, in rebus Veneris, solum cum sola, nudum cum nuda, quod interficere potest adulterum et adulteram simul, et incontinenti, uno impetu, uno ictu, una ira assumpta; et si persequatur adulterum fugientem tribus diebus et noctibus, dum tamen ad alios actus non divertat, ipsum videtur incontinenti interfecisse, nec propter hoc aliquam penam meretur, quia nox et justus dolor ipsum excusat, et factum suum relevat. Item dicit alia lex, quod solicitatores ali[en]arum nuptiarum, licet suo desiderio potiti non fuerint, nec suum malum propositum ad effectum perduxerint, nichilominus tamen extraordinarie puniendi sunt. Item dicit lex *C. de episcopis et clericis*[2], quod non tantummodo raptores virginum, sed etiam illi qui voluerint et attemptaverint ipsas rapere, licet eas non rapuérint, tamen pro voluntate quam habuerunt puniuntur in jure. Lex autem sic incipit : « Si quis

[1] *Cod.*, lib. IX, tit. XX. Vid. *Digest.*, lib. XLVIII, tit. V, l. 23, §. 4.

[2] *Cod.*, lib. I, tit. III.

Digitized by Google

« non dicam rapere, sed etiam attemptare. » Item Lucifer cogitavit in corde suo quod poneret sedem suam ad Aquilonem, et esset similis Altissimo; unde in istis tribus casibus predictis, voluntates delinquere volentium ex proposito puniuntur, quod est contra legem *ff. de penis*[1], que dicit quod cogitationis penam nemo meretur. Sed solutionem et contrarietatem istarum legum superius, in titulo *de hiis qui ad accusationem criminum admittuntur*, eum diligenter prosecutus, et propter hoc hic non prosequor. Item in Veteri Testamento mulier in adulterio deprehensa lapidabatur; unde legitur in Ewangelio, quod quidam Judei dicebant Domino, cum esset in mundo, quod quedam mulier erat deprehensa in adulterio, [etc....] Item mulieres publice sunt meretrices, et in locis publicis et communibus constitute, se passim, et indifferenter, et sine delectu, turpiter et inverecunde, omnibus venales se exponunt. De tali publica meretrice dicit lex *ff. de ritu nuptiarum*[2], quod non est sub lege, quia vilitas vite sue indignam fecit eam legis observatione. Item, in *eodem titulo*, dicit alia lex de tali meretrice, quod non est ignoscendum ei, qui obtentu paupertatis turpissimam vitam egit.

[XXXIV.] De clericis, et regularibus, qui debent vitare consortia mulierum.

Ut clerici vitent consortia mulierum cavetur in Canone, LX[X]XI *dist.*, a fine *cap. archidiaconum tuum*, et *cap. quidam clerici*, et *c. feminas etiam* [sic, *non?*] *alias in domo Dei*, et *c. clerici, vel continentes, ad viduas, vel virgines, nisi ex jussu episcoporum vel presbiterorum non accedant*[3]; item *cap. ad reatum episcopi pertinet*[4]. Item quod monachi debent vitare consortia mulierum, cavetur et[iam?] VIII [*sic*, XVIII?], *q.* I [*sic*, II?], in rubro et in nigro[5], neque commatres sibi facere; unde cavetur in Canone, quod monachi cum monialibus habitare non licet, secundum quod ibidem cavetur *c. diffinimus*, et *cap. in nullo loco*, et *cap. monasteria puellarum*[6]; et ne commatres

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. XIX.
[2] *Digest.*, lib. XXIII, tit. II.
[3] *Decret.*, par. I, dist. LXXXI, c. 29, 30, 31, 32.
[4] *Decret.*, c. 33.
[5] *Ibid.*, par. II, caus. XVIII, q. II.
[6] *Ibid.*, c. 21, 22, 23.

fieriut monachorum, et ad eas accedere inhibitum est *Infra, eodem, c. pervenit* [1]. Item prohibentur clericis consortia mulierum *Extra., de vita et honestate clericorum, c.* 1[2], et *Infra, eodem titulo,* in multis decretalibus sororibus. Item Salomon in Parabolis, cap. v, a fine capituli, et VI circa principium, docet filium suum vitare consortia mulierum, ubi dicit : « Fili mi, attende sapientiam meam, et prudentie mee « inclina aurem tuam, ut custodias cogitationes, et disciplinam labia « tua conservent, ne intenderis fallatie mulieris; favus enim distillans « labia meretricis, et nitidius oleo guttur; novissima autem illius « amara quasi assintium, [etc. [3].....] »

Item de conditione, vel prima creatione mulieris in statu innocentie, legitur *Gen.* II : « Edificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam, etc. » Nota, non multum minoris conditionis fuit mulier viro, quia non facta sunt (*sic*) de capite, ne videretur domina, nec de pede, ne nimis videretur subjecta; sed de costa, ut videretur socia. Sed quoniam mediate adeo fuit debilior, et primo peccavit....., *c. Ecclesiastici* XLII (*sic*) : « Melior est iniquitas viri, quam mulier bene- « faciens. »

De secunda conditione mulieris, quoad propagationem, in duplo est deterioris conditionis viro, que [*sic,* quod?] probatur *Levit.* XII : « Mulier si suscepto semine, etc. » Ibi dicitur : « Pariens masculum « inmunda erit VII diebus; pariens feminam inmunda erit XIIII^cim^ die- « bus; pro masculo purificabitur XXXIII diebus, pro femina..... in « duplo. »

De statu naturali mulieris, dicitur *Levit.* XV : « Mulier que redeunte « mense patitur fluxum sanguinis, etc. » Ibi satis de ista materia.

De statu voluntario, est mulier bona et mala. De bona dicitur *Eccles.* XXXV : « Qui possidet mulierem, bonam inchoat possessionem. » Et paulo ante dicitur : « Et est filia melior filio. » Item est mulier sapiens de [qua] dicitur, *Proverb.* XIIII : « Sapiens mulier edificat domum « suam. » Item *Eccles.* XXVI, mulieris bone beatus vir; » et paulo infra : « Pars bona mulier bona; » et infra : « Gratia mulieris sedule de- « lectat virum suum; » et paulo post : « Gratia super gratiam mulier

[1] *Decret.*, c. 20.
[2] *Decretal.*, lib. III, tit. I.
[3] Ici se trouvent en entier les chap. V, VI, VII, et en partie le chap. VIII des *Proverbes*.

« sancta et pudorata..... » Et *Proverb.* xxxi : « Mulierem fortem quis « inveniet, etc. » Ibi describitur mulier fortis, et bona, fere per totum capitulum. Singulares persone bone, et magis famose, Veteris Testamenti : Maria soror Aaron; *Exod.* xv : « Sumpsit ergo Maria prophe« tissa, etc.; » secunda fuit Johel, *Judic.* iiii; fuit tercia Ruth, *Rhuth* ii; quarta Anna mater Samuelis, I° *Reg.*, i° *c. d.;* quinta fuit Judith, que Holofernem interfecit, *Judith* xiii; sexta fuit Hester, que populum Domini a morte liberavit, et Amen (*sic*) suspendi fecit, *Hester* vii, *g. et* viii; septima Abigal uxor Nabat I° *Reg.* xxv.

De mala muliere dicitur *Eccles.* xxv, *f. g.* « Brevis omnis malicia « super maliciam mulieris; » et paulo ante dicitur : « Non est caput ne« quius super caput colubri, et non est ira super iram mulieris; » et paulo infra de hoc item xxvi *c.* : « Fornicatio mulieris in extollentia « oculorum, et a palpebris ejus, cognoscetur; » et *Proverb.* vi *f.* dicitur : « Precium scorti vix est unius panis; » et *Ecclesiast.* ix *c.* : « Mulier fornicaria quasi stercus in via conculcabitur..... » et satis ibi de hoc. Item, *eodem* xxi *d.* : « Melius est habitare in terra deserta, « quam cum muliere litigiosa. » Item *eodem* xix *d.* : « Tecta jugiter « pestilentia, litigiosa mulier. » Item *Ecclesiastes* vii *g.* : « Inveni « amariorem mortem muliere..... » Item *Eccles.* : « Virum et mulieres « apos[ta]tare faciunt, et sapientes. » *Sap.* iii : « Mulieres eorum, id « est impiorum de quibus paulo ante loquitur, insensate sunt, et « nequissimi filii eorum. »

Qualiter se debet habere mulier ad virum suum, *Eccles.* xxv : « Mu« lier si primatum teneat, vel habeat, contraria est suo viro. » Item ad *Rom.* vii : « Namque sub viro est mulier, etc. » Item juxta *Pet.* iii : « Mulieres subdite sint viris suis, etc.; » et paulo post : « Sancte mu« lieres sperantes in Deo; » et item..... ad *Cor.* vii : « Propter fornica« tionem autem, unusquisque suam uxorem habeat. » Ibi fere per totum capitulum describitur modus cohabitationis viri ad mulierem, et mulieris ad virum. Item in *eodem* xi : « Caput mulieris vir. » Item in *eodem* xiiii, *f. g.* : « Mulieres in ecclesiis taceant, etc..... »

De muliere adultera habes *Prov.* xxx. « Talis est via mulieris adul« tere, quod comedit, et tergens os suum dicit non sum operata « malum. » Item *Ezech.* xvi, *q. d.* « quasi mulier adultera, etc. »

De muliere delicata dicitur *Deuter.* XXVIII : « Fuit tenera mulier et « delicata, que super terram ingredi non valebat, etc. »

Item de muliere derelicta, dicitur *Ysa.* LIIII. *c.* : « Quia ut mulierem « derelictam, et merentem spiritu vocavit te Dominus. »

Item de muliere menstruosa, *Levit.* XX : « Qui erit cum muliere in « fluxum, etc. » Satis ibi de hoc.

De muliere multivola, dicitur *Eccles.* IX : « Ne respicias mulierem « multivolam. » Ibidem de saltatrice. Item *Ezech.* XXIII : « Ingressi « sunt ad eam quasi ad mulierem meretricem, etc. »

De muliere nequam, dicitur *Eccles.* XLII : « Super mulierem nequam « bonum est signum, etc. »

De muliere fatua, *Proverb.* XI : « Fecit circulus aureus in naribus « suis mulier pulchra et fatua, etc. »

Qui bene consideraret, et diligenter intueretur fetorem, et immundiciam, et incommoda plurima luxurie, nonquam consortia mulierum affectaret, sed earum frequentiam, et noticiam, et societatem, modis omnibus evitaret. Item ea que dicuntur et leguntur de natura et conditione mulierum non tantum habeamus a sacris Scripturis, sed a philosophis et poetis, et satyris, et gentilibus, qui ante nativitatem et adventum Jhesu Christi multa predixerunt de statu et natura et conditione mulierum; secundum quod ex verbis, et ex versibus eorum sequentibus, evidenter apparet. Unde dicit Juvenalis :

Semper habet lites alternaque jurgia lectus
In quo sponsa jacet. . . . . .

Idem :

Nulla fere causa est in qua non femina litem
Moverit. . . . . .

Versus magistrales :

Femina fax Sathane, fetens rosa, dulce venenum,
Balsama sero serens, mane venena ferens,
Urit in affectu, velut anxia vexat in actu;
Inficit et fetet, quando patratur opus.
Semper prona rei que prohibetur ei;
Mobilis est mentis mulier cito flexa ferentis (*sic*)
Est blandimentis; quia par est femina ventis.

Ovidius :

Spectatum veniunt, veniunt spectentur et [*sic*, ut?] ipse,
Et nichil est quod se dedecuisse putant.

Juvenal :

Prodiga non sentit pereuntem femina sensum.

Idem :

Intolerabilius nichil est quam femina dives.

Idem Geta :

Morte viri cupiunt animam servare catelle.
Femina vult sudare suos, didicitque jubere ;
Pena tenet famulos, innovat illa cutem.....

Ovidius :

Decipimur cultu ; gemmis, auroque teguntur
Omnia ; pars minima est ipsa puella sui.....

Ovidius, in Arte :

Forte erat in thalamo virgo regalis, etc.....

Item :

Viribus illa quidem vita [*sic*, victa?] est, si credere oportet ;
Sed voluit vinci viribus illa tamen.
Pulcrius esse putant vi perdere virginitatem
Dicere quam de me fac modo velle tuum.....

Marcial :

Milo dominum [*sic*, domi non] est ; pro egre [*sic*, peregre] Milone profecto
Arva vacant ; uxor non minus inde parit.
Cur sit ager sterilis? Cur uxor fertilis? Edem [*sic*, Edam].
Milo quo fodiat [*sic*. Quo fodiatur ager?] non habet, uxor habet.

Et alibi :

Femina corpus, opes, animam, vim, lumina, vocem
Destruit, adnichilat, necat, eripit, orbat, acerbat.

Item Juvenal [*sic*, Horatius] :

Non missura cutem ut [*sic*, nisi?] plena cruoris yrudo ;

Digitized by Google

id est sicut vrudo totum sanguinem exhaurit a membro in quo ponitur, donec plena sit, et inflata; sic mulier hominem sibi familiarem bonis omnibus pro posse suo spoliat, et eum reddit pauperem et me[n]dicum. Item,

Et lassata viris nunquam saciata recessit.

Unde Salomon ad idem dicit : « Quod tria sunt insaciabilia, cor hominis, infernus, et os vulve. » Item legitur quod vinum et mulieres faciunt apostatare sapientes. Item in *Osee* : « Fornicatio, vinum et « ebrietas, auferunt cor. » Item Ovidius :

..... Casta est quam nemo rogavit.

Item dicit lex quod momentanee sunt voluntates mulierum, et frequenter laborant contra propriam utilitatem. Item mulieres naturaliter plene sunt avaricia; unde dicit lex, quod avarissimum est genus mulierum..... Item legitur de innocentibus : « Hii sunt qui cum mu- « lieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, et secuntur « agnum quocumque ierit. » *Versus* :

Instabiles, fragiles, fallaces, corpore vires [*sic*, viles?]
Absque fide, multe mulieres, undique stulte,
Vivunt per mundum, quem nolunt vivere mundum.
Femina multorum fuit, ac est, causa malorum;
Multos decepit, et ab Eve tempore cepit,
Cujus Adam verbis, pomum dum sumpsit, adhesit,
Humanumque genus enormiter undique lesit.
Hoc vicium viget, et viguit, semperque vigebit;
Imperium mulier habet in fatuos, et habebit,
Indeque proveniunt mala plurima, sepeque fiunt.

Propter amorem et deceptionem mulierum proveniunt rixe, nascuntur invidie, rancores, et homicidia, proceditur ad verba turpia, post hec ad verbera, frequenter ad prelia, et ad homicidia, item et ad spolia; quia fatui homines luxuriose vivendo substantiam suam omnem devorant, et consumunt, eam fatuis mulieribus, sicut legitur de filio prodigo, largiendo, seipsos bonis omnibus spoliando. Legitur

enim quod Elena quam Poras (*sic*) rapuit, fuit occasio destructionis trojane civitatis, que, sicut legitur de Ninive, magna erat itinere trium dierum. Hec erat maxime nobilitatis et fame et nominis, et in ea vigebat maxima milicia, a qua venerunt et originem habuerunt Romulus qui civitatem remensem fundavit [1], et creavit, et Anthenor qui paduanam civitatem condidit, et in ea corpus et reliquie sue sepeliuntur; unde quidam versus in suo monumento continetur qui sic incipit :

Hic jacet Anthenor, paduane conditor urbis;

et quasi infiniti milites, in armis strenui, nobiles, et potentes, a Troya venerunt, et per universum orbem dispersi fuerunt. Item, sicut supradictum est Eva decepit Adam. Item Salomon propter amorem et deceptionem mulierum, cui Dominus perfectam dederat sapientiam, apos[ta]tavit, et a Deo recessit, et ydola tanquam fatuus ado-

[1] Drogon fait encore allusion à l'origine troyenne de la ville de Reims, dans une pièce de vers qui se trouve ms. H, 645-649, fol. 25, et que nous donnerons ici parce qu'elle contient, sur les habitudes de notre cité, des données un peu plus certaines que celles qui concernent son origine :

De usuris et usurariis remensibus.

Romulus et Remus, in scriptis sicut habemus,
Edificaverunt Romam, Remis, atque fuerunt
Fratres, Trojani, gentiles, atque prophani.
Ex ipsis nomen urbe utraque sumpsit, et omen.
Communis patria Remis est, et Roma secunda,
Que nimiis viget in vitiis, in sis oriunda.
Sunt ibi raptores, predones, deteriores
Quam sint viventes alibi; bonitate carentes,
Numquam divinis, sed usuris atque rapinis
Nocte, dieque, vacant, iram Domini neque placant,
Non intendentes Domino, nec eum metuentes.
(Pirisiis, veneri (?), sunt expositi, miserreri
Nec querunt miseri sibi, nec dominum revereri,
Nec veniam querunt; reprobi sunt, atque fuerunt.
Par Remis est Ninive. Jonas ex parte Dei : « Ve
« Tu subverteris, cui dixit, et ut crucieris. »
Tunc Ninive flevit cum rege suo, requievit
A vitiis, et penituit, Domineque rogavit
Devote veniam. Tunc omnipotens revocavit
Iram quam corde conceperat; et sine sorde
Tunc Ninive vixit, et ei Dominus benedixit,
Atque pepercit ei. Sed Remenses Pharisei
A Domino, crescunt in criminibus, requiescunt
In vitiis, stabiles mala cuncta sequendo senescunt,
Semper delinquunt, Dominum sine fine relinquunt
Luciferi more; Domini cessante timore,
Sacrificant Sathane, quasi mentis non bene sane.
Excoriant inopes, humilesque bonis spoliantes
Gothidie vivunt; extremaque non memorantes
Eterne vite sunt immemores. Ninivite
Sic non fecerunt, quia statim penituerunt.
Isti Remenses viventes et morientes
In tenebris Baratri descendunt turpiter atri.
Articulos fidei male servant, ut Pharisei;
Corpora credentes, animasque, velut Sadducei,
Prima morte mori. Sed coucilio meliori
Ex nunc docantur, ne sic miseri moriantur.
Regna[o]t ubique Remis, et in omnibus, absque timore,
Quamvis divino multo reprobentur ab ore,
Et omni jure solvi prohibentur, usure
Rogatet; Remenses tamen illas accipientes
Solvere nolentes compellunt, convenientes,
Nec peccare putant tantum facinus facientes.
Quorum prelati, quod agant mala tot patientes,
Ipsos peccantes in nullo (*sic*) corripientes,
Cum Sathana vivunt, mala multa futura merentes;
Prelati tales, in nullo spirituales,
Omnibus exosi fore debent, ac onerosi
Omnibus apparent, et bonitate carent .....

ravit. Item David qui fuit eximius prophetarum, Uriam prepositum et ministrum suum, propter uxorem suam, fecit interfici; unde genuit Salomonem ex ea que fuit Urie. Item Johannes Baptista arguebat Herodem et Herodiadem de crimine incestus, et adulterii, propter quod Herodias ab Herode fecit eum decollari. Item Daulida (*sic*) decepit Sansonem qui fortissimus erat super omnes, quia per adulationem et sua falsa blandimenta revelavit ei Sanson quod vires sue maxime a Deo sibi date, in capillis suis consistebant, et ipse obdormivit per deceptionem et fallatiam Daulide in gremio suo, et Sansoni dormienti capillos rasit, et abstulit, et per consequens Sansonem fortitudine sua privavit ac spoliavit..... Item Gezabel uxor Achas regis persuasit marito suo quod faceret interfici Naboth..... Mulieres volunt super omnes dominari, et exaltari, et superesse, et preesse, nisi eis viriliter resistatur. Sed rex Assuerus qui habebat reginam uxorem nomine Vasthi non pepercit ei, immo contumatiam suam et superbiam punivit..... Unde dicit Dominus : « Injusti punientur, et semen impiorum peribit. » Item : « Existimasti quod eram tui similis; arguam te, et statuam contra « faciem tuam. » Item : « Convertantur peccatores in infernum, et « omnes gentes qui obliviscuntur Deum..... » Item de peccatore legitur in *Apocal.* : « Quantum fuit in deliciis, et glorificavit se, tantum date « ei tormentum et luctum..... » Item jura civilia, et canonica, volunt quod delicta puniantur. Unde dicit lex, quod multis [*sic*, malis?] gressantibus, opus est exemplum (*sic*). Item dicit alia lex, quod expedit reipublice ne maleficia remaneant impunita. Item dicit lex : « Hoc edictum proposuit pretor ut metu unius pene alii [de]terreantur « a delictis. » Item princeps mandat presidi provintie : Non permittas nocentes vivere.

Supra dictum est quod consortia mulierum, et frequentia, et loqua in quibus conversantur et morantur sunt modis omnibus fugienda, quia frequenter multa pericula generant animarum; prohibetur enim clericis, et aliis uxores non habentibus, luxuria, et per consequens omnia illa prohibentur per que ad luxuriam pervenitur; secundum quod dixit lex quedam : « Et si nuptie prohibentur, et per consequens spon« salia, quia per sponsalia pervenitur ad nuptias. » Item dicit alia lex : « Sinendo tibi mansipium ea lege ne prostituatur, non potes ipsum

« prostituere sub specie viri [*sic*, vini?] ministrandi in popina vel in « taberna....; » unde ex istis duabus legibus colligitur evidenter, quod quid consequi directe non potest, nec indirecte. Quamvis autem illa loca prohibeantur generaliter in quibus mulieres possunt videri et videre, tamen illa multiplici ratione prohibentur specialiter, in quibus choree ducuntur; et quia choree sunt occasiones multorum malorum, propter hoc a Sacris Scripturis prohibentur; unde dicit Augustinus quod melius esset in die[bus] dominicis arare, et fodere, quam choreas ducere. Unde legitur in *Exodo* XIII, 2, quod cum appropinquasset Moyses ad castra, vidit vitulum, et choros; iratusque valde projecit de manu tabulas, et confregit eas ad radicem montis; deinde, assumptis secum filiis Levi, interfecit tria milia..... Item de ornatu mulierum, in *Visione Johannis* continetur, quod ornatus mulierum est quedam preparatio ad hoc quod Dyabolus cum eis incedat et Deum in eis impugnet. Unde sicut dicit Propheta de Domino, quod ipse posuit Jherusalem equum glorie sue in prelio, *Zach.* X; sic Dyabolus facit de talibus mulieribus. Sequitur: « Et super capita eorum tanquam « corone similes auro; » hoc pertinet ad ornatum quem habent tales mulieres in capitibus, et insinuatur quod ornatus quos iste mulieres deferunt in capitibus suis, quos acquisierunt a suis amasiis, sint quasi corone pro multiplici triumpho quem habuit per eas Dyabolus de filiis Dei. Sic solent instru[ct]i milites in torneamentis, in capitibus equorum suorum ponere coronas de floribus. Sequitur: « Et facies « earum sicut facies hominum; » sicut facies hominum dicit, et non : Facies hominum, propter mulieres que se depingunt, quarum facies sunt sicut larve sub quibus latent facies naturales quas Dominus eis dedit, que sunt palide; ad quas facies pertinet quod dicit Jero[nimus?] : « Qua fiducia, inquit, erigis ad celos vultus quos conditor non « agnoscit? » Sequitur : « Et habebant capillos, sicut capillos mulierum. » Hoc dicitur propter illas que deferunt crines a mortuis mulieribus abscisos, qui non sunt capilli mulierum, quia mortuarum nec sunt, quia ab eis abscisi sunt, nec earum sunt qui eos deferunt, sicut uve non sunt spinarum, etsi eis alligantur; et mirum est quomodo mulieres non timent deferre capillo[s] mulierum mortuarum, et habere eos de nocte ad caput suum; sed verisimile est quod Dyabolus hanc audatiam procurat

Digitized by Google

eis cujus signum est quod ipse timerent camisiam, vel aliam vestem mulieris mortue; de capillis vero non timent de quibus videtur magis esse timendum. Sequitur : « Et dentes earum, sicut dentes leonum. » Hec pertinent ad rapaucitatem mulierum ad quod pertinet quod legitur *Eccles.* IX : « Ne respicias mulierem multivolam, tot enim volunt « ab amatoribus suis quod mirum est. » Sequitur : « Et habebant lori- « cas, sicut loricas ferreas. » In hoc insinuatur incorrigibilitas earum, sicut enim in lorica non potest una macula separari ab alia, sicut non potest eis persuaderi ut unum de ornamentis suis dimittant, et vox alarum earum sicut vox curruum multorum equorum currentium in bello; sicut exercitus magnus solo tumultu hostes fugat quandoque et devincit, et clamore aves volantes cadere facit, sic exercitus dyabolicus ob reatum solis irrisionibus et clamoribus suis devincit bonos, et qui habebant pennas virtutum a sublimitate vite inchoate cadere facit. Quod dicitur alarum, pertinet ad velocitatem quam habent in discurrendo. Quod dicitur curruum, pertinet ad tumultum quem faciunt. « Et habebant caudas similes scorpionibus, et aculei erant in caudis « earum. » Ad hoc referendum est quod mors eterna est finis voluptatum earum, vel ad hoc quod ad mortem culpe homines pertrahunt. Sequitur : « Et potestas earum nocere hominibus mensibus V. » Hoc potest referri ad hoc quod a Pascha usque ad auptunnum precipue nocent choree ecclesie Christi; sicut enim reges tempore isto solent ad bella procedere ut hostibus suis auferant quod in hyeme labore acquisierunt, sic Dyabolus quam cito est Pascha aggregat exercitus chorearum, et aufert ecclesie quod congregavit in Adventu et XL^a^. Sequitur : « Et habebant regem super se, scilicet angelum Abyssi. » Dyabolus enim regit eas, cui nomen ebraice Abadon, grece autem Appolloon, et latine habens nomen Exterminans... Merito vocatur exterminans Dyabolus temptans homines per mulieres, quia per eas in hoc exilio sumus... Item prohibentur choree cum aliis rationibus supradictis, quia per tactum, et visum, et per colloquium mulierum, et per ornatum fallacem, et per pulchritudinem mulierum, frequenter simulatam et non verum, homines ducentes choreas cum mulieribus, instigante Dyabolo, temptantur, et decipiuntur, et hec omnia sunt incentiva libidinis, et preparatoria ad peccatum luxurie perpetrandum. Item Salomon dicit :

« Mulierem fortem quis inveniet? » Unde Salomon in verbis istis innuit quod pauce mulieres, et Deum timentes, inveniuntur.

Ea autem que supradicta sunt de natura et conditione mulierum sufficiant ad presens. Verumptamen ne mulierum offensam et indignationem incurram, quedam ad excusationem meam propono, quoniam illa que de mulieribus superius recitavi, nec adinveni, nec a me ipso habeo, nec habui, sed in Sacris Scripturis, et in verbis philosophorum, satirorum, et poetarum, et gentilium repperiuntur, et leguntur; quia michi multum placet, et ex toto corde desidero, et omnibus bonis viris et justis placere debet, quod omnis laus et honor et reverentia bonis mulieribus, et honestis, et Deum diligentibus et timentibus ab omnibus in regione qualibet exhibeatur. Nos autem frequentiam et consortia fatuarum mulierum que se rebus Veneris inverecunde exponunt, et inhoneste vivunt, modis omnibus, et omnia peccata mortalia que militant adversus animas fugiamus; quod ille nobis concedere dignetur cujus majestas, et imperium, et potestas, ubique terrarum, super omnes creaturas, dominatur, et per omnia seculorum seculo dominabitur, et regnabit. Amen.

Digitized by Google

[SUMME DE OMNI FACULTATE

PARS SECUNDA.]

(Bibl. de Reims, ms. H, 644-648, fol. 66-86, 111-117 et 206-216.)

[I.] De officio judicis quod loco actionis proponitur.

Explicavimus per Dei gratiam per ordinem arborem actionum, secundum quod dominus Jo. tractavit, per ordinem ponendo naturas omnium actionum, ponens actoris et rei libellos et questiones, vetando [*sic*, notando?] in quibus libelli reprobentur et in quibus debeant approbari. Tractavimus etiam de multis actionibus de quibus dominus Jo., in *arbore actionum*, non fecit aliquam mentionem. Verum quia multa sunt jura que licet non sicut [*sic*, siut?] actiones, sicut est officium judicis, bonorum possessiones, senatus consulta (*sic*), ideo de illis tractavimus, quia fere operantur idem quod operantur alie actiones; post certamina judicii, usque ad finem singulariter prosequimur. Sed licet officium judicis latissimum sit, et ad multa possit extendi, tamen hoc de officio judicis dicimus, quod loco actionis propositum.

Questio. Ecce [*sic*, Queritur?] in primis cum officium judicis sit latissimum, *ff. de jurisdictione* [et] *officio judicis, l.* 1[1], et ad multa extendatur, an sit actio? Dominus M., et sui sequaces, admittunt sic; ex hiis rationibus hec probant.

In primis quia idem operatur officium judicis quod actio; ita enim concipiam li[tem] proponendo officium judicis, et ita etiam consequitur condempnatio in multis casibus..... Item actionis verbo officio [*sic*, officium?] judicis continetur, quia continentur stipulationes dampni infecti, et legatorum, que solo officio judicis interponuntur, et petuntur interpositioni, ut notatur supra in speciali rubrica *de dampno infecto*[2], et *de pretoriis stipulationibus*[3], et *ff. de accusationibus et ob actionis* [sic, *obligationibus?*][4]. Item dicitur *ff. de rei vendica-*

[1] *Digest.*, lib. II, tit. I.
[2] *Ibid.*, lib. XXXIX, tit. II.
[3] *Digest.*, lib. XLVI, tit. V.
[4] *Ibid.*, lib. XLIV, tit. VII.

Digitized by Google

tione, l. 4[a], §. 4 [*sic*, 2?] [1], quod per rei vendicationem directam filii non petuntur, sed aliis actionibus, puta accusatione [*sic*, cognitione] pretoria, id est officium (*sic*) judicis. Item lex dicit, quod si alia actio superest, actio de dolo non datur. *C. de dolo* [2]; *ff. de dolo, l.* 4, §. *idem Pomponius* [3]. Ergo officium judicis est actio.

Cum B., et domino Jo., et domino M., visum est quod officium judicis non sit actio; et in primis probant ex diffinitione actionis, nam actio est jus persequendi in judicio quod michi debetur; *Inst. de actionibus*, §. 4 [4]; quod in officio judicis non est. Item inducitur *ff. de mino*[*ribus*], *l. ult.* (sic), §. [5]. Ex hoc edicto nulla proprie proficiscitur actio, sed totum hoc pendet ex pretoris cognitionibus; et certum est quod minoribus datur restitutio officio judicis; nec obstat ar[gumentum]..... : Opperatur officium judicis quantum et actio; ergo est actio, non sequitur; nam et ratihabitio operatur quantum mandatum, *C. ma*[*ndati?*] *l. ult.* (sic) [6], non tamen est mandatum, quia ex ratihabitione oritur actio negocii, *ff. de negociis gestis, Pomponius* [7]; si negocium ex mandato oritur, mandati actio : *ff. mandati, si procuratorem*, §. *mandati actio* [8]. Item nec obstat quod actionis verbo continetur officii judicis verbum (?) si actio largissime accipiatur; si autem stricte, non est simile; actio ut [*sic*, in ?] rem dicitur actio generaliter; stricte autem non est actio, quia agimus cum eo actione in rem qui nullo jure est nobis obligatus. *Inst., de actionibus*, §. 1 [9], et *ff. de accusationibus et obligationibus...* [10]. Nec obstat eciam quod oponitur de dolo, *ff. et* [sic, *de?*] *dolo l.* 2 [11]; *ff. de mino*[*ribus?*], *vi cause* [sic, *viginti quinque?*] [12] ubi dicitur : Et si alia actio, etc., quia ibi fit simplex relatio; ut : Ibi crucifixus est Jhesus, et alii duo nequam cum eo, ipse tamen non fuit nequam. Et alibi dicitur : Eadem mulier que dampnavit, salvavit; et eadem herba est in meo horto qui [*sic*, que?] est in tuo; et hoc eciam per jura liquet; qui semel accusationem (?) proponit, et aliud ei anni spacium indulgetur, non tamen predictus annus....

[1] *Digest.*, lib. VI, tit. I.
[2] *Cod.*, lib. II, tit. XXXI.
[3] *Digest.*, lib. IV, tit. III, l. I, §. 5.
[4] *Instit.*, lib. IV, tit. VI.
[5] *Digest.*, lib. IV, tit. IV, l. 24.
[6] *Cod.*, lib. IV, tit. XXXV.
[7] *Digest.*, lib. III, tit. V, l. 9.
[8] *Ibid.*, lib. XVII, tit. I, l. 8, §. 6.
[9] *Instit.*, lib. IV, tit. VI.
[10] *Digest.*, lib. XLIV, tit. VII.
[11] *Ibid.*, lib. IV, tit. III.
[12] *Ibid.*, lib. IV, tit. XV.

Digitized by Google

Questio. — Si tu queras quare officium judicis non sit actio? Respondeo quia illud imploro pro singulis causis pro quibus habet locum. Ita dicemus : recurro ad domini refugium, ad ultimum auxilium, ad emendicatum suffragium, et est de potestate judicis denegare michi, vel concedere; ac [*sic*, at?] quando actionem propono, propono auxilium michi competens de persona mea, non aliunde. Unde sive velit, sive non, oportet quod judex, tanquam mercenarius domine sue, actioni me[e] deserviat; *C. de petitione, l.* 4 [1]; *ff. de rei vendicatione, l. officium*, et *l. qui restituere* [2]; *ff. quod metus, metum*, §. *ex hoc edicto* [3]. Item vide absurdum quod sequeretur si officium judicis esset actio, quia jam ipsum sibi serviret, cum officium teneatur servire actioni, ut dictum est. Videamus ergo singulos casus, et collocemus eos sub singulis rubricellis, ubi locum habeat [et?] proponatur inter [*sic*, intentatio?] actionis, ut evidentior pateat intellectus. In primis videamus quo casu intentetur pro alimentis, cum causa alimentorum sit favorabilis; *C. de fideicommissis l.* 1 [4]; *ff. de transactionibus, cum hii* [5]. Item quomodo officium judicis, cum sit sub[si]diacum auxilium, deservit actioni, ut dixi, §. *exprobatur, ff. ma*[*ndati?*], *l.* 1 [6]; *l. denique*, §. 1, *ff. familie herciscunde* [7]; et puto officio judicis de eo quod certo loco ait utique §. *nunc de officio*, et §. *de actione..... de officio judicis* (?). Quare ergo intitulatur rubrica specialis *de officio judicis?* [8] Respondeo quare officium judicis altissimum est, et ideo sapientissimum; non dicitur longissimum, quia vix longuum invenies sapientem, juxta Salomonem.....

Questio. — Queritur quomodo officium judicis serviat actioni? Responsio. Deservit quia nisi officium judicis deserviret ut [*sic*, nec?] actio posset intentari, nec in causa procedi, nec in ea pronuntiari, nec mandari executioni; nam parum esset jura in urbe constituta esse, nisi essent constituti qui jura deffenderent, *ff. de origine juris, l.* 2, §. *post originem* [9]; et sic in omnibus casibus illis ubi officium judicis proponitur loco actionis.....

[1] *Cod.*, lib. III, tit. XXXI.
[2] *Digest.*, lib. VI, tit. I, l. 9 et 68.
[3] *Ibid.*, lib. IV, tit. II, l. 9, §. 7.
[4] *Cod.*, lib. VI, tit. XLII.
[5] *Digest.*, lib. II, tit. XV, l. 8.
[6] *Digest.*, lib. XVII, tit. I.
[7] *Ibid.*, lib. X, tit. II.
[8] *Ibid.*, lib. II, tit. I.
[9] *Ibid.*, lib. I, tit. II, l. 2, §. 15.

Digitized by Google

[II.] De officio judicis quando (?) alimenta petuntur.

Cum alimenta petantur officio judicis, videamus inprimis que sunt persone que possunt et debeant petere alimenta, et a quibus personis alimenta petantur. Ecce filius petet alimenta a patre, sive emancipatus nepo[s] ab avo, pronepos a proavo, et sic de ceteris per virile sexum ascendentibus et descendentibus. Item filius a matre, maxime si sit vulgo quesitus. Item et hii petunt alimenta pater a filio, avus a nepote, proavus a pronepote, mater a filio; hec probantur *ff. de agnoscendis liberis a patre, l.* 1 *et* 2 [1]. Item nepos ab avo materno; item filia a patre, *ff. de agnoscendis liberis, si quis a liberis*..... [2]. Duobus igitur modi[s] nati filii petunt alimenta : si sunt nati ex legitimo matrimonio, vel ex concubina unica, et in domo. Ceterum si ex damnato coitu qui appellantur illiniti [*sic*, illiciti?], puta nascuntur ex amasia cum habeat quis uxorem, puta nascitur [*sic*, nascuntur?] quia contraxisti matrimonium cum aliqua consanguinea, vel est filius sacerdotis, istius enim [*sic*, istiusmodi?] alendi non sunt; ut in *Auten., quibus modis naturales efficiuntur*, §. *si quis, coll.* VII..... [3]; et si aliquis autem habuit filios legitimos, illi soli succedent, etiam patri viventi, et sui juris efficiuntur. Alere tamen patres debent..... ut in *Aut., de incestis inutil. stip. nup., coll.* IIII [sic, *de incestis et nefariis nuptiis, coll.* II?] [4]. Naturalis ergo filius....., puta natus ex concubina quam habuit unicam et in domo....., petet alimenta a patre, et pater ab eo petet alimenta, etiam a fratre suo legitimo, et naturali, si superest.....

Queritur quomodo filius petet alimenta a patre et matre, sicut superius dictum est? Item quo[modo] nepos [a?] proavo? Ab omnibus ergo simul alimenta petentur? *Responsio.* Ita intelligas quod filius petet alimenta primo a tempore [*sic*, a patre?]. Ceterum si pater non superest, vel superest..... pauper, tunc a matre. Item in avo, et proavo; arguit in *Auten., ut liceat matri et avie*, §. *illud quoque, coll.* VII, (sic) [5]..... Utroque existente, et eodem tempore, petet filius alimenta ab utroque, sed diversis temporibus; a matre petet usque

[1] *Digest.*, lib. XXV, tit. III.
[2] *Ibid.*, l. 5.
[3] *Auth.*, coll. VII, tit. I, nov. CXXXIII, c 6.
[4] *Auth.*, coll. II, tit. VII, novel. XII, ou coll. IV, tit. I, novel. XXII.
[5] *Ibid.*, coll. VII, tit. XVIII, nov. CXVII, c. 7.

Digitized by Google

ad triennium..... *C. de patria potestate, nec filium*[1]; sed plerique pendentes [*sic*, prudentes?] notaverunt quod etiam infra triennium, donec est penes matrem, quod alatur expensis patris, quod pater dabit alimenta matri, sicut daret nutrici; modica tamen impendia, sicut lactis...., patri non imputantur. Ita etiam intelligit dominus meus (*sic*), et audivit *l. ff. de liberis agnoscendis, si quis a liberis*, §. *si mater*[2]; et intellige constante matrimonio; secuto devortio, aliter alimenta prestantur; nam si pater causam devortii prestiterit, et mater ad secundas nuptias non venerit, apud matrem aletur, patris tamen impensis; idem et e contra, nisi forte pater vel mater sit pauper, tunc enim a divite petet alimenta, et apud eum morabitur; in *Auct., ut liceat matri et avie*, §. *illud quoque, coll.* IX (*sic*)[3]; *ff. de agnoscendis liberis, l. ult.*[4]. Item queritur quod dicitur, quod avus maternus cogatur alere nepotem ex filia, *ff. de liberis agnosc., si quis a liberis*, §. *item divus pius*[5]? Arguit *ff. eod. tit., l. peneult.*[6], ubi dicitur, quod honus liberorum qui nascuntur ex femina, ad onus avi materni non pertinent....; patrem enim tamen respicit honus alimendorum (*sic*) que filiis exhibenda sunt.... *ff. herciscunde, si filia*, §. *si filius*, et *l. si maritus*[7]. *Responsio : Lex* [*pene*]*ult. ff. de liberis agnosc.*[8] tollit contrarium, nam ita dicit : Non quemadmodum masculinorum [liberorum nostrorum liberi] ad onus quos [*sic*, nostrum] pertine[n]t, ita et [in?] feminis [est]; nam quod filia parit, non avo parit, sed patri suo, et marito suo, esse homo [*sic*, honeri?], nisi pater aut superstes, aut egenus sit. Item petit alimenta patronus a liberto; *ff. de liberis agnosc., solent*[9]. Item liberi patronum petent alimenta a liberto, si dives sit in predicta *l.*, §. *si libertum*. Item pater et mater patroni, si patronus et filii ejus non supersunt, petent alimenta a liberto, si dives sit, et ipsi pauperes, ut in predicta *l.*, §. *ult.* Si enim filii patroni et nepotes supersunt, et divites sint, primum ab illis sunt alimenta petenda; sed licet patronus petat alimenta, a liberto tamen liberti non petet; *ff. de agnosc. liberis, l. si quis a liberis*, §. *si quis*

[1] *Cod.*, lib. VIII, tit. XLVII, l. 9.
[2] *Digest.*, lib. XXV, tit. III, l. 14.
[3] *Auth.*, coll. VIII, tit. XVIII, nov. CXVII, c. 7.
[4] *Digest.*, lib. XXV, tit. III.
[5] *Ibid.*, l. 5, §. 5.
[6] *Digest.*, l. 8.
[7] *Ibid.*, lib. X, tit. II, l. 20 et 46.
[8] *Ibid.*, lib. XXV, tit. III, l. 8.
[9] *Ibid.*, l. 5, §. 18.

Digitized by Google

a liberti liberto[1]; et est argumentum quod vasallo vasalli mei fidelitatem non petent [*sic*, petam?]. Item libertus a patrono petet alimenta, *ff. de liber. agnosc., alimenta*[2]; et sic hiis argumentis dico dominum petere alimenta a vasallo, vasallum a domino; in bonis enim vasalli et liberti superstiti[s], nullum [est?] commune jus quo alimenta habeat patronus, vel ejus filius, nisi in summam deducentur egestatem, *ff. eod. tit., l. ult.*[3]. Item petet alimenta pupillus a tutore..... Item petet alimenta uxor a marito; sed lex modificat secundum quantitatem dotis..... Item petet alimenta patronus ecclesie a prelato ecclesie, ut *Extra. de jure patronatus, c. ult.*[4]. Item petet alimenta ille qui donat..... Omnes autem predicti petent sibi alimenta procurari officio judicis. Unde ut locum habeat petitio alimentorum in persona filii, vel patroni, vel aliorum, oportet quod ista interveniant:

In primis quod non neget illum filium, vel libertum; si enim neget, non dabit alimenta, antequam constet illum esse filium, vel libertum. De hoc summatim fiet cognitio, si sit filius, *ff. de agnosc. liber., si quis a liberis*, §. *si vel parens*, et §. *solent*[5].

Questio. Sed nunquam pater poterit negare illum esse filium? Certe si hoc esset, nunquam pater daret filio alimenta, quia semper per hanc exceptionem opponet: Non es filius. *Responsio:* Non semper pater potest negare, nam si maritus continue steterit cum uxore, et fuit in possessione filiationis, licet pater neget illum filium, nichilominus tamen dabit illi alimenta, *ff. de liber. agnosc., si quis a liberis*, §. *si constiterit*, et *l. si quis neget*[6].....

Secundum quod ille qui petit alimenta non sit sibi sufficiens.....

Tertium quod illa persona qui (*sic*) petit alimenta, licet pauper sit, sit infirma; si enim esset in bona valitudine quod posset operari, et operis sibi sufficere, alimenta prebenda non sunt.

Quartum cum [*sic*, quod?] persona illa que petit alimenta non detulisset illam personam a qua petit alimenta; *ff. de agnosc. lib., si quis a liberis*, §. *idem judex*[7]; quam dilationem (*sic*) intelligimus,

[1] *Digest.*, § 22.
[2] *Ibid.*, l. 6.
[3] *Ibid.*, l. 9.
[4] *Decretal.*, lib. III, tit. XXXVIII.
[5] *Digest.*, lib. XXV, tit. III, l. 5, §§. 8 et 18.
[6] *Ibid.*, l. 7.
[7] *Ibid.*, lib. XXV, tit. III, l. 5, §. 11.

si gravia dispendia persona declara [*sic*, delata?] sustinuit, ut in *Aut., ut cum de appellatione cognoscitur, coll.* VIII, §. *si delator* [1].

Quintum quod persona que petit alimenta non fuit ingrata, *C., de alendis liberis, l. ult.* [2].

Sextum quod illis personis alimenta a quibus petuntur supersit, et illis personis que petunt desit; si enim michi desit, et cui a quo peto nichil superest, nichil dabit, *ff. de agnosc. liber., si quis,* §. *peneult.* [3].....

Item queritur quid nomine alimentorum contineatur? *Responsio.* Continetur victus, vestimentum, calceamentum, habitatio, aqua etiam si unus [*sic*, vivit?] in partibus illis ubi aqua vendi solet, *ff. de alimentis et cibariis, l.* 1 [4].....

Septimum si patronus petit alimenta, non sit patronus manumitens ex causa fidei.... Item quod patronus sit qui non accusavit libertum crimine capitali, *ff. de agnosc. lib., si quis a liberis,* §. *si quis a liberti liberto* [5].

Item queritur, nonne, si sunt alimenta legata, vel constituta inter vivos, petentur? Item nonne si do tibi rem ut michi annua alimenta prestes, petam alimenta? *ff. de alimentis vel cibariis, l. per totum* [6], et *ff. de transactionibus, cum* VII [sic, *cum hii?*] [7], *c. de fideicommissis, l.* 1 [8]..... Item si dono tibi omnia jura mea [et?] bona, nonne a te peto alimenta? Videtur quod sic.....

[III. De] officio judicis quando restitutio datur minori.

Subsequenter videamus de officio judicis, quod [*sic*, quando, et?] quo loco principalis actionis remunitio [*sic*, restitutio?] datur minori; *ff. de minoribus, l. quod si minor,* §. *ult.* [9]; nam de officio judicis quando restitutio datur minori vidimus et diximus supra in trac[ta]tu pretoriarum de retissoria (*sic*) [10].....

[1] *Auth.*, coll. VIII, tit. XVI, novel. CXV, c. 5, §. 7.
[2] *Cod.*, lib. V, tit. XXV.
[3] *Digest.*, lib. XXV, tit. III, l. 5.
[4] *Ibid.*, lib. XXXIV, tit. I.
[5] *Ibid.*, lib. XXV, tit. III, l. 5, §. 22.
[6] *Digest.*, lib. XXXIV, tit. I.
[7] *Ibid.*, lib. II, tit. XV, l. 8.
[8] *Cod.*, lib. VI, tit. XLII.
[9] *Digest.*, lib. IV, tit. IV, l. 24, §. 5.
[10] A dater d'ici notre manuscrit devient tellement rempli de fautes grossières et de citations controuvées, que nous avons renoncé à le reproduire. Nous avons pensé

[IV.] De officio judicis quando petitur satisdatio nomine dampni.

. . . . . .

[V.] De officio judicis quando petitur satisdatio de legato prestando legatio (*sic*) ab herede.

. . . . . .

[VI.] De officio judicis quando consulitur patri contra filium qui obedire ei recusat.

. . . . . .

[VII.] De officio judicis quando datur [*sic*, domini a?] vasallis et colonis questiones et locationes, non [*sic*, vel?] plus quam debeant habere, exegerint.

Frequenter contigit quod domini a colonis, seu vasallis, exiguant plus quam debeant, et plus quam anterioribus temporibus est exactum, vel plus quam debeant exigere; et cum nulla actio colonis seu facta (*sic*) vasallis conpetat contra dominos, talia non committant (*sic*) ut exacta restituant[ur?], quia non habent actionem.....

[VIII.] Rubrica ex quibus causis liberi possunt parentibus exhereditari.

Dominus noster dicit in Ewangelio : « Unus enim est pater vester « celestis, omnes quidem fratres estis. » Item dicit Apostolus : « Filii et « heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. » Si ergo filii sumus et heredes, hereditatem nostram inmarcessibilem, indeficientem, inputribilem, incontaminatam, a Deo patre nostro in celis conservatam, expectare debemus. Dominus enim noster justis, et meritis,

d'ailleurs que lors même qu'avec des peines infinies nous fussions parvenu à rétablir le sens si fortement altéré par l'ignorance du copiste, nous n'eussions atteint qu'un très-médiocre résultat; car les derniers chapitres de la Somme de Drogon n'offrent qu'un centon de textes empruntés à toutes les compilations connues du droit romain; et les chapitres que nous avons transcrits jusqu'à cette heure indiquent suffisamment comment les textes étaient employés dans l'enseignement du droit aux écoles de Reims, seule étude curieuse que l'on puisse faire dans les compilations de notre écolâtre.

in mandatis suis ambulantibus, et voluntatem suam facientibus, illam conservat, et largitur; reprobis autem, et injustis, et peccatoribus, et in peccatis suis perseverantibus, illam aufert; et illos in (*sic*) suis culpis exigentibus, secundum quod facere potest, exheredat; et sicut legitur quod Dominus potest peccatores exheredare, sic legitur in corpore *Auten., tit. ut cum de appellatione cognoscitur, coll.* VIII[e] [1], quod quatuordecim sunt cause propter quas liberi possunt a suis parentibus carnalibus exheredari. Unde lex sic dicit : « Sancimus igitur non licere pe-
« nitus patri, vel matri, avo, et avie, proavo, vel proavie, suum filium
« vel ceteros liberos, preterire, aut exheredes facere in suo testa-
« mento, nec si per quamlibet donationem, vel legatum, vel fidei-
« commissum, vel aliumquemque modum eis dederit legibus debi-
« tam portionem auferre, nisi forsan probabuntur ingrati; et ipsas
« nominatim ingratitudinis causas parentes suo inseruerint testa-
« mento »; quarum causarum prima talis est, etc.... [2]. Quamvis lex dicat, *ff. de petitione hereditatis* [3], quod commune debet esse votum parentum, quod filii sui ad eorum vocentur successiones, tamen ex predictis causis apparet, et superius enumeratis, quod parentes in talibus predictis, ratione ingratitudinis, et suorum delictorum, possunt exheredare. Unde sibi caveant liberi ne parentes suos offendant, et ne [*sic*, in?] eos inobedientes et rebelles existant, sed eos modis omnibus honorent..... Item certum est quod pater noster celestis filios suos tamquam ingratos, et male meritos, et injustos, hereditate celesti penitus exheredet; et nos nobis caveamus ab ipsius indignatione et ira, ne nos tamquam heredes reprobi, nostris peccatis exigentibus, ab ipso mereamur exheredari..... Taliter ergo [*sic*, erga?] patrem nostrum celestem in vita presenti nos habeamus, quod nos possimus in celestibus cum ipso sine fine gloriari. Si ergo parentes filios suos quos genuerunt et nutrierunt, propter vicium ingratitudinis, possunt exheredare, multo fortiori ratione potest quilibet successores suos, et heredes extraneos, inferiori gradu constitutos, propter causas superius predictas, sua successione privare.

[1] *Auth.*, coll VIII, tit. XVI, nov. CXV, c. 3.

[2] Ici l'auteur continue à transcrire à peu près littéralement le texte du c. 3.

[3] *Digest.*, lib. V, tit. III.

[IX.] De expensis factis in lite taxandis et refundandis.

Multociens accidit quod victus victori condempnatur in expensis, et propter hoc vide[a]mus qualiter, et quante, et quando, debent expense refundi. Ratio (?) expensarum [habetur?] quandoque in parte litis, quandoque in fine litis. In parte litis, ut cum quis calumpniose vexat adversarium, ut *Extra., de rescriptis, ceterum.....* [1]; *de appellatione, reprehensibilis.....* [2].

[X.] Rubrica de donatione.

Est autem donatio mera liberalitas qui (*sic*) nullo jure cogente conceditur, ut *C. de donationibus, donari* (sic)[3]; et *de regulis juris, donari* [4]. Perficiebatur olim donatio per stipulationem, ut *C. l. si quis argentum*, §. *ult.* [5], sed hodie donatio non sic consummatur, nec perficitur donec rei donate dominium transferatur. Unde dicit *l. C. de pactis* [6], « traditionibus, et usucapionibus, non nullis [*sic*, nudis?] « pactis, dominia rerum transferuntur. »

[XI.] De donatione [causa?] mortis.

Supradictum est de donationibus que fiunt inter vivos; videndum est quid sit donatio causa mortis. Est autem donatio causa mortis cum quis magis vult se habere quam eum cui donat, subaudi tradendo, vel se obligando;..... Nunc videndum est qualiter fiat, et que sint etiam species. Quandoque enim fit ab homine sano qui cogitat se quandoque moriturum; quandoque ab infirmo.....

[XII.] De legatis rubrica.

Supradictum est de multiplici genere donationum; sed quia legatum [est?] quedam species donationis, de legatis diligenter videamus. Differt autem legatum a donatione inter vivos facta, et a donatione causa mortis, quia in istis duobus casibus donatores donatoriis obligantur; sed testatio [*sic*, testator?] que [*sic*, qui?] legat in suo testa-

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. III, c. 3.
[2] *Ibid.*, lib. II, tit. XXVIII, c. 26.
[3] *Cod.*, lib. VIII, tit. LIV.
[4] *Digest.*, lib. L, tit. XVII, l. 81.
[5] *Cod.*, lib. VIII, tit. LIV, l. 35.
[6] *Ibid.*, lib. II, tit. III, l. 20.

mento, non est obligatus legatario, quia quamdiu vixerit legatum in suo testamento factum sine qualibet alterius injuria revocare potest, et etiam suum testamentum mutare, et omnino revocare; secundum quod dicit lex quedam *ff. de donatione inter virum et uxorem*[1] quod voluntas testationis (*sic*) deambulatoria est usque ad extremum exitum vite hominis.

[XIII.] De voto; quod notum [*sic*, votum?] sit obligatorium, et a quo, et quomodo, possit redimi.

Et quia quemdam convenientiam habet votum cum legatis, et donationibus, ideo parum de voto, et voti redemptione videamus. Est autem votum alicujus boni cum deliberatione Deo facta pollicitatio. Alicujus boni ideo dixi, quia si de malo quis voveat non obligatur, nam in malis promissis recinde fidem, in turpi voto muta decertum (*sic*).....

[1] *Digest.*, lib. XXIV, tit. I.

[APPENDIX PRIMA.][1]

(Bibl. de Reims, ms. H, 645-647, fol. 227-240.)

Ann. 1264. [I.] Hec sunt rationes efficaces, et valide, contra solutionem decime, et pro libertate universalis cleri et Ecclesie defendenda.

Certum est quod reverendus pater dominus Symon cardinalis in hoc anno Parisius concilium suum generale in hoc anno (*sic*) convocavit, et mandavit capitulis cathedralibus Ecclesie gallicane, quod ad concilium suum mitterent procuratores instructos. Hoc audito, capitula suos procuratores ad diem eis assignatam miserunt. Quidam autem habuerunt mandatum ad audiendum et referendum, qui decimam promiserunt; qui formam mandati sibi dati pretereuntes, et excedentes, hoc facere non potuerunt. Quidam autem alii mandatum habuerunt ad consentiendum, et ad voluntatem domini cardinalis faciendam; unde si [se?] obligaverint, et decimam promiserint, propter hoc singulos de capitulis suis obligare non potuerunt; unde si decima solveretur, capitula de suis bonis communibus eam solvere tenerentur, et non singuli de capitulis, quia nec requisiti super hoc fuerunt, nec promiserunt. Unde dicit lex, quod illud quod omnes tangit, debet ab omnibus comprobari. Item dicit lex *ff. quod cujusque universitatis*[2], quod si quis universitati debet centum, quod singulis de collegio ea solvere non tenetur; etenim bona universitatis non sunt singulorum, sed ipsius universitatis vel collegii. Unde legitur in Canone, quod

[1] Les deux appendices que nous donnons ici sont placés dans le manuscrit, le premier, en tête de ce que nous avons appelé première partie; et le second, en tête et à la fin de ce que nous avons appelé la seconde partie de la Somme de Drogon; mais ils nous ont paru ne point faire corps avec les matières qui y sont traitées. Celles qu'ils renferment ont presque toutes trait à des intérêts privés, tandis que chacun des chapitres de la Somme traite d'un point de droit général. Nous pensons donc que les chapitres dont se composent ce que nous appelons Appendices, sont autant de pétits traités isolés inspirés à Drogon par les circonstances, et que le hasard, ou plutôt l'ignorance du copiste, a rapprochés du grand ouvrage de notre écolâtre.

[2] *Digest.*, lib. III, tit. IV, l. 7.

Digitized by Google

libertus qui manumittitur a corpore, non est singulorum, sed est ipsius corporis. Item ecclesia que de jure debet esse libera, non debet tot servitutibus onerari; servitute decime, item centesime, item procurationum, et multarum aliarum servitutum jugo quibus singulis diebus oneratur, quoniam ab anno circa, fuerunt quinque legati, vel quatuor, in regno Francie a sede apostolica destinati, qui omnes ecclesiam gallicanam multis modis oppresserunt. Item Dominus noster Jhesus Christus non auro, non argento, non corruptibilibus, sed suo sanguine precioso, mundum redemit, et ecclesiam fundavit, et constituit ab omni servitute liberam, et sibi subjectam; unde vere dici potest quod non vult quod ab homine destruatur, nec quod ei servitutes imponantur; sed vult quod ei in ecclesia ab omni clero, et a fidelibus suis, cum devotione et justicia continue serviatur. Item verum est quod lex quedam, etc., *de quadriannii prescriptione* que sic incipit: *Bene a Zenone*[1], dicit quod omnia sunt principis, quantum ad deffentionem et tuitionem, non quantum ad dominium, et ad usum suum, et ad voluntatem suam faciendam; principes enim et domini terrarum subditos suos cum bonis suis omnibus regere debent, et deffendere; non autem eos bonis suis, nisi ratione delicti si forte delinquerint, spoliare. Nullus princeps, vel dominus, sive singularis [*sic*, secularis?], sive ecclesiasticus, homini ex successione parentum bona sibi provenientia, vel aliunde honeste acquisita, sive per industriam suam, debet vel potest auferre, quia sic esset omnis homo de mundo servilis, et non libere conditionis. Omnes enim homines ab initio mundi naturaliter et equaliter liberi fuerunt, sed de jure gentium postea quedam servitutes, et captivitates, et bella, et quedam alia [evenerunt, et?] impotentes et inferiores, contra Deum et justiciam, superiores supervenerunt. Est autem, secundum quod dicit lex, libertas res inestimabilis; unde quilibet naturaliter appetit et appetere debet libertatem; nec est mirum si homo repugnat et contradicit ne servitus ei imponatur. Item omnia animalia et animantia esse sui juris, et libertatem appetunt; unde dicit Poeta:

Cum bene sint clause cavea Pandione nate,
Nititur in silvas queque redire suas.

[1] *Cod.*, lib. VII, tit. XXXVII, l. 3.

Digitized by Google

Item dicit lex *ff. de captivis et postliminium reversis* [1], quod si quis in carcere detineatur, et dolo, et fallatia, vel quia fregit carcerem, vel alio quoquo modo exierit a carcere, quod propter hoc puniri non debet, sed est ei parcendum; sed commentarienses, id est custodes carceris, puniendi sunt, quia negligenter et male eum custodierunt. Item si dicitur quod summo pontifici tenemur obedire, verum est in rebus licitis, et honestis, et quantum ad salutem animarum nostrarum pertinet, et ad honestatem, et ad articulos fidei, et ad voluntatem divinam faciendam; non tamen quantum ad bonorum nostrorum exactiones et rapinas ei tenemur obedire. Unde dicit lex, de servo, quod in atrocioribus obedire domino suo non tenetur; quicumque enim alicujus bona contra voluntatem suam et violenter accipit, violentus et predo, etiam servus, debet merito reputari. De talibus enim dicit Dominus per Ysaiam : « Ve qui predaris, nam et tu ipse predaberis; « vhe qui spernis, nonne [*sic*, nam?] et tu sperneris. » Item in eodem : « Vhe qui condunt leges iniquas, et scribentes injusticiam scripserunt, « ut opprimerent in judicio pauperes, et ut vim facerent cause humi- « lium populi mei, et ut vidue essent preda eorum, et ut pupillo diri- « perent. » Item Petrus : « Rapinas nolite concupiscere; divitie si « affluant, nolite cor apponere. » Item dicit lex *ff. de officio presidis* [2] qui gerit in provincia vices principis, quod ad ejus officium pertinet indebitas exactiones, violentias, injurias, rapinas, viriliter repellere, et cuilibet justiciam exhibere, et diligenter curare debet ne pauperes et inferiores a superioribus et potentioribus opprimantur. Unde cum dominus papa sit summus princeps ecclesiasticus, ad omnia supradicta, cum suis consiliariis et sibi assistentibus, et cum illis qui vices suas gerunt in provinciis, tenetur facienda et observanda. Dicit autem lex quod injurie nasci non debent unde jura oriuntur. Unde cum summus pontifex sit conditor juris, et quasi lex animata in terris, sicut legitur de imperatore, non decet eum alicui injuriam facere, vel violentiam inferre; sed decet eum quemlibet in sua justicia confovere. Unde legitur in libro Sapientie : « Diligite justiciam qui judicatis terram. » Ista verba principaliter et directe locuntur de principibus et dominis terrarum, tam clericis, quam laicis; ipsi enim judicant terram, et homi-

[1] *Digest.*, lib. xlix, tit. xv.

[2] *Digest.*, lib. i, tit. xviii, l. 6.

Digitized by Google

nes, et gentes habitantes in terra. Unde legitur de Salomone qui Domino fecerat in templo Domini mille hostias uno die, quod Dominus venit ad eum de nocte, et dixit ei : « Pete a me, et dabo tibi. » Qui respondit : « Domine, non peto divitias, nec potentiam, nec munda-« nam gloriam; sed sapientiam, et intellectum, et discretionem a te « peto, ut possim regere populum et regnum quod michi per gratiam « tuam commisisti in vera justicia, et perfecto timore, et in caritate. » Cui Dominus statim respondit : « Quia petisti sapientiam, et intellec-« tum, et non divitias, et potentiam, faciam te tantum regem quod « nec fuit tantus ante te, nec erit tantus post te. » Item Roboam filius Salomonis dixit illis de regno suo : « Pater meus cecidit vos gladio, « et ego cedam vos scorpionibus; » et quia reliquit consilium senum, et adhesit consilio juvenum, talia verba fatua protulit; et quia nimis subditos suos oppresit, fere totum suum regnum perdidit, et ab ipso subditi sui recesserunt. Regnum autem Francie inter alia regna solum est filius obediencie. Unde cum legatur quod qui nimis emungit, elicit sanguinem, et per injusticiam plus petendi, totius summa debiti evacuatur, cavendum est ne regnum Francie nimis et intolerabiliter opprimatur quia propter obedientiam suam et fidelitatem, cum dicatur regnum a Deo benedictum, non debet confusionem et incommodum reportare, ne contra voluntatem suam compellatur contra stimulum nimis asperum recalcitrare. Item nichil ad ecclesiam gallicanam pertinet, ut ei servitutes indebite imponantur ut patrimonium vel bona summi pontificis, vel ecclesie romane, vel comitis Andegavie, multiplicentur, et augeantur [1]; quia lex dicit, quod nemo cum aliena jac-

[1] Il pourra peut-être paraître curieux de rapprocher le langage que tient ici Drogon avant la conquête du royaume de Sicile, des vers suivants qu'il composa après la conquête, et qui se trouvent Bibl. de Reims, ms. H, 645-649, fol. 22.

Versus de domino Karolo comite Andegavie, nunc rege Cecilie et Apulie :

Bis sex centenis cum quinto, sex quoque denis
Annis, in mense februi, rex Carolus euse
Vicit jocunde Manfridum, dicimus unde :
« Gallia nunc gaude, magna dignissima laude
« Militie freueris, ut vincas et dominetis;
« Frandem non queris, armis tua jura tueris;
« Hostes vicisti, felix pugnando fuisti,
« Ex quo laudaris; caveas ut non peciaris
« Te male tractari, fatuo vel suppeditari.
« Io prohibisto mane, nec laudis sit tibi vane
« Gloria, vel cura; sine crimine vivere cura,
« Nec sis ingrata, Domino servire parata
« Qui tibi subjecit hostes, et tot bona fecit. ... »
Armis fecundus est Karolus iste secundus
Apulus, et Calaber, Siculus, cui servit et Affer
Regnat in hoc mundo, cavent quod corpore mundo
Vivat. ....

tura et lesione locupletari debet. Item ista discordia de regno Apulie non est nuper inchoata; sed a retroactis temporibus quorum non extat memoria, inter apostolicos qui pro tempore fuerunt, et inter illos qui regnum predictum sibi vendicabant, est exorta. Unde dicitur quod Robertus dictus Guichardus, Normannus, contra illos qui regnum illud tenebant longuo tempore cum multitudine armatorum pugnavit, et illud acquisivit, et tandem illud tam ipse, quam sui heredes, perdiderunt, et iterum translatum fuit in Germanos. Item comes Galterus de B[r]yena ad preces et mandatum Innocentii tercii manu armata intravit in Apuliam, et regnum Apulie, per potenciam suam, tanquam miles in armis strenuissimus, cujus frater fuit Johannes rex jherosolimitanus, regnum Apulie sibi subjugavit, et acquisivit, cujus filius fuit ille comes Galterus novissimus, qui nuper in carcere Sarracenorum decessit. His omnibus paratis [*sic*, peractis?], Theobaldus qui comes fuerat Apulie, et [cui?] comes Galterus regnum abstulerat, insidiatus fuit a Galtero comite (*sic*), et sediciose eum interfecit, et regnum suum recuperavit; et iterum fuit regnum Apulie translatum in Germanos. Item Federicus imperator tenuit regnum illud. Item Manfredus filius ejus regnum sibi vendicat, tanquam filius et heres, ut dicit, vel ratione liberorum Con-

Manus Domini fuit cum comite Andegavie, nunc rege Cecilie, et Apulie, aliter enim in tam brevi tempore fortissimos suos adversarios, et tantam multitudinem suis et sibi contrariam, nullatenus po[tui]set expugnare, nec ita subito suum propositum obtinere. Sed secundum quod dicit Judas Machabeus qui pugnabat pro deffensione legis sue, et pro testimonio patrum suorum, et quia justam causam habebat, quod erat facile concludi multitudinem in manus paucorum;

Dicimus esse Deum juvasse Judam Machabeum;
Juvit et Apuleum regem. . . . . .
Invidia plene regiones sunt aliene
Francia quo floret; . . . . . .
Nam tenet optatum jam dudum nunc dominatum
Propositumque bonum. . . . . .
. . . . . Nunc Karolus amodo laudet
Regem celorum, qui fecit eum populorum
Regem multorum; post principe Theutonicorum
Dante Deo fiet, et consors imperatorum.
Karolus antiquus, Christi dum vixit amicus,
Imperium rexit, quem vere Christus amavit
Ac exaltavit, in terris magnificavit.
Sic exaltetur hic Karolus, et dominetur;
Dignus honoretur, ac imperium sibi detur.
Sit sua majestas super omnes atque potestas,
Quod rogo, vere pia; Deus hoc velit, atque Maria.
Amen.

Summus prelatus qui Christo vivere gratus
Querit, et acceptus, ut sit super astra receptus,
De comitis gestis letetur; nam sua pestis
Ex nunc cessabit, Manfroix non amodo stabit
Pessimus et fortis suus hostis, quem mala mortis
Cepit fortuna, propriis cum gentibus una.
Ecclesie sancte pax debita non erat ante;
Ex nunc gaudebit, florebit, regna tenebit
Maxima papatus qui nunc est pacificatus.
Gloria sit Christo casu qui rexit in isto
Apulie regem, cui tantum vincere gregem
Gentis concessit; nunc rex in pace quiescit,
Et sua regna regit, rex maximus undique degit. . . .

raudi qui filius fuit ipsius Federici, quos habet in sua potestate, secundum quod dicitur. Si dicatur quod propter deffensionem fidei petatur decima, non est verum, quia de fide non agitur, sed ecclesia romana sibi regnum Apulie vendicat, et Manfredus ex adverso. Item legitur in jure canonico et divino, quod levitis et presbiteris qui divinum officium a principio fidei excercent in ecclesia Dei debent solvi decime, nec in alios usus converti debent. Item legitur in Canone, quod ecclesie bona in quatuor partes dividi debent, quedam pars debet dari episcopo ad usum suum, et familie sue, et ad hospitalitatem faciendam; secunda pars dari debet clericis in ecclesiis servientibus; tercia pars pauperibus; quarta pars ad reparationem et retentionem ecclesiarum. Item dicit Canon, quod thesaurum habet ecclesia, et quod thesauri ecclesie debent exponi et expendi certis casibus; videlicet propter alimoniam pauperum, item propter redemptionem captivorum, item propter edificationem et constructionem ecclesiarum. Item in principio fidei ecclesia multos habuit adversarios Gentiles et Judeos, qui fideles et ecclesiam totis viribus impugnabant; et quia tunc principes christiani propriis stipendiis non sufficiebant ad deffentionem ecclesie, propter multitudinem adversariorum, ecclesia dabat eis quedam tributa de bonis suis; sed jure novissimo cautum est quod principes et domini terrarum, secundum generalem consuetudinem, ecclesiam universalem deffendere tenerentur, nec aliqua tributa vel servitutes ab ecclesia Dei propter hoc possunt exigere. Item ista decima nec petita fuit, nec promissa ab universali clero, et singulis clericis ecclesie gallicane, nec a presbiteris et decanis curalibus, nec ab inferioribus capitulis in regno Francie constitutis; sed tantum a capitulis cathedralibus. Unde cum nec promiserint, nec in aliquo se obligaverint super solutione decime, de jure non possunt inquietari, vel vexari. Item nec vidimus nec videmus quod peccunia taliter extorta et turpiter acquisita felicem et prosperum sortita fuerit eventum, nec in perpetuum sortietur. Unde dicit Poeta :

Non habet eventus sordida preda bonos.

Unde legitur et dicitur quod Godefridus, dux de Buillon, signum sancte crucis assumpsit, et cum vellet ultra mare proficisci, quasi infinitam peccuniam a subditis suis extorsit, et accepit, et cum peccunia

Digitized by Google

taliter extorta transfretavit, et totum quod habebat perdidit, et a Sarracenis devictus fuit cum suis militibus, et superatus, et cum magna confusione reversus est per civitatem romanam ut videret fratrem suum qui tunc erat papa, et ei narravit infortunium et obprobrium quod ei acciderat. Et tunc papa frater suus dedit ei consilium quod ad partes suas, et ad ducatum suum rediret, et quod tantum de patrimonio suo, et de terra sua, venderet, quod bona subditorum suorum turpiter ablata, et omnia per violentiam, per rapinam, acquisita, integre restituerentur, et iterum cum bonis suis fideliter acquisitis ultra mare transiret, et obprobrium et confusionem suam purgaret, et viriliter contra Sarracenos se propter fidei deffensionem haberet; qui in omnibus consilio sui fratris acquievit, et Jherosolimam pergens, postea cum multis suis sequatibus Anthiochiam cum aliis villis, et oppidis, et civitatibus multis, acquisivit. Item legitur de filiis Israelis, quod quando murmurabant in tabernaculis suis contra Dominum, et in aliquo peccabant et eum offendebant, quod statim succumbebant, et ab hostibus suis etiam paucis vincebantur; Dominus enim rapinas et violentias multum aspernatur et odit. Ex verbis predictis apparet quod bona clericorum singulorum gallicane ecclesie, in hoc casu, in nullo debent minui, nec eis auferri; sed tanquam innocentes, et liberi ab omni servitute, pacifice debent remanere. Item si sententia excommunicationis feratur in illos qui nolunt decimam solvere, post appellationem ex causis justissimis et gravaminibus a[d] superiorem interpositam, ipso jure non valet. Item quia intolerabilem in se continet errorem, quia si judex dicat alicui : « Excommunico te, nisi dederis michi bona tua, vel « nisi te subitias servituti quam tibi impono, vel nisi facias homicidium, « vel adulterium, vel aliud illicitum, » non valet ipso jure, tanquam contra Deum et justiciam lata. Item cautum est in jure, quod minor, et sacerdotium, id est ecclesia, eodem jure funguntur, et respublica, et multis gaudent privilegiis. Unde si ecclesia lesa fuerit in suis contractibus, vel in verbis, vel in factis, vel in conventionibus suis, petere potest in integrum restitutionem, et eam de jure debet impetrare. Unde si ecclesia gallicana cum nimia levitate, et non cum deliberatione competenti, et consilio sano non habito, decimam promisit, enormiter in promissione sua decepta fuerit, et lesa, poterit

petere, etc. Item, salva reverentia domini legati, mandatum ejus nimis fuit asperum, quia mandavit capitulis cathedralibus quod mitterent ad eum procuratores suos qui haberent potestatem consentiendi in sua voluntate facienda precise, nulla mentione facta de sua voluntate facienda, nec aliqua certitudine super hoc expressa; unde si omnes clerici ecclesie gallicane essent servi sui, majori asperitate non posset eis aliquid precipere, nec dominus servo cum majori rigore posset aliquid mandare, vel precipere; servus enim nichil habet in se, nec in bonis suis. Item legitur quod Moyses non pugnabat armis, sed orationibus; et filii Israelis, quando confundebantur et opprimebantur a gentibus, quod cum lacrimis, et vigiliis, et jejuniis, et in maxima devotione, Dominum precabantur, dicentes : « Peccavimus, injuste egimus, man-« data tua non custodivimus, iniquitatem fecimus, prophetas tuos ad « nos venientes non recepimus, placare Domine, parce nobis Domine, « attende Domine, exaudi Domine, et fac miserere (*sic*) populo tuo, « quia si decreveris salvare nos, continuo liberabimur. » Item : « Con-« gregate sunt gentes ut dimicent contra nos, et ignoramus quid agere « debeamus; Domine, ad te sunt oculi nostri ne pereamus. » Item : « Aperi oculos tuos, et vide tribulationem nostram. » Item inter vestibulum et altare plorabant sacerdotes dicentes : « Parce Domine, parce « populo tuo, et ne des hereditatem tuam in perditionem, quia volunt « nos inimici nostri perdere, et hereditatem tuam delere; non est qui « consoletur nos, et adjuvet, nisi tu Deus noster, quia tu es rex regum, « et dominus dominantium, et in dictione tua cuncta sunt posita; non « est qui tue possit resistere voluntati. » Sic deberet universalis ecclesia per universum orbem longe lateque diffusa, in suis gravaminibus et pressuris, contra violentias et injurias a principibus et dominis terrarum eis [*sic*, ei?] illatas, Dominum invocare [1], et auxilium suum, et

[1] C'est sans doute pour mettre en pratique le conseil qu'il donne ici, que Drogon a composé une pièce de vers dont nous transcrivons quelques fragments. (Ms. H, 646-650, fol. 20, verso.)

De miseria et servitute ecclesie.

Ecclesie misere, Deus omnipotens miserere,
Nam que deberet fore libera, tristis adheret,
Vilis et abjecta, servili conditioni
Contra velle tuum; nec juri nec rationi
Consonat, ut vivat sub iniquo serva tributo.
In stequilinio nunc jacet atque luto.
.....
A qua [ecclesia] rectores reprobi debent removeri,
Qui nolunt contra reprobos sua jura tueri.
Nostri prelati viventes more Pilati
Ecclesiam spernunt, violant, et eam male sternunt;
Ipsam dedecorant, obfuscant, atque inhonorant,

consilium humiliter et cum lacrimis implorare, et sic posset auxiliante Deo bonis suis gaudere, et in pace et in sua libertate secura remanere. Beatus Petrus apostolus quem Dominus ecclesie sue preposuit, et caput ipsum constituit, cum suis discipulis et sociis peccuniam non querebant, sed eam a se modis omnibus repellebant. Unde Petrus dixit cuidam infirmo, qui jacebat ante portam Speciosam, petenti elemosinas ab introeuntibus in templum Domini : « Argentum et aurum non est michi, « quod autem habeo, hoc tibi do; sed tolle grabatum tuum, et am- « bula. » Et tunc eum ab infirmitate sua miraculose sanavit. Item Symon magus voluit beato Petro dare peccuniam ut gratiam Sancti Spiritus, et donum Dei, peccunie interventu possideret; cui Petrus respondit : « Peccunia tua tecum sit in perditionem. » Item Balthasar rex dixit Danieli : « Habebis torquem in collo tuo, et purpura vestie- « ris, et tercius eris post me in regno meo. » Qui respondit ei : « Mu- « nera tua tibi sint, et munera tua da alii. » In multis enim casibus et in multis locis legitur in sacris scripturis, et juribus legitur et invenitur, quod viri sancti et religiosi, et pontifices, et prelati, modis omnibus extorsionem peccunie vitabant, nec aliqua munera recipiebant; sed successores Petri vestigia Petri in multis casibus non secuntur, cui Dominus dedit potestatem ligandi atque solvandi, clave tamen non errante, qui contra Deum et justiciam, nec summus pontifex, nec alii prelati, possunt aliquem solvere vel ligare. Istis ergo rationibus predictis que [sunt?] valide et efficaces, constat, et evidenter apparet quod ecclesia gallicana, et clerici, de bonis suis propriis quorum domini sunt ad solutionem decime nullo jure compelli possunt; sed vere dicendum est quod nos ecclesie romane, tanquam matri spirituali, reverentiam omnimodam, et honorem debemus exhibere. Dicit autem lex, quod parum prodest esse jura in civitate, nisi sit qui reddat ea. Item dicit alia lex, quod judicium ab injustis multociens redditur injustum. Item dicit alia lex, quod potentioribus pares esse non possumus; unde si dominus

Collectis onerant, ac ut lucra turpia querant
Vivunt elati, semper peccare parati.
Nunc gaudent laici, qui nostri sunt inimici,
Cleri quando vident collectas, indeque ridant;
A quibus immunes existunt, quos onerari
Videmus in multis, nunc ecimes eos dominari,
Nunc exaltantur, et cleri suppeditantur.

.. ..
Corrunt ecclesia nisi virgo beata Maria
Ipsum propicia nunc juvet, atque pia.
Gaudebunt laici, qui cleri sunt inimici,
Si videant miserum confusum vivere clerum,
Ac inhonoratum, rebusque suis spoliatum.
.....

papa cum suis sequacibus et consiliariis, dominus et pater noster spiritualis, ecclesiam Dei sibi commissam, quam secundum Dominum et justiciam gubernare tenetur, opprimere velit, et servitutibus indebitis onerare, durum est nobis contra violentiam et potentiam suam calcitrare; sed dominus noster Jhesus Christus qui novit abscondita cordis, et qui non vult quod hominum peccata remaneant impunita, semel venit in terris, et secundo venturus est vivos, et mortuos, et seculum, judicare per ignem. Legitur in Canone quod sententia pastoris, sive sit justa, sive sit injusta, timenda est; sed dicendum est quod postquam appellatum est in aliqua causa ad superiorem, vel a sententia a pastore vel a judice [lata?], quod quantum ad causam illam, vel ad sententiam saltem, desinit esse judex, et quod superior ad quem per appellationem transfertur jurisdictio, cognoscere debet de meritis appellationis, qui cum cause cognitione processum prioris judicis poterit infirmare, vel confirmare; dicit enim lex quod, appellatione pendente, nichil penitus est innovandum, et quod appellanti debent dari libelli dimissorii, qui vocantur apostolici, quibus appellans remittitur ad quem est appellatum. Item, ut dictum est, Federicus quondam imperator, quamvis male viveret, et esset in multis inobediens ecclesie romane, tamen regnum Appulie semper tenuit, et rexit; unde continebantur quidam versus in sigillo suo, qui sic incipit :

Appullus, et Calaber, Siculus, michi servit et affert [*sic*, Afer?];

unde iste tres provincie, cum regno Appulie, Federico serviebant, et eas regebat. Item lex dicit, quod non sit prejudicium judici si appelletur ab eo; unde si appellatum est a domino cardinali, propter hoc non debet, nec de jure potest, aliquam sententiam in appellantes fulminare. Item Dominus dicit de ecclesia : « Domus mea, domus ora-« tionis est; in ea omnis qui petit, accipit; et qui querit, invenit; et « pulsanti aperietur. » Item ipse ejecit ementes et vendentes de templo; et mensas nummulariorum, et cathedras vendentium subvertit, quia nolebat, nec umquam voluit, nec vult, quod sua domus aliqua immundicia, vel aliqua servitute, polluatur, vel oneretur; nec vult quod aliqua munera sordida, que confusionem et opprobrium et servitutem

generant, solvere tene[a]tur; ut XVI, *q.* 1, §. *novarum* [1]; et a talibus muneribus omnes clerici sunt liberi et exempti, ut in canone predicto, et *C. de episcopis et clericis, l.* 2 [2]; et etiam ecclesiarum coloni a talibus liberentur, ut LXX[a] *dist., cap. judicatum* (sic). Item extraordinaria munera que subito imponuntur, similiter ecclesia non agnoscit, sed ab hiis eximuntur; ut XVI[a], *q.* 1 [3], et *C. de episcopis et clericis, l. placet* [4], et *C. de superinductis* (sic), *l: unica. tit.* X° [5]. Si autem dominium predi (*sic*) rustici, vel urbani, in ecclesia transferatur, quod aliquo tributo vel annuo redditu sit ornatum (*sic*), illud ecclesia solvere tenetur, quia res transit cum suo onere, secundum quod in jure continetur, ut *C. de indictionibus, l.* 1, *tit.* X [6]; verumptamen si cessetur in solutione tributi, vel annui canonis, propter hoc ab ecclesia, vel ab aliquo possidente, predium non advocatur; nec in ipsum, cui tributum vel annua pensio debetur, dominium transfertur; et hoc dicit illa *l. placet* preallegata. Item ecclesia non subit onera personalia; *C. de e*[*piscopis*] *et oli* [sic, *clericis?*], *l. omnes* [7]. Item in ecclesia cause seculares tractari non debent propter ecclesie dignitatem, ut *Extra., de immunitate ecclesiarum, c.* 1 [8]; et maxime cause sanguinis, ut *Extra., eod. tit., c. cum ecclesia* [9]; item, nec seculares homines in domibus ecclesiarum debent hospicia pro jure et debito sibi vendicare, ut *Extra., eod. tit., c.* 1 [10], et est simile XIII *dist. quiescamus* [11]. Ceterum si caritate petatur, negari non debent ut *in c. predicto, quiescamus,* XIII *dist.* §. 1 [12]; *Extra. de prebendis et dignitatibus, de monachis* [13]; LXX, V, [*sic,* LXXXV?] *dist., c. arch*[*idiaconum*] [14]. Item immunitatem habet ecclesia cum cymiterio usque XI passus, si major fuerit ecclesia, ut XVII, *q.* IIII, *c. sicut* [15]. Item habet hanc immunitatem, quod ad eam confugientes violenter ab ea non extrahentur, ut *Extra., eod. tit., inter cetera* [16]. Immunitate fallit

[1] *Decret.*, part. II, caus. XVI, quest. I, c. 40, §. 3.
[2] *Cod.*, lib. I, tit. III.
[3] *Decret.*, parts II, caus. XVI, quest. I.
[4] *Cod.*, lib. I, tit. III, l. 17.
[5] *Ibid.*, lib. X, tit. XVIII.
[6] *Ibid.*, lib. X, tit. XVII.
[7] *Ibid.*, lib. I, tit. III, l. 32.
[8] *Decretal.*, lib. III, tit. XLIX.
[9] *Decretal., ibid.*, c. 5.
[10] *Ibid.*, c. 1.
[11] *Decret.*, par. I, dist. XLIII, c. 2.
[12] *Ibid.*
[13] *Decretal.*, lib. III, tit. V, c. 12.
[14] *Decret.*, par. I, dist. LXXXV, c. 1.
[15] *Ibid.*, par. II, caus. XVII, quest. IV, c. 12.
[16] *Decretal.*, lib. III, tit. V, c. 17.

Digitized by Google

tamen in tribus casibus : primus est cum aliquis in ecclesia deliquit ; quia dicit lex, quod frustra legis auxilium invocat, qui in legem committit ; secundus est quando publici raptores, et viarum aggressores, et predones, ab ecclesia possunt extrahi, propter enormitatem delicti ; tercius est quando nocturni populatores agrorum et fructuum confugiunt ad ecclesiam, quia tunc possunt extrahi ut propter communem utilitatem puniantur, quia expedit humano generi fructus et segetes salvari. Dicitur autem ecclesia tribus modis : est autem ecclesia locus muris et parietibus circumdatus ; item est ecclesia collegium sive corpus clericorum in ecclesia deservientium ; item ecclesia est universalis congregatio fidelium ; unde nec ecclesia, nec clerici deservientes in ea, quamvis ad munera realia teneantur, ad personalia nullo modo possunt teneri, nec debent de jure compelli. Item dupplex est ecclesia, triumphans et militans ; in triumphanti rex regum et Dominus dominantium cum sanctis suis moratur et dominatur ; in militanti cotidie sanctissimum corpus ejus conficitur. Licet quedam persone, sicut supradictum est, ad ecclesiam fugientes non debeant extrahi, tamen secundum qualitatem et quantitatem delicti debent puniri ; si autem tria genera hominum se deffendant armis cum ab ecclesia extrahuntur, tunc impugne possunt occidi, ut *Extra., de homicidio, perfodiens*[1]. Item illi qui confugiunt ad ecclesiam sperantes quod eorum maleficia remaneant impunita, ab ecclesia possunt extrahi et puniri. Item possunt abstrahi illi qui homicidia vel mutilationes in ecclesiis, vel eorum cimiteriis, committere non verentur, ut *Extra., eod. tit.*, [sic, *de immunitate ecclesiarum?*], *immunitatem*[2]. Ecclesia consecrata tali gaudet libertate, quod ad eam confugientes ab ea non debent extrahi, nisi in casibus supradictis. Ecclesia autem nundum consecrata, et oratoria que sunt in domibus privata, tali non gaude[n]t libertate licet videatur contrarium innuere auctoritas [sic, *Auth.?*] *de ecclesiasticis titulis*, §. *si quis in sua domo*[3] ; et §. *si vero, coll.* IX[4]. *Extra., de censibus, c. ultim.*[5] ; *de consec. lib., dist.* 1, *unicuique, et c. sequanti*[6]. Item queritur an ecclesia interdicta retineat hoc privi-

[1] *Decretal.*, lib. V, tit. XII, c. 3.
[2] *Ibid.*, lib. III, tit. XLIX, c. 10.
[3] *Auth.*, col. IX, tit. XIV, novel. CXXXI, c. 8.
[4] *Auth.*, tit. III, novel. CXX, c. 4.
[5] *Decretal.*, lib. III, tit. XXXIX, c. 27.
[6] *Decret.*, par. III, dist. I, c. 33 et 34.

legium, et videtur quod non; nam dicit decretalis quod ecclesia in qua divina celebrantur isto privilegio gaudere debet, ut ecclesia; *eod. tit., ecclesie* [1]. Item clericus interdictus, durante interdicto, perdit ea que ad suum beneficium spectant, ut *Extra., de electione, cum in cunctis* [2]; et *Extra., de consuetudine, cum dilectus* [3]. Item suspensus non exequitur ea que sunt officii, ut XXXII *dist., nullus*, et *c. preter hoc* [4]; *Extra., de symonia, tanta* [5]. Credo tamen quod ecclesia interdicta retinet privilegium immunitatis, sicut et clericus interdictus et suspensus retinet privilegium sue immunitatis, quoad injectionem manuum violentem; nam et depositus habet hoc privilegium, quia caracterem retinet, ut LXX IX [*sic*, LXXXI?] *dist., dictum* [6]. In Summa notandum est, quod ecclesia deffendit ad se fugientes quantum ad mortem et mutilationem; unde recepta ydonea cautione super vita et membris, reddet eos puniendos peccunialiter, vel in rebus; servus autem redditur domino juramento prestito de impunitate ipsius; ut *Extra., eod. tit., inter alias* [sic, *alia?*] [7]. Pena vero violantium immunitatem ecclesiasticam est dupplex, excommunicatio hominis, sive [mulcta?] juris; nam violator est excommunicandus, ut XVII, *q.* IIII, *nullus*, et *c. si quis deinceps* [8]. Item legitur in Canone, quod debet componere XXX libras argenti purissimi. Qui autem committit sacrilegium in ecclesia, vel incendit eam, et sacrilegus, et incendiarius, excommunicati sunt ipso jure, et etiam effractor; ut XI, *q.* III, *canonica* [9]; XVII, *q.* IIII, *omnes ecclesie* [10]; *Extra., de raptoribus, in litteris* [11]; *Extra., de sententia excommunicationis, conquesti* [12]. Alii violatores ecclesiarum qui ipsas ecclesias violant, seu personas, vel res ab ipsis rapiunt violenter, vel bona ipsorum usurpant, et per hoc sacrilegium incurrunt, non sunt ipso jure excommunicati, sed excommunicandi; ut *Extra., de foro competenti, conquestus* [13].

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. XXIX, c. 9.
[2] *Ibid.*, lib. I, tit. VI, c. 7.
[3] *Ibid.*, tit. IV, c. 8.
[4] *Decret.*, par. I, dist. XXXII, c. 5 et 6.
[5] *Decretal.*, lib. V, tit. III, c. 7.
[6] *Decret.*, par. I, dist. LXXXI, c. 8.
[7] *Decretal.*, lib. III, tit. XLIX, c. 6.
[8] *Decret.*, par. II, caus. XVII, quest. IV, c. 39 et 22.
[9] *Ibid.*, par. II, caus. XI, quest. III, c. 107.
[10] *Ibid.*, caus. XVII, quest. IV, c. 5.
[11] *Decretal.*, lib. V, tit. XVII, c. 5.
[12] *Ibid.*, tit. XXXIX, c. 22.
[13] *Ibid.*, lib. II, tit. II, c. 16.

Digitized by Google

[II.] Rubrica de ecclesiis edificandis.

Ecclesie autem quandoque reparantur, quandoque de novo edificantur. Si indigeant reparatione et retentione, et pars (?) illa ad hoc specialiter a jure constituta ad reparationem non sufficiat, tunc rector illius ecclesie, et ille qui beneficium habet in illa ecclesia, cum illa portione de bonis suis propriis tenentur contribuere, et ecclesiam reparare; unde ex quo recipiunt fructus ecclesie, et molumentum (*sic*), justum est quod honus eis et regimen intendat. Unde *versus* :

Commoda qui sentis, jungas bonus emolumentis ;

ut *Extra., eod. tit.* [*de ecclesiis edificandis*], *de hiis* [1]; et XVI, *q.* I, *si monachus* [2]; *Extra., de hiis que fiunt a majori parte capituli, c. ultim.*[3]; et arguit *Cod. de caducis tollendis, l. unica,* §. *pro secundo,* in fin., et §. *ne autem* [4]; *Cod. de furtis, l. manifestissimi* [5], juxta fin.; nam fructuarius reficit sartatecta, ut *ff. de usufructu, l. usufructu legato,* et *l. hactenus* [6]; *Cod., eod. tit., l. cum ad quam* [sic, *eum ad quem?*] [7]. Tres autem sunt cause propter quas nove possunt ecclesie construi, quamvis in prejudicium antiquarum : temporis qualitas, ut VII, *q.* I, *temporis* [8]; incrementum populi, ut XVI, *q.* VI [*sic,* I?], *felix,* et *c. multis,* et *c. precipimus* [9]; ecclesie distentia, vel difficultas accessus, ut *Extra., eod. tit., ad audientiam* [10]. Sine prejudicio alterius ecclesie licet episcopo pro sua sepultura ecclesiam construere, ut XII, *q.* II, *bone rei* [11]; *Extra., de donationibus, apostolice* [12]; et quilibet privatus masculus, vel femina, potest sibi construere ecclesiam, sive oratorium; ut *de consecr., dist.* I, *unicuique, c. clericos,* et *c. si quis* [13]; XVIII, *q.* II, *quidam* [14]. In constructione ecclesie debet intervenire auctoritas episcopi, qui primarium lapidem ponere debet, docte [*sic,* dote?] tamen ab edificatore prius constituta; ut

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. XLVIII, c. 4.
[2] *Decret.*, caus. XVI, quest. I, c. 22.
[3] *Decretal.*, lib. III, tit. XL, c. 4.
[4] *Cod.*, lib. VI, tit. 2, §§. 4 et 9.
[5] *Ibid.*, tit. II, c. 22.
[6] *Digest.*, lib. VII, tit. I, l. 7.
[7] *Cod.*, lib. III, tit. XXXIII, l. 7.
[8] *Decret.*, part. II, caus. VII, quest. I, c. 44.
[9] *Decret.*, par. II, caus. XVI, quest. I, c. 50, 51, 53.
[10] *Decretal.*, lib. III, tit. XLVIII, c. 3.
[11] *Decret.*, par. II, caus. XII, quest. XI, c. 74.
[12] *Decretal.*, lib. III, tit. XXIV, c. 9.
[13] *Decret.*, part. III, dist. I, c. 33, 34, 35.
[14] *Ibid.*, par. II, caus. XVIII, q. II, c. 10.

notatur *Extra., de consecratione ecclesie vel altaris* [1]. Item notandum est : Nota quod postquam incepit edificare, compellitur consummare; ut notatur *Extra., de consecratione ecclesie vel altaris* [2]. Item si civis incepit edificare, in Summa notabis quod longe aliud est facere quam reficere, ut *ff. de itinere actuque privato*, 3, §. *reficere* [3]; ut *ff. de novi operis denuntiatione, l.* 1, §. *si quis* [4]. Edificium reficere enim est ad pristinum statum reducere; ut in prealegata lege, *de novi operis nun. prius* [5] (*sic*). Novum autem opus fit, cum rei facies immutatur; ut *ff. de novi oper. nun., l.* 1, §. *opus novum* [6]; unde si domum vel ecclesiam ductus etiam ea mente ut ex eisdem..... lapidibus eam reedifices, non est eadem domus, vel ecclesia, si usque ad fundamentum durata [*sic*, diruta?] fuit; secus tamen est in nave, nam si navis reficiende tamen [*sic*, causa?] omnes tabule refixe sint, nundum intercidisse navis videtur, et compositis ru[r]sus eadem navis esse incipit; ut *ff. de verborum obligationibus, l. inter stipulentem*, §. *sacrum* [sic, *sacram?*], et §. *navis* [7].

[III.] Rubrica de ecclesiis consecrandis.

Supradictum est de libertate ecclesie, et de ecclesiis edificandis; nunc videamus de consecrandis. Sunt autem ecclesie vel altaria consecranda per episcopos, ut *de consecratione, dist.* 1, *c.* 1 [8]. Per simplices autem sacerdotes non consecrationes, nec ecclesiarum reconciliationes, fieri possunt, etiam et comistione episcoporum. *Extra., eod tit., aqua penitentium* [sic, *per episcopum?*] [9]. Debent autem consecrari ecclesie cum missa, ut *de consecr., dist.* 1, *omnes basilice* [10]. Tamen quibus ab episcopo injuncta est penitentia, et excommunicatorum reconciliatio, potest simplici sacerdoti committi, ut XXVI, *q.* VI, *presbiter*, et *cap. Aurelius* [11]. Item dicunt quod si episcopus consecraret, et simplex presbiter cantaret missam, erit ecclesia consecrata, licet aliud sit in ordinatione clericorum; ut XXIII *dist., quorundam* [12]. Enim conse-

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. XL.
[2] *Ibid.*
[3] *Digest.*, lib. XLIII, tit. XIX, l. 3, §. 15.
[4] *Ibid.*, lib. XXXIX, tit. I, l. 1, §. 13.
[5] *Ibid.*
[6] *Ibid.*, §. 11.
[7] *Digest.*, lib. XLV, tit. I, l. 83, §. 5.
[8] *Decret.*, par. III.
[9] *Decretal.*, lib. III, tit. XL, c. 9.
[10] *Decret.*, par. III, dist. 1, c. 5.
[11] *Ibid.*, par. II, caus. XXVI, quæst. VI, c. 2 et 5.
[12] *Ibid.*, par. I, dist. XXIII, c. 14.

Digitized by Google

crationes fieri non poterant nisi de mandato summi pontificis, ut *de consecr., dist.* I, *de locorum*[1], cum IIII^or^ sequentibus capitulis; sed contra, XII, *q.* II, *bone rei*[2], et *de consecr., dist.* I, *nemo*[3]; et *Extra., e*[*od. tit.?*], *c.* II *et tercio*[4]; et ideo illis quinque canonibus est derogatum. Et est dicendum, quod consecrationes fieri possunt tam duobus [*sic,* diebus?] sollempnibus, quam privatis; ut *Extra., eod. tit., tua*[5]; licet in pluribus secus obtineat, quia nec clerici ordinantur, nec virgines aut episcopi consecrantur, nec Chrisma conficitur, in certis diebus, ut *Supra, de temporibus ordinationis,* sane X, *q.* II [*sic,* I?], *devotis*[6]; *de consecr., dist.* IIII, *omni tempore*[7]. Item notandum est quod episcopus, nec etiam primarium lapidem ponere debet, nisi prius dote ecclesie constituta et assignata a fundatore; ut *de consecr., dist.* I, *nemo*[8]; in *Auct., ut determinatus sit numerus clericorum,* §. 1[9]; et tanta debet esse dos, ut sufficiat ad luminaria et vitam ministrorum, ut XVI, *q.* VII, *pie mentis*[10], et *in predicto capitulo, nemo*[11], duorum ad minus, *Extra., de feliis* [sic, *filiis?*] *presbiterorum, proposuit vobis*[12]; ut *de consecr., hoc* [sic, *hic?*] *ergo*[13]; item ad hospitalitatem existendam [*sic,* exercendam?] et ad respondendum episcopo in episcopalibus, ut *Extra., de supplenda negligentia prelatorum, sicut*[14]; *Extra., de prebendis, de monachis*[15]. Sed hoc obmisso, tempore primarii lapidis ponendi, ut restauratur tempore consecrandi; ut *Extra., eod. tit., cum sicut*[16], et I, *q.* II, *placuit*[17]. Sed quid fiet si hoc utroque tempore sit obmissum? Dicit Bas (*sic*), quod episcopus dotare tenetur, sicut et cum ordinat clericum sine titulo, ut *Extra., de prebendis, episcopus*[18]; sed melius dicitur quod fundatores teneantur ad hoc, ut XVI, *q.* VII, *pie mentis*[19] et arguit *ff. de ritu nuptiarum, l. qui liberos*[20];

[1] *Decret.*, par. III, dist. I, c. 4, 5, 7, 8.
[2] *Ibid.*, par. II, caus. XII, quest. II, c. 74.
[3] *Ibid.*, par. III, dist. I, c. 9.
[4] *Decretal.*, lib. III, tit. XL, c. 2 et 3.
[5] *Ibid.*, c. 2.
[6] *Decret.*, par. II, caus. X, quest. I, c. 11.
[7] *Ibid.*, par. III, dist. IV, c. 124.
[8] *Ibid.*, par. III, dist. 2, c. 9.
[9] *Auth.*, coll. I, tit. III, novel. III.
[10] *Decret.*, par. II, caus. XVI, quest. VII, c. 26.
[11] *Decret.*, par. III, dist. I, c. 9.
[12] *Decretal.*, lib. I, tit. XVII, c. 6.
[13] *Decret.*, par. III, dist. I, c. 14.
[14] *Decretal.*, lib. I, tit. X, c. 2.
[15] *Ibid.*, lib. III, tit. V, c. 12.
[16] *Ibid.*, tit. XL, c. 8.
[17] *Decret.*, par. II, caus. I, quest. II, c. 1.
[18] *Decretal.*, lib. III, tit. V, c. 4.
[19] *Decret.*, par. II, caus. XVI, q. VII, c. 26.
[20] *Digest.*, lib. XXIII, tit. II, l. 19.

et lex dicit quod heres fundatoris tenetur, ut in *Auc., de ecclesiasticis titulis*, §. *si autem*, et §. *si quis edificationem* [1]. Et successor episcopi tenetur providere illi quem predecessor sine titulo ordinavit, ut *Extra., de prebendis, cum secundum apostolum* [2]. Sed illis non solvendo existentibus, dicerem actionem dandam in episcopum, ut *ff. si messor* [sic, *si mensor?*] [3]. Item quid fiet si quis incipit edificare ecclesiam, et non consummaverit? *Responsio :* tenetur perficere usque ad v, ad (*sic*) annos, si est oratorium; si autem chotivum [*sic*, ptochium?], vel sinodochium, usque ad annum; ut in *Auct., de ecclesiasticis titulis*, §. *si quis edificationem* [4]. In quibus autem casibus ecclesie reconsecrari valeant, videamus. Et assignaverunt in hoc antiqui doctores VI casus : primus, cum dubitatur an ecclesia sit consecrata, ut *de consecr., dist.* I, *ecclesie* [5]; secundus, cum movetur altare majus; tercius, cum ecclesia est exusta; quartus, cum parietes sunt de novo funditus reparati; quintus, propter adulterium; sextus, propter homicidium, ut *de consecr., dist.* I, *si motum*, et *c. sequenti*, et *c. de fabrica* [6]. Unde

> Altaris motus, dubitatio, semen et ignis,
> Effusus sanguis, paries si corruat ipse :
> Hec sunt que faciunt iterato templa sacrari.

Sed hodie secus est; nam alia est consecratio ecclesie, altera altaris; unde si tabula altaris movetur, vel enormiter frangatur, [seu?] diminuatur, reconsecratur altare et non ecclesia, ut *Extra., eod. tit.* [7]. Et e contra, si ecclesia destruitur et non altare, reconsecratur ecclesia, et non altare. Item propter homicidium, vel adulterium, non consecratur ecclesia, ut *Extra., de adulteriis, significatis* (sic) [8], et *eod. tit., proposuisti* [9]. Quando autem parietes ecclesie penitus sunt destructi, vel demolliti, vel major pars ipsorum, tunc ecclesia iterum debet consecrari. Item hoc intelligebat Hugo, cum parietes simul destructi sunt, non successive; nam si successive destructi sunt, et successive reparati,

[1] *Auth.*, coll. IX, tit. XIV, novel. CXXXI, c. 12, et 10?
[2] *Decretal.*, lib. III, tit. V, c. 16.
[3] *Digest.*, lib. XI, tit. VIII.
[4] *Auth.*, coll. IX, tit. XIV, nov. CXXXI, c. 10.
[5] *Decret.*, par. III, dist. I, c. 18.
[6] *Ibid.*, c. 19, 20 et 24.
[7] *Decretal.*, lib. III, tit. XL.
[8] *Ibid.*, lib. V, tit. XVI, c. 5.
[9] *Ibid.*, lib. III, tit. XL, c. 4.

Digitized by Google

tunc eadem intelligitur ecclesia; arguit *ff. de judiciis, proponebatur* [1]; et nota quod licet tectum, vel alia pars ecclesie, conburatur, dummodo parietes integri maneant, non reconsecratur ecclesia, ut *Infra* [sic, *Extra?*], *eod. tit., ligneis* [2]. Item dicit *Dec., eod. tit., aqua per episcopum* [3], *etc.*, quod licet episcopus possit simplici sacerdoti committere ea que juriditionis sunt, tamen ea que sunt ordinis non potest; et ita simplici sacerdoti, vel inferiori persone, consecrationes ecclesie, seu reconciliationes, committere non potest. In Summa notandum est, quod ecclesia consecrari non debet ubi paganus sepultus est, ante ejectionem ipsius, ut *de consecr., dist.* 1, *ecclesiam* [4]. Item intelligo in excommunicando [*sic*, excommunicato?], si cum ossa fidelium discerni possunt ab ossibus [in]fidelium, alioquin neutra sunt ejicienda, ut supra, *de sepulturis, sacris* [5]; sed si discerni possunt, tunc emissis corporibus infidelium potest ecclesia consecrari, dum tamen auctoritas episcopi, vel principis, interveniat; ut *de consecr., dist.* 1, *corpora* [6]; *ff. de religiosis* [7]. Ratio hec est, cum infideles viventes ab ecclesia expellendi sunt, ut XXXI [*sic*, XXI?] *dist., cleros* [8], ergo et mortui; quia quibus viventibus ecclesia non communicat, mortuis communicare non debet, ut XXIIII, *q.* II, *c.* I, et *c. sane* [9]; licet hoc casualiter fallat, *Extra., de sententia excommunicationis, a nobis* [10]. Sed quid fiet in ecclesia non consecrata sepulta mulier pregnans, nonquid posset ecclesia consecrari ea vero [*sic*, non?] ejecta? *Responsio* : quod sic, quia fetus pars (*sic*) incertum est, ut *de consecr., dist.* IIII, *si quid*[*quid*] [11], et *ff. de ventre inspiciendo, l.* 1, §. 1 [12]. Item altaria dedicanda seu reconsecranda non sunt sine reliquiis, ut *de consecr., dist.* 1, *placuit* [13]. Dicunt doctores sufficere corpus Christi. Item altaria si non sunt lapidea, non consecrantur; ut *de consecr., dist.* 1, *altaria* [14]. Nec obstat quod Dominus precepit in Exodo fieri altaria de lignis Sechim que

[1] *Digest.*, lib. v, tit. 1, l. 76.
[2] *Decretal.*, lib. III, tit. XL, c. 6.
[3] *Ibid.*, c. 9.
[4] *Decret.*, par. III, dist. I, c. 27.
[5] *Decretal.*, lib. III, tit. XXVIII, c. 12.
[6] *Decret.*, par. III, dist. I, c. 37.
[7] *Digest.*, lib. XI, tit. VII.
[8] *Decret.*, par. I, dist. XXI, c. 1.
[9] *Decret.*, par. II, caus. XXIV, quest. II, c. 1 et 6.
[10] *Decretal.*, lib. V, tit. XXXIX, c. 28.
[11] *Decret.*, par. III, dist. IV, c. 35.
[12] *Digest.*, lib. XXV, tit. V.
[13] *Decret.*, par. III, dist. I, c. 26.
[14] *Ibid.*, c. 31.

Digitized by Google

sunt inputrebilia, et Salomon fecit altare aureum; nam illa facta sunt in figura.

[IV.] De electione et electi qualitate.

. . . . . .

[V.] De collatione et susceptione beneficiorum ecclesiasticorum, et de cure officio.

. . . . . .

[VI.] De excommunicatione [1].

. . . . . .

[1] Le texte qui suit chacun de ces trois titres n'est qu'un centon de citations prises presque entièrement dans les livres saints, parfois dans le droit canon, et rarement dans les auteurs profanes.

[APPENDIX SECUNDA.]

(Bibl. de Reims, ms. H, 644-648, fol. 10-14, 56-64, 268-272, 114-116.)

[I.] Hee sunt rationes a magistro Drogone de Altovillari, scolastico, proposite, per quas intendit et vult probare, quod canonici remenses infirmi, et senes, et inpotentes, integraliter, et sine diminutione, distributiones suas percipere debent, et quod nullam ebdomadam facere tenentur, nec propter hoc aliquod dampnum temporale vel jacturam debent sustinere.

Dicit magister Droco de Altovillari, scolasticus remensis, quod canonici remenses infirmi, et senes, et impotentes, de jure debent percipere integraliter suas distributiones, ac si personaliter horis canonicis interessent; nec ad aliquam ebdomadam faciendam tenentur, sed ratione sue inpotentie sufficienter excusantur a jure. Dicet enim Dominus in die judicii, cum venerit in magestate sua, cum multitudine angelorum : « Esurivi, dedisti michi manducare; sitivi, dedisti michi « bibere; infirmus fui, et visitasti me. » Item quando Dominus erat in mundo, compatiebatur infirmis, et eos a suis langoribus et infirmitatibus sanabat. Item dicit Apostolus : « Corripite inquietos, suscipite « infirmos. » Item dicit lex, quod si quis fuerit dampnatus in metallum, et processu temporis factus fuerit inutilis, et impotens infirmitate, vel etate, vel valitudine, vel alia justa de causa, ad penam sibi injunctam sustinendam, quod pena debet ei omnino remitti, tanquam impotenti. Item dicit lex quod si qui terminos et fines agrorum..... vel amoverint, vel ejecerint, si splendidiores fuerint, et juvenes, quod debent in remotis et longinquis partibus relegari, si autem senes fuerint, mitius est cum eis agendum, quia relegandi sunt in partibus propinquis et vicinis, ad parcendum laboribus sue senectutis. Item dicit lex quod si quis debeat comparere certa die, et sub certa pena, coram judice, si detentus fuerit infirmitate, vel positus in carcere, vel quia pons erat

solutus, vel alia justa de causa, coram judice, sicut dictum est, comparere non potuit, quod pena non est commissa cum effectu, nec tenetur ad solutionem pene. Item legitur in Canone, quod si quis vocatus fuerit ad synodum, vel ad consilium, si laborat infirmitate, non tenetur venire. Item Moyses excusavit se ratione sue senectutis, dicens : « Centum annorum et viginti sum, non possum ita ingredi et regredi sicut « consuevi. » Item dicit Dominus : « Coram capite cano consurge. » Item dicit lex, quod semper fuit in civitate nostra veneranda senectus. Item dicit alia lex, quod senes, et emeriti, et impotentes, non tenentur esse tutores, vel curatores, sed excusantur a jure. Preterea certum est quod dominus Odo, tusculanus episcopus, qui generalis legationis officio in regno Francie fungebatur, Remis, in capitulo remensi, statuit et ordinavit, quod canonici remenses infirmi et senes, et impotentes, ut dictum est, suas distributiones percipient; et si dixit omnes, qui omnia dicit, nichil excipit, et sic omnes percipere debent, sine omni diminutione et contradictione. Si autem simpliciter dixit : distributiones suas percipiant, idem est ac si dixisset : omnes, quoniam indefinita equipollet universali. Unde dicit lex, quod imperator dixit cuidam etate minori : Restituo te, idem est ac si dixisset : Restituo te in integrum. Item dicit alia lex, quod si obligo bona mea simpliciter, quod intelliguntur esse obligata omnia presentia et futura mobilia, et immobilia, et sese moventia. Item cautum est in jure quod ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Item dicit lex : Quod generaliter pretor edixit, pro lege debet observari, et propter hoc generaliter edictum suum, et ab omnibus, debet observari. Dominus autem legatus in suo statuto nec aliquid excepit, nec distinxit, nec diminuit, sed generaliter edixit quod infirmi, et senes, et impotentes, distributiones recipient; unde statutum suum, et edictum, generaliter ab omnibus, et in omnibus, debet observari. Item dicit lex [1] : Quod principi placuit, legis habet vigorem. Unde cum ipse esset loco summi principis, et maxime in ecclesiasticis, statutum suum tanquam lex debet observari. Item dicit *lex pene*[*ult.*] *ff. ad legem Ponpeiam de parricidiis* [1], quod si furiosus hominem occiderit, vel alias deliquerit,

[1] *Digest.*, lib. XLVIII, tit. II, l. 9.

Digitized by

quia delictum ipsius removet [*sic*, remanet?] impunitum, nam satis ipso furore torquetur. Unde vult lex illa, cum aliis juribus, quod infirmis subveniatur, et quod quilibet eis compatiatur. Unde legitur de B. Nicholao : « Erat enim valde compatiens, et super afflictos pia gestans « viscera. » Unde quilibet sequendo B. Nicholai, et divini juris, et positivi, vestigia, in se compassionem et pietatem, et misericordiam, habeat super afflictos infirmitate, vel inpotencia, vel alia quacumque tribulatione. Pietas, et compassio, et misericordia, nomina sunt sinonima; idem significant. Unde qui misericordiam in se non habebit, misericordiam a Deo non impetrabit.... Item dicit Scriptura : « Pietas alienis sor« dibus se abluit, de alienis vulneribus sibi medetur. » Item dicit regula juris, quod beneficia principum latissime sunt interpretanda. Item dicit alia lex *ff. de legibus et constitutionibus* [1], quod beneficium principis quod a sua procedit divina clementia, quod plenissime debet interpretari. Item dicit *Cod., de diversis rescripcionibus* (sic) [2], rescripta contra jus illicita refutari precipimus, nisi sit aliquid quod non ledat alium, et prosit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat. Beneficium, sive privilegium, domini legati, non ledit alium, vel alios, sed prodest omnibus, et prodesse potest canonicis remensibus et sanis, et infirmis, quia qui sanus est hodie, cras poterit infirmari. Item qui juvenis est, latenter, et tacite, cothidie properat ad senectutem et mortem. Item qui potens est et fortis viribus, subito vires amittit, et laborat inpotentia. Unde psalmus : « Qui confidunt in virtute sua, et in « multitudine divitiarum suarum gloriantur. » Item dicit Propheta : « Non glorietur sapiens in sapientia sua, dives in divitiis suis, fortis in « fortitudine sua. » Est autem beneficium domini legati introductum in favorem et gratiam universitatis, et singulorum canonicorum remensium, qui sunt similes mulieribus, secundum quod dicit lex, quod voluntates mulierum momentanee sunt, et frequenter contra propriam laborant utilitatem. Privilegium, sive beneficium, quod omnino jus absorbet alterius, vel alium ledit enormiter, de jure potest refutari; sed hoc non habet locum in beneficio domini legati. Item cautum est in jure, quod in testamento, et in maleficiis, et in juri-

[1] *Digest.*, lib. I, tit. IV, l. 3.

[2] *Cod.*, lib. I, tit. XXIII.

Digitized by Google

bus, non solummodo verba consideranda sunt, sed intentiones et voluntates testatoris, et illorum qui maleficia committunt, et qui jura condiderunt. Item in contractibus voluntas et intentio contrahentium considerari debet. Dicit autem lex, *ff. de furtis* [1], quod voluntas et propositum distingunt maleficia. Item dicit lex quod voluntas testatoris pro lege debet observari. Item dicit lex, *ff. de contrahenda emptione* [2], quod contractus legem ex conventione et intentione contrahentium accipiunt. Unde dicendum est a simili, quod in statuto domini legati, non solum verba sunt in eo spectanda, sed ipsius voluntas, et propositum. Est autem verisimile, quod dominus legatus compassione motus, et pietate, et misericordia, canonicis remensibus infirmis, et senibus, et impotentibus, in suo statuto integraliter et plenissime voluit subvenire. Item non obstat si aliquis, vel aliqui, dicant, quod infirmi, et senes, et impotentes, aliquam partem de distributionibus eis debitis non receperunt, et quod eis quedam pars fuit denegata, quoniam facta fuit eis injuria, nec quod eis de jure debebatur, de jure potuit eis auferri. Nec fuit unquam a communi capitulo statutum, vel ordinatum, quod distributiones predictis personis denegarentur, vel quod in ipsorum prejudicium in aliquo minuerentur, et si duo, vel unus, vel tres, de capitulo, vel eciam plures, qui redditus habebant vel distribuebant, auctoritate sua distributiones detinuerunt, vel minuerunt, eis injuriam fecerunt, nec hoc facere potuerunt. Unde potest eis dici, sicut dictum fuit Moysi : « Qui[s] te constituit « principem et judicem super nos? » Quod fit a minori parte universitatis, vel capituli non valet. Dicit enim lex, quod illud quod omnes tangit, debet ab omnibus comprobari; et omnes quorum interest, debent vocari. Preterea capitulum remense jamdudum statutum illud approbavit, et recepit, pro majori parte; sed illud pro parte non debet approbari, et pro parte reprobari, sed illud integrum, et sine diminutione, quod non semel, sed pluries, et jamdudum, observavit; et distributiones personis supradictis omnes, sine diminutione, in presenti, et in futuro, solvere tenetur. Unde dicit lex *Cod., de testamentis, in quodam Autentico ibidem posito* [3], quod si heres incepit sol-

[1] *Digest.*, lib. XLVII, tit. II.
[2] *Ibid.*, lib. XVIII, tit. I.
[3] *Cod.*, lib. IX, tit. XXIII.

Digitized by Google

vere unum ex legatis testatoris, quod ex tunc tenetur ad solutionem omnium legatorum. A simili tenetur remense capitulum, et postquam solvere cepit distributiones, ad solutionem omnium distributionum. Item in pluribus ecclesiis gallicanis talis viget consuetudo, quod si quis canonicus habet hospites cum quibus eum esse oportet, vel alia levi vel modica causa detentus propter quam commode non possit ad ecclesiam venire, quod propter hoc distributiones suas non amittit. Item in ecclesia remensi, ab antiquo viguit consuetudo, et adhuc vigere debet, quod infirmi canonici, et senes, et inpotentes, septimanam aliquam facere non tenebantur, nec hodie de jure tenentur, nec ista consuetudo de consensu et ordinatione capituli remensis ab aula recessit. Et si quis, vel aliqui, contra piam consuetudinem, et equitati consonam, auctoritate sua, et presumptione, venerunt, caveant sibi, quia dicit lex quod desertores consuetudinis approbate, et juri consone, punientur. Dicit autem, et petit, magister Drogo de Altovilari, scolasticus, rationibus et allegationibus supradictis, que valide sunt, et efficaces, quod remense capitulum edictum, sive statutum, domini legati, integraliter et inviolabiliter observet, tam in presenti, quam in futuro; et quod ille distributiones quas ille non recepit, et que fuerunt ei denegate, nec ipsi petenti solute, integraliter et sine diminutione solventur. Debent enim infirmi, et senes, et inpotentes, ab omnibus penis et honeribus corporalibus de jure liberari.

Sunt hodie multi qui demonibus famulantur,
Cum quibus in baratro defuncti jam cruciantur.....

[II.] De electione, et qualiter electio debeat celebrari.

Quia propter diversa[s] electionum formas, etc..... [1].

Ex verbis istius decretalis : *Quia propter diversas,* et de verbis illius : *Ne propter defectum pastoris* [2], et ex tenore, evidenter apparet infra quod tempus, et qualiter, electio cathedralis ecclesie, et regularis, debeat celebrari.

Dicit enim *ne pro*[*pter*] *defectu*[*m*], ne ecclesia viduata de pastore

[1] Ici se trouve copié en entier le canon 42 du titre VI du livre Ier des *Décrétales*.

[2] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 41.

detrimentum in spiritualibus et temporalibus paciatur, quod prelatus infra tres menses eligatur, et tempore decurso de consecrandis episcopis a canone diffinito, scilicet trium mensium, prelatus consecretur, et si tres menses transiunt (*sic*) nec electores sibi pastorem elegerint, ea vice potestate careant, et eligendi potestas ad eum qui proximo pacem cognoscitur [*sic*, preesse dignoscitur?] devolvatur. Is vero ad quem fuerit devoluta potestas, Deum pre oculis habens, non differat ultra tres menses, consilio capituli, et aliorum virorum prudentium, viduatam ecclesiam de persona ydonea ipsius quidem ecclesie, vel alterius si digna non reperiatur in illa, canonice ordinare, si canonicam voluerit effugere ultionem. Item *Extrav., eod. cap., cum in cunctis sacris ordinibus* [1], evidenter apparet et manifeste ea que sunt in prelato necessaria; quod sic incipit : « Cum in cunctis sacris ordinibus et « ecclesiasticis ministeriis, etc. [2]. »

[III.] Sermo faciendus antequam electio celebretur.

« Provideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem, qui « sit super multitudinem hanc; et possit exire et intrare ante eos, et « educere illos, et introducere, ne sit populus Domini sicut oves sine « pastore. » *Numeri* XXVII, *e. t.*

Septem notantur in verbis propositis; tria que debent esse in eligentibus, ut scilicet habeant concordie unitate[m], quod notatur ibi : « Deus « spirituum omnis carnis; » deliberationis discretionem, ibi : « Provi- « deat; » et pure intentionis rectitudinem, ibi : « Dominus. » Persone vero que debet eligi tangitur status, vel conditio, cum dicitur : « Hominem, » rationalem videlicet; *Ecclesiastes*, XLIX : « Joseph natus « est homo princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, « stabilimentum populi. » Item meritum, cur dicitur : « Qui sit super « multitudinem hanc; » officium, cum dicitur : « Qui possit exire et « intrare ante eos, et educere, et introducere..... » Septimo tangitur ecclesie diu vacantis periculum, cum dicitur : « Ne sit populus domini « sicut oves sine pastore. »

Debent ergo diligenter habere unitatem et concordiam que valde placet Spiritui Sancto.... Ex dimisione [*sic*, divisione?] autem, et pro-

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 7.

[2] Ici se trouve cité en entier le canon 7.

jectibus, surget contentio, sicut dicitur *Judicum* v : « Divisio contra « se Ruben, » et [*sic*, id est in?] aliquo conventu vel capitulo, « magna « minorum [*sic*, magnanimorum?] contentio aperta [*sic*, reperta?] « est ; » magna minorum [*sic*, magnanimorum?] inquit, id est, illi quorum [*sic*, electorum?] nobilium, vel licteratorum, precipue advocatorum, de quibus ut dicitur *Baruc* III : « Ibi, » id est in illa electione, « sunt gigantes nominati, qui ab initio fuerunt statura magna, » id est semper fuerunt in dignitatibus, vel balliveis, « scientes bellum, » id est consueti litigare ; sed dicit Propheta : « Non hos elegit Dominus, » et Phalmista : « Non communicabo cum electis eorum, etc.... »

Nota de vulpibus Sansonis, quarum caude simul colligate, id est fines et voces, ad aliquem preficiendum, vel repellendum ; sed facies, id est intentiones, diverse ; ubi unus propter propriam voluntatem, alius propter humanam favorem, eligitur ; *Judicum* XV.

Secundo debent habere deliberationis discretionem. *Machab.* IX : « Congregati sunt omnes amici Jude, » et dixerunt Jonathe : « Ex quo « frater tuus Juda defunctus est, etc. » Et statim sequitur : « Nunc « itaque eligimus te hodie, pro eo, nobis principem et ducem, ad « bellendum bellum nostrum. » Magni innuitur quod periculosa est mora in electionibus, que solet fieri per appellationes, vel dierum per ocastinationes [*sic*, procrastinationes et?], protractiones. Hanc discretionem innuit verbum, electionis ; eligimus, inquiunt, te hodie nobis in principem, quantum ad temporalia, et ducem quantum ad spiritualia, ad bellandum bellum nostrum, non ad quiescendum.

Tercio debent habere pure intentionis rectitudinem.....

Ex verbis hujus presentis capituli : *Cum in cunctis*[1], evidenter apparet que necessaria sunt in prelato ; etatis scilicet maturitas, morum gravitas, licterarum scientia ; quod non patiatur defunctum [*sic*, defectum?] in natalibus, sed quod sit de legitimo matrimonio procreatus ; non enim sufficit eum tantum vicesimum [*sic*, tricesimum?] annum attingisse (*sic*), sed oportet eum complevisse. Item debet esse bone conversationis, et honeste. Cum autem fuerit electus in episcopum, et in aliis dignitatibus majoribus, et confirmatus, et possessio-

[1] *Decretal.*, lib. I, tit. VI, c. 7.

nem bonorum spiritualium et temporalium adeptus fuerit, tunc demum poterunt beneficia que prius habebat, ab illo, vel ab illis ad quos spectat, collatio conferri. In illis autem inferioribus beneficiis, sed [*sic*, scilicet] in decanatu, in archidiaconatu, et parrochialis (*sic*), sufficit quod illos quibus talia beneficia conferuntur XXV annum attigisse (*sic*). In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

[IV.] De presentatione electi in archiepiscopatum (*sic*), vel episcopum, vel abbatem,..... et confirmatione sua.

Ecclesia remensis per mortem, vel cessionem, vel per resignationem, vel depositionem, reverendi patris N. Remorum quondam archiepiscopi, pastoris solatio destituta, petita a capitulo remense [vel?], a suo superiori, eligendi sibi pastorem licentia, et obtenta, die ab eodem capitulo competenti ad electionem de archiepiscopo preficiendo celebrandam assignata, vocatis qui debuerunt, et voluerunt, et potuerunt, commode interesse, et die assignata presentibus in capitulo, et hora ea [*sic*, et extra?], per viam scrutinii in electionis negotio procedere cupientes, canonici remenses tres de suo collegio fide dignos [designaverunt?] qui scrutinium facerent, et vota singulorum secreto et sigillatim assumpserunt (*sic*); qui sedentes in partem, scrutinium sibi commissum fideliter fecerunt, et vota singulorum in scriptis redigerunt (*sic*), et ad capitulum revertentes scrutinium ab eis factum incontinenti publicaverunt; et publicatione facta, cum appareret quod *Talis* majorem et saniorem partem tocius capituli in eum consentientem, in scrutinio haberet, collatione habita zeli ad zelum, meriti ad meritum, auctoritatis ad auctoritatem, numeri ad numerum, *Talem* virum morigenatum, licteratum, pudicum, sobrium, et castum, in archiepiscopum remensem elegerunt, Deum pre oculis habentes, via regia incedentes, non ad dexteram, vel ad sinistram, declinantes.....; juxta illud verbum quod legitur in *Numeris* : « Via, inquiunt, regia gradiemur, nec « declinabimus ad dexteram, nec ad sinistram; » id est nec prece, nec precio, nec amore, nec odio, nec carne, nec sanguine, cujusquam personam accipientes, sed circa salutem animarum, et Deum, et justiciam, tantum intendentes..... Juxta illud quod legitur in Actibus

Digitized by Google

Apostolorum : « Elegerunt Stephanum plenum fide et Spiritu Sancto ; » et quamvis dominus electus noster non sit Stephanus nomine, tamen est Stephanus imitatione et moribus, et recta intentione. Item elegerunt virum non formidolosum, nec timidum, sed audacem et strenuum, juxta verba *Sapientis* : « In omnibus operibus tuis, esto velox, « et non occurret tibi omnis infirmitas, » que est timiditas anime, sive pigritia, scilicet infirmitas spiritualis ; tales enim, hoc est formidolosi et timidi, non admittebantur ad bellum, juxta illud quod in lege scriptum est : « Qui formidolosus est, et corde pavido, revertatur « in domum suam, ne faciat timere fratres suos. » Item elegerunt non puerum, non fragilem, non effeminatum. Dominus electus noster non est fur, nec est latro, unde salvabitur ; quia electus est per ostium, id est Christum, nec per carnem et sanguinem, nec per tractatus illicitos, nec per secularem potestatem, nec per preces violentas, nec per munera, nec per symoniam ; sed vocatus est a Deo, tanquam Aaron, et sicut Moyses, et sicut Jheremias ad prophetiam, et sicut B. Nichasius, Martinus, Germanus, Remigius qui fuerunt a Deo per divinam inspirationem pontifices effecti, et ad suas dignitates et honores vocati. Item certum est, quod in electione de ipso celebrata, canonice sanctiones, et jura fuerunt in omnibus observata. Unde vestre paternitati, vel sanctitati, ex parte capituli nostri supplicamus humiliter et devote, quatinus electionem de ipso rite factam tam ratione processus electionis, quam ratione persone domini electi ydonee, tanquam canonicam, et juri consonam, velitis, vel dignemini, confirmare.

[V.] Hee sunt rationes capituli remensis efficaces et valide, contra compromissum inter dictum capitulum contractum et conventum S. Theodorici.

Dicit capitulum remense, quod illa compromissio que dicitur esse facta inter remense capitulum ex una parte, et abbatem et conventum S. Theodorici ex altera, super quadam gerba, et custodia et justicia de Paivi, non valet, quia non fuit facta de voluntate et consensu totius capituli, vel majoris partis et sanioris, immo fuerunt plures qui nonquam consenserunt, et aliqui qui contradixerunt. Item quedam

by Google

littere facte fuerunt in capitulo, in quibus continebatur quod capitulum se obligabat, et sub certa pena, ad observatione[m] arbitrii sive compromissio[nis] illud [*sic*, illius?], sed abbas et conventus ad hec in aliquo se non obligabant, et ita claudicavit illa compromissio.... quod est contra jus, quia cautum est in jure quod judicia et arbitria que redacta sunt ad instar judiciorum claudicare non debent; et cum abbas et conventus dicant quod se obligare volunt ad observandum compromissum, non sunt audiendi; quia quod ab initio non valuit, post ex facto convalescere non debet, et maxime parte adversa contradicente. Item illi qui gerunt se pro arbitris quosdam testes produxerunt, et audierunt, et depositiones eorum postea publicaverunt auctoritate sua, capitulo nec per se, nec per procuratorem ab eo legitime constitutum, coram arbitris presente; quod est contra legem que dicit, quod merita causarum partium assertione panduntur. Judices autem et arbitri in causis sibi commissis, cum cause cognitione, et partibus presentibus, procedere debent, nisi pars altera fuerit absens per contumatiam; quia secundum quod dicit lex, tunc ipsius absentia, diei repletur presentia. Item prepositus de Paivi compromissionem illam fecit auctoritate sua, quod facere non potuit, quia prepositi villarum capituli remensis ad hoc constituti sunt et deputati, quod jura capituli conserveret [*sic*, conservent?] illesa, nec habent potestatem alienandi hereditatem capituli, nec super ea pasciscendi, vel transigendi, nisi super hoc habeant a capitulo mandatum speciale. Ista in generali mandato non continentur. Item sententia lata contra aliquem multis modis revocatur : quandoque per appellationem, quandoque per supplicationem; quandoque per in integram restitutionem, quandoque per falsi querelam. Unde cum ecclesia remensis in hoc compromisso taliter facto lesa sit enormiter, de jure potest petere in integrum restitutionem et quod omnia que contra eam facta sunt integraliter (?) revocentur; quia jura faveret [*sic*, favent?] et universali ecclesie, et minoribus, et reipublice, et quibusdam certis aliis personis. Unde dicit lex in corpore *Autenticorum*, quod sacerdotium, id est tota ecclesia, et minor, et respublica, eodem jure censentur, et sunt ejusdem conditionis quantum ad privilegia, et prerogativas sibi a jure concessas, quia petere possunt in integrum restitutionem quando leduntur in

Digitized by Google

suis contractibus. Item alienatio rei ecclesiastice fieri non debet nisi in certis casibus, secundum quod continetur in illo *Autentico*, etc.

[VI.] Rubrica qui magistri debeant vocari.

